C. 20. c.

Digitized by Google

BIBLIOTECA MUSICALE GOVERNATIVA

Digitized by Google

Digitized by Google

ADVOCATORVM SACRI CONSISTORII SYLLABVM

CAROLVS CARTHARIVS
EX VRBEVETERI
EORVNDEM DECANVS
ET ARCHIVI APOSTOLICI MOLIS HADRIANÆ PRÆFECTVS
EXARABAT.



ALMA IN VRBE SVPERIORVM ASSENSV
ANNO MDCLVI. AB ORBE REDEMPTO
ZENOBIVS MASOTTVS TYPIS CAMERALIBVS IMPRIMEBAT.

Digitized by Google

ALEXANDRO SEPTIMO PONT. OPT. MAX.

CAROLVS CARTHARIVS. F.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

ADuocatorum ſacri Conſiſtorij Syllabum non alium geſtare in fronte Protectorem, ac Parentem, quàm Te, Alexander Pontificum Maxime, & Ordinis ſuadet nobilitas, & munerum expoſcit grauitas, & peruetuſtus cogit Romanæ Curiæ ſtylus: quippè cum addant Pius II. in Apolog. ad Martinum Mayer.

a 2 ex

ex ſe ſe ad eximia , & ardua quæque non parum incitamenti natales præclari, iam tuis ab exemplis neceſſe eſt prorſus impelli nobiles Viros ad heroicas Maiorum ſuorum virtutes ſuperandas , nedum æmulandas ; quandoquidem Tu, Pater Beatiſsime, claritatem Generis tui non tam longa Illuſtrium Atauorum ſerie, quàm latiſsima meritorum amplitudine celeberrimam, pietate in Deum, charitate in proximum, prudentia, conſilio, iuſtitia, eruditione, ornamento virtutum omnium, morumque mira ſuauitate longè, latèq. ſuperaſti. Par ergo eſt, vt tuus iſte Ordo nobilitatis ſpeciem, quam hactenus impensè cuſtodiuit, & coluit, poſthàc multò firmius colat, retineatque; vt qui non modò nobiliſsimum nactus ſit Protectorem, ſed & munificentiſsimum nobilium amatorem, ac Patrem. Quòd ſi cauſarum grauitatem, quas apud ſupremam Pontificiæ Maieſtatis Sedem noſtri Ordinis exponit induſtria, ſuum ſibi ius depoſcentem, contemnere fas non fuit, hic

tot

tot Aduocatorum Cathaſogus, quos apud tot Summos Orbis Antiſtites de viris ob meritorum ſublimitatem in Diuorum Album referendis, de Fidei Dogmatibus in Oecumenicis Concilijs quà explicandis, quà promulgandis ſæpe ſæpius allaboraſſe nemo dubitat; Tibi Sanctitatem & ore, & corde, & ſcriptis, & manibus è ſupremo Cœleſtis Templi Candelabro cunctis mortalibus præmonſtranti; Tibi Diuinarum arcana Literarum die, noctuque meditanti; Catholicæque Fidei ſanctiſsimum lumen, non hæreticorum minus, quàm infidelium Regnis inferre decernenti; Tibi, inquam, Cathalogus hic dicandus omnino fuit. Vna dumtaxat, ne qualecumque hoc Tibi Opuſculum ſacrarem, mea me tenuitas, ſtylique inſuauitas auertebat: at peruetuſtus Curiæ ſtylus ruborem expulit, repugnantem vicit; noſter enim Aduocatorum Chorus a Pontificio ſeiungi latere nunquam poteſt; pars non infima Romanæ Curiæ ſumus; vbi Pontifex, ibi Romana Curia;

mem-

membrum igitur ſine capite foret, ſi tuo ſine nomine hic liber prodiret: qui odimus Acephalos, Alexandrum nuncupamus, Alexandrum præferimus, Alexandrum adoramus. Quin & grates ingentes omnes agimus (vt de me, ac ſingulis meis Collegis in communi beneficio taceam) dum enim Protectorem Te nobis publica veluti deprecatione depoſcimus, eundem Benefactorem, verèque Parentem experti iam ſumus. Qui Alexandrum Pontificem non nobis modò, ſed vniuerſo Orbi fecit beneficentiſsimum, idem Te Deus præſtandis in dies maioribus diu ſeruet incolumem.

LE-

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

Carolus Cartharius.

VT meum in ſacri Conſiſtorij Aduocatos obſequentem animum conteſtarer, Opus in tres partes diſtributum aggreſſus fui, quarum prior ipſorum originem, munera, ac preeminentias complectitur, altera eorundem nomenclaturam, per temporũ ſeriem diſpoſitã, indicat, tertia denique Orationes ab ipſiſmet, tùm in ſecretis, tum in publicis Cõſiſtorijs diſertiſsimè habitas in vnũ collectas exponit. Verùm quia prima ſtudium impenſius, limamq. politiorem exquirit; poſtrema verò longioris temporis copiam expoſtulat, vt numeroſior, quantum fieri poterit, prodeat in lucem, ſecundam tantummodò tibi legendam expono. Age ergo, & qua ſoles humanitate, Cartharij errata beneuolo, candidoque corrigas animo, Typographi verò excuſes, quippequi ſæuiente in Vrbe contagij morbo, trementibus præ timore manibus, palpitante corde, caligantibus oculis, ſcripta, characteresque tractauit. Si Familiarum prærogatiuas ex integro non expreſsi, in cauſa id fuit, quòd earundem nobilia documenta inter priuatos innumerorum parietes, nedum in Vrbe, ſed varijs in Ciuitatibus deliteſcentia & ego comperta non habui, & qui ex clariſsimis ijs Viris ſunt orti, meum hunc laborem ignorarunt. Ne verò exiſtimes, me fidei oblitum, quam in paterni Operis editione ſpopondi, propediem Mutij Cartharij Patrui Tractatu, *Aliud de Iure, aliud de Conſuetudine*, inſcripto potieris. Pauca hæc te haud ignoraſse volui, mi Lector. Viue diu felicitèr.

Digitized by Google

Impri-

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. S. P. Apoſt.

M. A. Epiſc. Hierap. Viceſg.

REuerendiſſimi P. Raymundi Capiſucchi Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri obſequuturus mandatis, legi quæ de Conſiſtorialibus Aduocatis hæ annaliū memoriæ complectũtur, in quibus euoluendis eo voluptatis ſenſu ſum affectus, quem ſtyli candor, Authoris fides cãdidior, ac eruta è ſecretiori ſilentio arcana excitare meritò potuerunt. Neque ſolū in ijs ponderandis nihil deprehendi, quod officeret moribus Chriſtianis, aut Catholicæ Fidei ſinceram veritatem inficeret: verùm etiam pro certo habui, ex hac erudita ſcriptione Authorem ſibi vendicaturum laudem illam, quæ debetur ijs, qui euiſceratis è rupibus aurum Solis filium in Solem exponunt, vel è grauidis conchis occluſos vniones extrahunt in lucem. Author ſiquidem Conſiſtorialium Aduocatorum dignitatem, tot Regum, tot Imperatorum, tot Pontificum ſuffragijs commendatam, quæ Principum, Cæſarum, ipſorumquè Cælitum cauſis tanta cum maieſtate patrocinatur, in publicam effert lucem, vt illi omnium æſtimationem conciliet. Proinde arbitror digniſſimum opus, quo prela fatigentur; vt & Author inde laudem promeritam colligat, licèt nunquam quæſitam, & Conſiſtorialis Aduocationis, quam pro dignitate gerit, publicam apud omnes pariat venerationem. Romæ vi. Id. Septembr. MDCLVI.

Ita cenſeo Ego Ioſeph Carpanus I. V. D. & in Romano Gymnaſio Primarius Ordinarij Ciuilis Profeſſor.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capiſuccus Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd.

ADVO-

A. M. D. G.

ADVOCATORVM PONTIFICII CONSISTORII Album
conſcripturus calamum ſumo: opus, ſi acuminis ingenij,
B haud tamen laboris expers, neque legentibus (Collegis
præſertim) iniucundum. Vrbani Octaui Pontificis verè
Optimi, Principis munificentiſſimi, memoriæq. diuturnitate
nulla langueſcentis beneficio inter ipſos & ego cooptatus,
exigua deinceps, celeriq. quinque annorum fuga Decanatū
aſſequutus, ſingula, in quæ, tam conſcriptas, quàm impreſſas
reuoluendo chartas, de ſacri Conſiſtorij Aduocatis legens
incidi, ſchedulis adnotaui: tum amicorum monumentis ſe-
riò perquiſitis, lapideiſque inſpectis inſcriptionibus, ex ijs,
quæ adhuc vſque diſperſa collegi, quaſi ex alienis lapidibus,
atque cementis fabrefacturus, opuſculum aggredior. Nonne
C congruum, ſi Collegij prior Collegarum nomina, & geſta liuida obliuione penè deleta ad
perennem ipſorum memoriā è ſilentij tenebris eruam? Eloquentiæ lumina omittam, ſtylo bre-
uiori concludam: veritatis indumentum nuditas eſt. Togatorum vetuſtioris ſæculi nomina re-
ticebo, qui licèt aliquantulo vocis ſonitu varij, re tamen ijdem ſeriem nobis dederunt. Hæc
foliorum compaginatio illos tantùm indicabit, qui recenti Aduocatorum Conſiſtorialium de-
nominatione in humanis egerunt, & quorum nomina temporis edacitas non conſumpſit. Pro-
prio genio indulgens, aliqua de ipſorum Aduocatorum Familijs connectam. Supremi Opificis
adiutus ope, vberiùs de Pontificij Conſiſtorij Aduocatis aliàs (*in Notitia nempe Aduocatorum
Conſiſtorialium*) agam. Authorū verbis ijſdem vtar non rarò; mihi cauſam communem ago, ſic
aſſertioni fides maior. Annorum ſeriem pro viribus perquiſitam ſeruabo, cunctiſq. rimatis, ve-
ritatis indagator, meam characteribus hiſce obſequentiſſimam Collegij dilectionem teſtatam
D faciam.

BENEDICTVS CAIETANVS ad hanc vſque diem primus mihi inter
legendum, occurrit, ab Alphonſo Ciaconio Aduocati Conſiſtorialis præ-
rogatiua recenſitus. Anagnina Ciuitas Hernicorum Metropolis illi Patria,
fuit; Luitpredus (alij Lintfredus, Luitfredus, Leofredus alij) opulentus,
ac nobilis Eques illi pater; Æmilia de Comitibus neptis Alexandri Papæ
IV. mater: literis ſummoperè addictus, in legali præcipuè philoſophia
mirificè profecit, diuq. in Vrbe verſatus literatorum altrice, cunctorum
animos in ſui admirationem conuerterat. Inter Sacræ Conſiſtorialis Aulæ
Aduocatos Orbis illum primùm cooptatum vidit; mox inter Summi Pontificis, Sedisq. Apo-
E ſtolicæ Notarios, quos Prothonotarios vocamus; deinde à Martino Papa Quarto in Patria
mea Vrbeuetana Ciuitate anno 1281. inter purpuratos Principes adſcriptum, Diaconum pri-
mùm tit. S.Nicolai in Carcere Tulliano, Presbyterum deinceps SS.Syluestri, & Martini in
Montibus nuncupatum; ſucceſſiuè Pontificium Legatum in Galliam, vnà cum Gerardo Blan-
co Card. Parmenſe, pro pace inter Philippum Francorum, & Edouardum Anglorum Reges
ineunda tranſmiſſum; denique Cæleſtino Papa Quinto viro ſancto Pontificatu ſe abdicante,
in Caſtro nouo Parthenopeæ Ciuitatis anno reparatæ ſalutis 1294. in peruigilio Natiuitatis
Dominicæ ad Summi Pontificatus apicem euectum, Bonifacij Octaui nomine aſſumpto. In-
numera Pontifex peregit, nonnulla tantùm ſcitu digniora carptìm recenſebo, reliqua reticen-
do. Neapoli ad Vrbem reuerſus, a Matthæo Rubeo Vrſino S. R. E. Archidiacono coronatio-
nis inſignia ante Vaticanam Baſilicam ſuſcepit: Solemnitatis pompam Iacobus Cardina-

lis Caietanus de Stephaneſchis metro deſcr[illegible], ibique de Conſiſtorialibus Aduocatis loquens, ait: A

Nec tantùm Clerus, ſed diuis veſtibus vſi
Cauſarum Patroni aderant, magnoque tumultu,
Dum Leuita canit, ſummo praconia Papa
Exclamare pio laudes de more celebres.

De ritu purpuratus Poeta cecinit ad hæc vſque tempora in die coronationis Pontificis vigente, qua Conſiſtoriales Aduocati pluuialibus induti (vt ego ſeruatum vidi die 4. Octobris 1644. in coronatione Innocentij Decimi, & die 18. Aprilis 1655. in coronatione SS. D. N. Alexandri Septimi, quem æternus bonorum Largitor ad fidelium præſidium, ac leuamen diutiſſimè ſeruet) laudes dicunt Pontifici: ad rem conferunt Romani Cæremonialis verba lib. 1. ibi *Secretarij, & Aduocati ſuper veſtes communes habeant Pluuiale cum apertura ſuper humerum dextrum, & Almucia ſuper ſiniſtrum.* Ad Bonifacium redeamus. Quatuor B Euangeliſtarum, totidemque Eccleſiæ Doctorum Ambroſij ſcilicet, Hieronymi, Auguſtini, & Gregorij ſolemnitates inſtituit. Vrbeueteri (non in Peruſina Ciuitate, vt Cæſari Criſpolto placet in ſua Peruſia Auguſta, qui errantem Platinam ſequutus confundit Beatum Ludouicum Galliarum Regem Vrbeueteri à Bonifacio Octauo, & Beatum Ludouicum Epiſcopum Tholoſanum Anemoni à Ioanne XXII. Sanctorum veneratione donatos) in Diui Franciſci Fano Beatum Ludouicum Francorum Regem miraculis micantem in album Sanctorum Confeſſorum retulit. Appamiarum Villam Ciuitatis preeminentia condecorauit. S. R. E. Cardinalibus purpurei coloris veſtimenta dedit. Iacobum Arragonium ſtatutis conuentionibus renunciauit Corſicæ, & Sardiniæ Regem. Gibellinos Romano adhærentes Imperio acerrimè inſectatus eſt, Eugubinamque Ciuitatem ab iiſdem occupatam recuperauit Eccleſiæ. Bononienſes ad eandem redeuntes humaniſſimè excepit. Vaticanam Baſili- C cam plurimùm exornauit, donarijs, agris, oppidis, & indulgentijs, ditauit, Canonicorum, Clericorumque numero auxit. Cometes terribilis futuras interim calamitates præſagiuit. Reatina in Vrbe Bonifacio commorante, repentino, maximoque terræmotu excitato, terra ſex menſium ſpatio ita per interualla tremuit, vt ædificijs plurimis corruentibus, Pontifex ex aſſeribus tentorium in medio Fratrum Prædicatorum Clauſtro conſtrui iuſſerit, ibiq; crebriſſimam ædificiorum ruinam metuens, aliquandiù reſederit. Inter ipſum, & Columnenſes Gibellinos Proceres in Vrbe nobiliſſimos, ac præpotentes acribus diſſidijs exortis, Iacobum, & Petrum de Columna S. R. E. Cardinales Eccleſiaſticis, prophaniſque redditibus, honoribus, & Cardinalatu priuauit, ac mucrone anathematis percuſſit. Indicto in ipſos Columnenſes bello, Vrſum Vrſinum Ducem contra illorum Oppida immiſit. Nepete, D Columna, Zagarolio, reliquiſq; Columnenſium Caſtellis in Pontificium dominatũ redactis, ſolùm Præneſte ſupererat; ibi tanquam in locum natura, arteque munitum ſe ſe in tutum hoſtes receperant, ſed eſſero perdurante prælio, Cardinales præſidio deſtituti, biennio armis vexati, pacem exoptantes, Reate cum ſuis coniunctis Pontificem adierunt, culpas, & commiſſa confeſſi veniam expoſtularunt; fuerunt igitur ea lege abſoluti, vt Præneſte Papæ traderent, Tiburque ipſi properarent, ibidem ad ſenectam permanſuri: tunc Pontifex munitiſſimam Præneſtinam Arcem diruit, vrbemque illam ex montis cacumine ad radices trãſtulit, quam deinde, iterum à Columnenſibus prouocatus, incolis pulſis, flamma deuaſtauit: at Cardinales Iacobus, & Petrus iracundiam Pontificis veriti, fugę ſe ſe dederunt, ipſorumque exemplo cæteri quoque Columnenſes Dynaſtæ (præcipuè Stephanus, & Sciarra) ad varia loca abierunt: hinc denuò Bonifacius Cardinales eoſdem publicis tabulis ſchiſmaticos, & anathematizatos euulgauit, Cardinalatu, dignitatibus, beneficijs, oppidis, cun- E ctiſque bonis priuauit; filios Ioannis de Columna, Agapitum, Stephanum, & Sciarram bonis omnibus mulctauit. Anno 1300. magni Iubilæi ſolemnitatem, ſeculari centum annorum decurſu celebrari conſuetam, innumera populorum frequentia Vrbem cateruatim ingredientium celebrauit, & Diplomate marmorea tabula inciſo perpetuis temporibus celebrandam ſanciuit. Alberto Auſtriæ Duci pluries Romanorum Regis confirmationem expetenti denegatam tandem conceſſit. Carolo Valeſij Comite Philippi Francorum Regis germano fratre ad Vrbem accito, ipſius auxilio alborum, nigrorumque factiones, quamplurimis in Etruriæ Ciuitatibus debacchantes ſedauit. Pacem inter Carolum Secundum,

&Fri-

A & Fridericum Arragonum Reges pro Siciliæ Regno certantes compoſuit. Generale Studiũ
in Ciuitate Firmana Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ ad inſtar Studij Bononienſis inſtituit.
Romanæ Vrbis Archigymnaſium (Sapientiam nuncupamus) quamplurimis priuilegijs, in-
dultiſque decorauit. Cum Philippo Francorum Rege gliſcentes in dies diſſenſiones, ac
diſcordias, vtrique tamen exitiales, geſſit, ipſum in publico Conſiſtorio excommunicauit,
& Regno priuauit, quod in Albertum Cæſarem tranſtulit: verùm indignatus Philippus, ad
Sedem Apoſtolicam, futurumque Concilium appellans, & plura in Bonifacij famam per-
petrans, fuit iterum ab ipſo cenſuris percuſſus: at dum Pontifex anno 1303. Anagniæ de-
gebat, nihil tale metuens, Anagninam Ciuitatem Francici Regis (vt ſcribunt) opera (etſi
Clemens V. Bonifacij ſucceſſor ſuo Diplomate ſub Dat. Auenione v. Kal. Maij Pontifica-
tus anno ſexto declarauerit, Philippum Regem de captione, aggreſſione, ac inſultu Boni-
B facij VIII. ac diſperſione, & amiſſione theſauri, alijſque, quæ in conflictu Anagnino eue-
nere, innocentem penitus, ac inculpabilem fuiſſe) Columnenſes, alijque Bonifacij hoſtes
vnà cum Gebellinis, & Gallis noctu Vrbem illam occuparunt, Galliciſque vexillis expan-
ſis, Regi vitam, Bonifacio mortem inſanè acclamarunt, præcipiteſque in Palatia Pontifi-
cis, & Cardinalium irruperunt: Papa infracti animi ſemper ſe ipſo maior, morti ſe proxi-
mum exiſtimans, hæc dixit adſtantibus. *Per proditionem, quemadmodum Chriſtus, captus
ſum, & hoſtium meorum poteſtati, vt occidar, deditus, vt Papa mori conſtituo.* Sacris igitur
veſtibus, Pallio, ac Thiara ornatus, Crucemque manibus tenens, in Cathedra ſedens Pō-
tificia, mortem imperterritus expectabat: vitæ pepercerunt hoſtes, etſi Dignitati non pe-
percerint, dum ipſum contumelioſis verbis irriſerunt, dum eundem ſub cuſtodia reliqu-
runt, dum biduo deplorabilitèr in Eccleſiæ theſauro, qui in Papæ Palatio aſſeruabatur,
C deprædando, opem dederunt. Sed Paſtori, gregique ſuo aſtitit Deus; Anagnini Ciues,
nemine hoc procurante, Vrbem diſcurrentes armati, vitam Bonifacio acclamantes, hoſtes,
& proditores eiecerunt ab Vrbe, interemerunt, prædam recuperarunt, Pontifici libertatem
reſtituerunt. Dantes Poeta Florentinus celeberrimus de huiuſmodi loquens facinore ſic
cecinit Purgator. cant. 20:

Veggio in Alagna intrar lo Fiordaliſo,
E nel Vicario ſuo Chriſto eſſer catto:
Veggiolo vn'altra volta eſſer deriſo,
Veggio rinouellar l'aceto, e'l fele,
E tra viui ladroni eſſer'anciſo.

Bonifacius, qui magnarum rerum ſemper appetens fuerat, hac tamen aduerſitate mitis fa-
D ctus, cunctis, qui in ſe deliquerant, indulſit. Vrbem redijt, frequenti quadringentorum
Romanorum Ciuium ſubſidio comitatus: cæterùm animi dolore, ſenioque confectus, in
Vaticano Palatio, trigeſimo quinto à vi illata die, anno 1303. occubuit. Ipſius cadauer in
Principis Apoſtolorum celebri Baſilica æneo affabrè elaborato tumulo (quem ipſe viuens
ſibi fieri curauerat) conditum iacet. Vixit Pontifex annis octo, menſibus nouem, diebus
viginti octo. Quatuordecim creauit S.R.E. Cardinales, nempe Iacobum Thomaſiũ Anagninũ,
Franciſcum Neapolionis Vrſinum Romanũ, Iacobum Caietanum Anagninũ Franciſcũ Ca-
ietanum Anagninũ, Petrum Valerianum Priuernatem, Gundiſaluũ, ſeu Conſaluum Roderici
Hiſpanum, Theodoricum Raynerium Conciuem meum Vrbeuetanum Ioannis filium, non
autem Zachariæ, vt ait Ciaconius, Nicolaum Bocaſinum Taruiſinum, Richardum Pe-
tronum Senenſem, Leonardum Patraſſum de Guerrino Alatrinæ Diœceſis, Gentilem de
E Monte Florum Picenum, Lucam de Fliſco Genuenſem, Petrum Hiſpanũ, & Ioannem Miniũ
de Murro Vallium. Ciaconius binos addit Cardinales, Andream de Comitibus Signiæ
Anagninum, & Iacobum Sanctuccium Lucenſem: Addens ad Ciaconium alios duos ſuper-
addidit, Ægidium de Columna Romanũ, & Reginaldum Minoritam Archiepiſcopum Ro-
thomagenſem: eruditus autem Vir, & olim ſecretioris Vaticani Tabularij lynceus Cuſtos
Felix Contelorius, quem libentèr ſequor, in elencho S. R. E. Cardinalium â ſe euulgato
præter quatuordecim mox recenſitos alium non admittit. Scripſit Bonifacius noſter *De
Chriſtianæ Fidei, & Romanorum Pontificum perſecutionibus. De Regulis Iuris. De Indulgen-
tijs anni Iubilei. Orationem Aue Virgo glorioſa. Sextum Decretalium librum. Epiſtolas plu-
res.* Ad hæc vſque tempora ſupra principes Vrbeuetanæ Ciuitatis ianuas duo marmorea

ipſius Pontificis ſimulachra cernuntur, ibi vſque ab anno 1296. ab Vrbeuetanis (omni æta- A
te acceptorum à quopiam beneficiorum memoria tenaciſſimis) grati animi argumento
collocata. Laudibus hic Pontifex extollitur ab Hiſtorico, cuius nomen conſultò prætereo,
verbis huiuſmodi. *A Martino Gallo Pontifice* (fuit Martinus Secundus dictus Quartus) *ob eru-
ditionem, & quia in minori fortuna Canonicus Eccleſiæ Lugdunenſis fuiſſet, accitus ad Cardina-
litium munus obeundum, in eo excellentèr ſe geſſit. Vir quidem magnanimus, & inuictus, iu-
riſque ciuilis ſcientia inſtructiſſimus.* Ab Abrahamo Bzouio in hiſt. eccleſ. lib. 6. anno 1294.
*Fuit Benedictus doctrina, & experientia rerum inter alios huius temporis Cardinales præſtan-
tiſſimus, magni animi, relator magnus, & iurium Eccleſiæ conſeruator; & qui propter inſignẽ
eruditionem, & in negocijs Eccleſiæ efficiendis ſummam ſolertiam Patrum Collegio ſe inſeruiſſet:
Proinde non tam per ambitum gradum, aut artes eo Senatu indignas, ſed per virtutes, & præ-
cipuè ardentiſſimi rerum Eccleſiæ tuendarum, iuxta ac amplificandarum ſtudij vehementiorem* B
*cultum, ad Pontificium ſupremum culmen aſcendit, & Sacramento Eccleſiæ Catholicæ ſe aſtrin-
xit.* Ab Alphonſo Ciaconio in vita ipſius Cardinalis. *Benedictus Caietanus, à quo ſunt tot
leges adiectitia inſitione latæ, facilè cæterorum princeps ea ætate indicatus.* Ab ipſo Ciaconio
in vita eiuſdem Pontificis. *Benedictum ingenij acris, & ſolertis &c. Doctoratus inſignibus ſu-
ſceptis, ad Curiam Romanam acceſſit, vbi Aduocati Conſiſtorialis, & Notarij Apoſtolicæ Sedis
muneribus aliquandiù functus. Vir doctrina mira, rerum experientia, & ſingulari prudentia
ornatus &c. Fuit hic Pontifex doctrina, prudentia, & rerum experientia præſtans, ingenio,
memoria, & acri iudicio præditus, magno, & excelſo animo, iurium eccleſiaſticorum, & eius
libertatis conſtantiſſimus aſſertor:* Ab adden. ad Ciacon. ex Ioan. Villan. lib. 8. *Doctus, iu-
dicio, ingenioque, & memoria præditus, magnanimus, liberaliſque in viros rerum benè geren-
darum peritos:* ex D. Antonin. *Scientia acquiſita valdè peritus, naturali ingenio præditus,* C
memoria tenacis, magni animi, in amicos liberalis, qui temporalẽ Eccleſiæ ſtatũ defendit, & auxit:
ex Card. Ægid. Viterb. *Doctiſſimus, qui viros doctiſſimos, ſapientiſſimoſq; toto Orbe quæſitos Patres
Purpuratos creauit: magnanimus, imperterritus, in hoſtium manibus nullo metu concuſſus dixit,
vt Papa mori decerno:* ex Franciſco Petrarcha. *Efficaciùs animos tangunt exempla, quæ vi-
dimus: ideo reſpicite, vbi nunc eſt Bonifacius Octauus Romanus Pontifex, verus populorum,
& Regum, atque vt dicitur, orbis ſtupor, quem, niſi fallor, veſtrum aliqui viderunt.* Ab An-
drea Victorello in addit. ad Ciacon. *At longum, beatumque in primis honorem huic familiæ
reliquit Bonifacius Papa Octauus, cuius nomen, leues priuatæ cenſuræ notas prætereuectum, ce-
leberrimum viget, atque inter aſſenſionem fauoris, & inuidiæ (ſi qua fuit) fremitum gloriæ ſuæ
vexillum fixit. Glorioſus ſanè Pontifex, ſi candido animo, & ſine factionis propenſione vir-
tutem eius inſpicias, & æſtimes.* A doctiſſimo, integerrimo, & pretioſis voluminibus editis D
celeberrimo Luca Vvaddingo in Annal. Minor. anno 1303. *Fuit hic Pontifex doctrina, pru-
dentia, & rerum experientia præſtantiſſimus, ab excellenti ingenio, acri iudicio, & memoria
ſingulari commendatiſſimus, excelſi animi vir, iurium Eccleſiæ conſtantiſſimus aſſertor, & eiuſ-
dem libertatis defenſor acerrimus, in amicos effuſus, & liberalis, erga inimicos, præſertim au-
thoritatis Pontificiæ contemptores, implacabilis, culpas tamen agnoſcentibus, & veniam peten-
tibus facilè condeſcendens. Ditionem eccleſiaſticam tum amplificauit, tum contra inuaſores de-
fendit &c.* A Ludouico Aurelio in epitom. annal. eccleſ. anno 1293. *Conſilij participem in
primis habuit Benedictum Caietanum Cardinalem, quo tum nemo diuini, humanique iuris pe-
ritior habebatur.* A Dyno Muxellano de regul. iur. Pontif. in proœm. *D. Bonifacius Papa
Octauus, lux mundi, regula morum, Eccleſiæ Doctor, Patriæ honor, & Iuris illuminator.* Ab
Archangelo Gianio in annal. Seruor. centur. 1. lib. 5. pag. 60. *Benedictus Caietanus vir con-* E
ſultiſſimus, in quo animi magnitudo cum prudentia, & ſapientia decertabat. & pag. 66. *Vir ſa-
nè acri iudicio præditus, & magno, excelſoque animo ornatus, atque eccleſiaſtici iuris, quantum
quiſque alius ex Prædeceſſoribus, conſtantiſſimus, & intrepidus aſſertor.* A Platina in vita. *Huo-
mo veramente famoſo per la dottrina, & eſperienza delle coſe, perche hauendo lungamente
praticato in Corte, peruenne per tutti i gradi della Dignità al Pontificato.* A Marco Guazzo in
Chronica. *Fù huomo molto ſauio, di ſcrittura, e di ſenno naturale, molto auueduto, e pratico,
gran conoſcitore, e di ferma memoria. Fece coſtui il Seſto libro delle Decretali, che è quaſi lume
di tutte le Leggi, e Decretali, e fu à ciò fare aiutato da Guglielmo da Bergamo, da Ricciardo da
Siena Cardinali, e da Dino Roſſoni di Mugello gran Maeſtri in tal ſcienza, e l'anno vltimo del*

ſuo

A *ſuo Papato, che fu l'anno 1303. della ſalute noſtra, fu meſſo tal libro in luce.* Ab Authore
Chronicæ vniuerſalis Orbis terrarum. *Fù Bonifatio eccellentiſſimo Dottore, & aiutò grande-
mente le Religioni con diuerſi priuilegi, & indulti. Il Seſto libro del Decretale fu composto da
eſſo, e commandò vniuerſalmente, che fuſſe letto in tutti gli ſtudi, il qual libro fu poi gloſato da
molti eccellenti huomini, maſſimamente da Giouanni Andrea Dottor Bologneſe.*

Caietanam Proſapiam vetuſtiſſimam æquè ac nobiliſſimam eſſe quis ignorat? Ciuitas
Caietana illi cognomentum dedit: ex Hiſpania Proceres nonnulli demigrantes, loci amœ-
nitate allecti, ſedem ibi poſuere: illinc arbor fœcundiſſima in Vrbes Romanam, Neapoli-
tanam, Piſanam, & Anagninam ramos protendit: vbique ſemper floruit, ſemper emicuit.
Si quæramus Pontifices, en Gelaſius Secundus, & Bonifacius Octauus. Si Purpuratos Va-
ticani Senatus Patres, præter recenſitum Gelaſium, qui anno 1099. & Bonifacium, qui
B anno 1281. fuerant inter Cardinales cooptati, nobis vlterius occurrunt Gregorius Piſanus,
& Gregorius Anagninus a Paſchali Secundo, Benedictus Anagninus, Bonifacij Octaui ex
fratre nepos a Cœleſtino Quinto, Iacobus Romanus ipſius Bonifacij ex fratre nepos (qui
elaborauit *De Centeſimo, ſiue Iubilæo. Vitam S.Georgij Martyris. De electione Petri de Murro-
ne in Pontificem, & de eius reditu ad Eremum. De coronatione Bonifacij Octaui*) & Franciſcus
Anagninus eiuſde Pontificis ex altero fratre nepos ab ipſomet Bonifacio Octauo, Antonius
Romanus a Bonifacio Nono, Nicolaus de Sermoneta nuncupatus a Paulo Tertio, cuius
genitrix fuerat Ioannella Caietana de Sermoneta Bonifacij Octaui ſanguine iuncta, Hen-
ricus a Sixto Quinto, Bonifacius Romanus a Paulo Quinto, Antonius Romanus a
Gregorio Decimoquinto, & Aloyſius Romanus ab Vrbano Octauo ſacro Cardinalatus
paludamento inſigniti. Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Præſules plures, pluresque
C enumerātur, inter quos præcipuè præfulſerunt Marzuccus de Caietanis Piſanus anno 1211
Maſſæ Epiſcopus promulgatus. Petrus Matthiæ filius, Bonifacij Octaui patruus anno 1252
ex Epiſcopatu Sorano ad Tudertinum, inde ad Anagninum anno 1276. translatus. Bar-
tholomæus Bonifacij Octaui affinis anno 1296. ad Fulginatenſem Sedem euectus. Alexan-
der anno 1448. Terracinenſis Epiſcopus dictus. Petrus anno 1476. Fundanæ Eccleſiæ Pa-
ſtor datus. Chriſtophorus anno 1634. Fulginatenſis Epiſcopus promulgatus. Viuit Fran-
ciſcus Caietanus Romanus, Vtriuſque Signaturæ Referendarius, qui poſt varias de iure mo-
deratas Vrbes, ſubſequuto Ioannis Iacobi Cardinalis Panziroli obitu, Secretariatum Bre-
uium Pontificiorum aſſequutus fuit, deinde ad Hiſpaniarum Regem Apoſtolicus Nuncius
ablegatus, Innocentio Decimo iubente. Ex eadem prodiere literati viri, Octauius Caie-
tanus Syracuſanus, qui ſcripſit *Origines illuſtrium Aedium Sanctiſſ. Matris, & Virginis Ma-
D riæ in Inſula Siciliæ. Orationes quamplurimas. De vitis Sanctorum Siculorum, famauè ſancti-
tatis illuſtrium. Martyrologium in ſingulos anni dies. De die Natali Sanctæ Nymphæ Virgi-
nis, & Martyris Panormitanæ.* Alphonſus Gaetanus Syracuſanus, qui *Vitam Franciſci Gaie-
tani è Societate IESV* edidit. Conſtantinus Abbas Caietanus Syracuſanus, vir eccleſiaſtica
eruditione eximius, & a celebratiſſimo Card. Baronio non ſemel in annalibus cōmendatus,
qui ſcripſit, ac euulgauit *Vitam Beati Amalary Fortunati; & Vitas SS. Iſydori Epiſcopi Hi-
ſpalenſis, Ildephonſi Epiſcopi Toletani, & Gregorij S. R. E. Cardinalis Epiſcopi Oſtienſis. De
S.Gregorij Magni, eiuſque Diſcipulorum Monachatu Benedictino. Animaduerſiones in Vitam
S.Anſelmi Epiſcopi Lucenſis. Aſſertionem, S.Columbanum Abbatem Bobienſem, & Lucenſem
cum ſuis fuiſſe Ordinis S.Benedicti. De erectione Collegij Gregoriani in Vrbe. Vitam S.Benedi-
cti. Acta S. Scholaſticæ Virginis eiuſdem ſororis. Acta S.Placidi Abbatis, & Martyris. Acta
E S.Gregory Magni. Acta S.Petri Cæleſtini. Acta S.Thomæ Aquinatis. De ſanctitate Luciferi
Epiſcopi Calaritani. Commentaria in Vitam Gelaſii Secundi Papæ è familia Caietanorum a
Pandulpho Piſano ſcriptam. De numis, & numiſmatibus in honorem Deiparæ ſemper Virginis
cuſis. De veneratione Sanctorum. De Sacroſancta Baſilica Vaticana. De antiquitate Regu-
la S.Auguſtini, & Canonicorum, quos vocant* Regulares. *De præſtantia Religionis Benedicti-
na. Concertationes varias. Vitam Bonifacij Papæ Octaui è Familia Caietana, cum apolo-
gia pro eiuſdem Bonifacij ingreſſu ad Pontificatum legitimo, prudenti regimine, & glorioſa
morte. Giudicio ſopra la Vita del Rè Dauid ſcritta dal Signor Ranuccio Pichi*; & alia. Seba-
ſtianus Caetanus, qui edidit *Commentarium in Decreta Cardinalium Congregationis Rituū
circa Miſſarum celebrationem.* At ſi mentis aciem ad Caietanorū conuertamus Ditiones,

ipſi

ipſi(vt ex Ciaconiano opere) præpotenti dominatu ſceptrum geſſerunt , & in aliquibus ge- A
runt, Caietæ, Aquini, Fundorum, Matalonis, Principatus Altamuræ, Sermonetæ , Nepeſi-
næ Ciuitatis, Traiecti, Itri, Theani, Montis argentarij, Anſidoniæ, Vrbeuetelli, Portus Her-
culis, Marſiliani, Alticoſtæ vulgò Tre coſte, Capalbiæ, Montis acuti, Montis geuti , Inſulæ
vocatæ Gianuti, Inſulæ, quæ dicitur Lilij, Seſſæ, S.Germani , Sperlunghæ, Theleſij, Arcellæ,
Gariliani , Rocehæ Guglielmæ, S.Donati, Comitatus Caſertæ , Comitatus Murconi , Roc-
chæ Gurghæ , Normæ , Maientiæ, Collis medij , Iuliani, Campagnani , Zancati , Mareni ,
Scurculæ, Turris Vallisperræ, Caſtri fortis, Cerriti , Montis Rodoni , Anagninæ Ciuitatis ,
Montis alti, Roncilionis, Podij Summæ Villæ , Caſtri , & Rocchæ Arturæ , Ciſternæ , Nim-
phæ, Montis Circeij, Pophi, Sonnini, Ceccani, Valliſcurſæ, Caſtilionis, Mineruini , aliorũ-
que locorum . Pauca hæc de Caietano ſtemmate dixiſſe ſufficiat, è quo veluti ex equo Tro-
iano Viri ſemper prodierunt eximij tam in pace togati, quàm ſagati in bello : ſi plura exo- B
ptas , vide Phanuſium Campanum de familijs Italiæ , Ciaconium in vitis Pontificnm , &
Cardinalium , Vghellum in Italia Sacra , & Franciſcum de Petris in Hiſtoria Neapoli-
tana .

Hic parumper , priuſquam vlterius Nomenclaturam proſequamur , mi lector ſiſtamus .
Ne quæſo exiſtimes , Benedictum Caietanum Aduocatorum ſacri Conſiſtorij ſeriei initium
dediſſe . Indicaui, vetuſtioris ſæculi Togatos, licèt aliquantulo vocis ſonitu varios, noſtros
extitiſſe Anteſignanos : a Bonifacio calamus exordium ſumpſit , quia ipſe primus occurrit
Aduocati Conſiſtorialis munere recẽſitus. At non abs re nonnullos indicare exiſtimaui, qui
licèt præciſa Pontificij Conſiſtorij dictione non deſcribantur, in eodẽ forſan ordine floruere,
tuo iudicio librandi . En VIVIANVS ſe ſe offert, qui anno 1169. (ferè integro ſæculo Ca-
ietano anterior) fuit ab Alexandro Tertio ad Regem Angliæ vnà cum Gratiano Subdiaco- C
no, Prothonotario Apoſtolico , & nepote Eugenij Tertij pro cauſa Diui Thomæ Cantua-
rienſis tranſmiſſus : hæc ad rem purpuræ ſplendor, & eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptor, dilucida-
torque celeberrimus Baronius d. anno . *Dimiſſi ſunt ergo Nuntij Regis impotes voti , hoc
ſolùm impetrato, ut Dominus Papa mitteret Nuntios , qui pacem procurarent, Gratianum ſcili-
cet Subdiaconum , & Magiſtrum Viuianum Vrbis veteris* (patriæ meæ) *Archidiaconum , qui
munere Aduocationis fungi ſolet in Curia* &c. infra. *At fides cum conſtantia Alexandri Papæ
qualis ſemper cognita eſt pro iuſtitia , & veritate perſtans immobilis , talis in poſterum vſque ad
finem perſeuerauit incorrupta : quam tamen manſuetudo cum patientia temperabat , vt nihil re-
linqueret intentatum , antequam excommunicatione Regem percelleret, & Regnum ſubijceret in-
terdicto . Delegit ergo viros præſtantiſſimos, integerrimos , atque doctrina præſtantes, quos audi-
ſti , Gratianum videlicet nepotem Eugenij Pontificis laudatiſſimi (id enim epiſtola Ioannis Sa- D
resberienſis ad Pictanienſem Epiſcopum habet) & Viuianum Aduocatione Romanæ Eccleſiæ benè
adminiſtrata conſpicuum* &c. in Pontificia epiſtola ad Diuum Thomam . *Illuſtris Regis An-
glorum Nuntios, & literas accepimus &c. inde vtique fuit , quod nos (ſicut de conſilio , & deli-
beratione fratrum noſtrorum proceſſit) dilectos filios noſtros Gratianum Subdiaconum , & No-
tarium noſtrum, virum honeſtum, & litteratum, quem ob memoriam ſanctæ recordationis Patris
& Prædeceſſoris noſtri Eugenij Papæ, & intuitu ſinceriſſimæ fidei , & obſequij ſui charum omni-
modis , acceptumque tenemus , & magiſtrum Viuianum, quem ob antiquam familiaritatem, pru-
dentiam, & litteraturam eius ſincero cordis affectu diligimus , ad præfati Regis præſentiam du-
ximus deſtinandos &c.* In Papæ litteris ad ipſum Regem . *Magnificentiæ tuæ literas &c. dile-
ctos filios noſtros Gratianum Subdiaconum , & Notarium noſtrum , & magiſtrum Viuianum, vi-
ros quidem prouidos, & diſcretos , & nobis , ac toti Eccleſiæ charos paritèr , & acceptos ad Regiæ E
celſitudinis præſentiam deſtinauimus &c.* pergit deinde Author prolixam narrationem lega-
tionis, quam curioſus apud ipſum perleget ; & vlterius in epiſtola Cantuarienſis ad Viuia-
num tranſmiſſa, hæc habentur . *Thomas Dei gratia Cantuarienſis Eccleſiæ miniſter humilis ,
& Apoſtolicæ Sedis Legatus magiſtro Viuiano fideli ſuo , & S.R.E. Aduocato ſalutem , & per om-
nia rectè ſapere , & intelligere &c.* Denique in ipſiuſmet Viuiani literis ad Regem conſcriptis.
*Sereniſſimo Domino Henrico Dei gratia Anglorum Regi magiſter Viuianus S.R.E. Aduocatus ſa-
lutem, & ſalubri conſilio acquieſcere . Quantum pro honore veſtro laborauerim , quantam dili-
gentiam adhibuerim, ut ad gloriam Dei, & veſtram, pacem cum Eccleſia faceretis , nouit Deus,
& prudentia veſtra ignorare non debet : nam tantum pro vobis inſtiti , quod multorum , & ma-*

gnorum

A *gnorum amiſi gratiam, & fabula factus ſum detractorum: vnde miror, quòd me, quem in ve-*
ſtra vtilitate, & honore noluiſtis audire, quaſi pecunia corruptum (quam oblatam conſtantiſſi-
mè reſpuit) *reddere voluiſtis infamem. Sed quia vos obſequijs cœpi colere, & ab amicis nec fa-*
cilè recedere conſueui, precor, & modis omnibus conſulo, vt redeatis ad cor, & petitionem,
quam vobis ſcriptam miſit Dominus Cantuarienſis, charta veſtra confirmetis, hoc adiecto, vt
eum recipiatis in oſculo pacis, eique mittatis, & reuocetis ipſum, antequam terra veſtra ſubycia-
tur interdicto, & illi feriantur anathemate, quorum nomina in libro damnationis eorum con-
cepta ſunt, nam & plurimi ſunt, & vobis pernecеſſarij, & tempus breue eſt: hæc de Viuiano,
qui vnà cum Gratiano præfato anno 1171. iterum ab Alexandro Tertio in Angliam miſſus
fuit, teſte Baronio ex Rogerio, ibi. *Interim venerunt in Northmanniam duo Legati Cardi-*
nales a latere (nota) *Alexandri Summi Pontificis miſſi (qui aliàs, vt dictum eſt, eodem ſunt*
B *functi munere legationis) Gratianus ſcilicet, & Viuianus* &c. De ipſo forſan loquitur Ciaconius
in Vibiano Thomaſio, ab Alexandro Tertio (licèt de anno 1173.) inter S.R.E. Cardinales
cooptato. Anno 1226. in humanis agebat IOANNES, de quo hęc ſcripſit eruditus vetuſta-
tis indagator Felix Contelorius in Genealogia Familiæ Comitum Romanorum pag. 3. *Die*
3: Madij ab Incarnat. 1226. Honorij Tertij anno 10. Ind. 14 in præſentia Stephani S. Adriani
Cardinalis, Pauli Conſolini, Theobaldi Doctoris Iudicis, Ioannis de Scriniarijs Ioannis Adriani
Aduocati, & Scriniarij, ego Ioannes iure diuiſionis refuto, & pro ſua parte concedo vobis D. Pau-
lo fratri noſtro, tuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, vel cui legare, & concedere volueris in per-
petuum, ideſt totum, & integrum Caſtrum Vallis Montonis, & Caſtrum Sacci, & Caſtrum Plū-
binaria &c. Eodem anno, habetur mentio in indicata Genealogia pag. 6. de THOMA, &
IOANNE. *Die 4. Maij Incar. 1226. anno 10. Honorij Tertij Ind. 14. Petrus Ioannis Stephani*
C *Confiſſi pro quinque partibus tenimentorum, conſentiente Luciana vxore, Marta vxor Nicolai*
Ammazzagatta pro quarta parte, Petrus Ioannis Sauelli pro alia quarta parte, conſentiente
D. Vintilia vxore q. Gerardi de Creſcentinis cognata noſtra, in præſentia Thomaſij, & D. Ioan-
nis Iordani Aduocatorum vendiderunt Petro Comiti integrum tenimentum, quod fuit D. Confiſ-
ſa &c. An autem recenſiti Aduocati verè Conſiſtoriales dicti fuerint, cogitandum; haud ta-
men ſum neſcius, longè ante Bonifacij Octaui tempora Aduocatos in Pontificio Conſiſto-
rio perorare conſuetos, vnde Sacri Conſiſtorij Aduocatorum denominationem deſumpſe-
re: ſi teſtem aſſertionis quæramus, adeſt: Ægidius Fuſcararius Bononienſis, qui ſecundùm
Bergomenſem in ſupplem. chronic. floruit circa annum 1199. (licèt ſecundùm Alidoſium
paulò inferius) in manuſcripto Codice in Vaticano aſſeruato formulas nonnullas exordio-
rum, quibus Aduocati coram Pontifice in Conſiſtorio poſtulantes vſi fuere, poſteritati de-
D mandauit, quas, licèt ob temporum conditionem rudes, atque impolitas, ne antiquitatis
cupido deſim, hic connectam. *Priuſquam fierent montes, aut formaretur terra, & orbis, a*
ſeculo primitiuo prædeſtinatum eſt, quòd deberatis in Apoſtolatus Cathedra, & ſpecula eminen-
ti Eccleſiæ præſidere. Vnde cum ſitis Paſtor ouium, omniumque Chriſtianorum Princeps, meritò
vniuerſi, qui nomine Chriſtiano cenſentur, ad vos poſſunt, & debens recurrere cum fiducia ple-
niori: his igitur fretus, ſine vlla dubitatione in conſpectu Veſtræ Sanctitatis proponam, quæ ad
præſentem cauſam, & factum occurrens pertinere cognoſcam. Altera. *Mediator Dei, & homi-*
num, coram quo loqui præſumo, non conſiderabit meæ ſcientiæ paruitatem, neque reſpectum habe-
bit ad meorum inſufficientiam meritorum, ſed tanquam clemens, & benignus pater me digna-
bitur benignè, & clementèr audire. Altera. *Cum reſpicio Altitonantem, & theſaurum Regni*
Cœleſtis, loqui timeo, quia ſcientiæ paruitas contra me allegat, conſidero tamen, quia cum ſim-
E *plicibus eſt ſermocinatio Domini, nec apud illum eſt acceptio perſonarum: confidentèr ergo por-*
rigam, quæ ad præſens negocium pertinere cognoſco. Altera. *Si loqui timeo, & allegare paue-*
ſco, nemo debet admirari, quia velut paſſer ante thronum alti Dei, & Agni, & ſicut fiſtula
plumbi, de qua progreditur aqua inſipida, & turbata: verumtamen de ſola benignitate confiſus
quæ dicere propoſui, non omittam. Altera denique. *Si liuent labia, ſi pallet facies, ſi lingua*
balbutit, & membra qualibet contremiſcunt, nullus debet admiratione moueri, quia in illius præ-
ſentia loquuturus aſſiſto, qui ligandi, & ſoluendi obtinet poteſtatem, cui obediunt Imperia, &
Regna terrarum, & nemo eſt, qui audeat ei dicere, cur ita facis? Vobis ſancte Pater, qui eſtis
Dei Vicarius, & cultor Chriſtianæ fidei principalis ſupplico reuerentèr, vt his, quæ intendo pro-
ponere, veſtræ pietatis aures dignemini inclinare. Vnde conſtat ab eo vſque tempore (& vl-
teriori)

Digitized by Google

teriori) Aduocatos coram ipſo Summo Pontifice in Conſiſtorio cauſas peroraſſe. De ipſis A
Aduocatis, licèt moderniori æuo, loquitur Michael Fernus Mediolanenſis in ſua epiſtola
anno 1493. ad Iacobum Antiquarium tranſmiſſa, qua ipſum certiorem reddit de apparatu,
ordine, ac reliquis, quæ in Conſiſtorio publico peraguntur. *Conſiſtorium ideo iſti appella-*
runt Cardinalium cum Pontifice conſeſſum ad aliquid faciendum, quòd ſimul conſiſtant &c. Cũ
hijs pro dignitate ſtant Vrbis Primores, leuorſum Palatini familiares. Tum Aduocati, qui Con-
ſiſtoriales dicuntur, & ipſi petaſati (ideſt cum caputio) *poſt Cardinalium terga inter lectiſter-*
na ſupplicationes perorare occipiunt, & cauſas coram Pontifice arduas proponunt (hodie Aduo-
catorum locus eſt in medio quadraturæ è conſpectu Pontificis) *Videor tunc ego videre illas*
in Senatu maiorum Quiritum cauſarum actiones, cum ſententias rogabant, cum apud centum
viros dicebant, cum in foro clientum frequentia ſtipati cauſas perorabant: agunt elapſydas Ad-
uocati, ad quas vbi finem quis facit, Papa quid placeat (nam eo vtitur verbo) reſpondet; ſcri- B
pta traduntur Vicecancellario preces, hæque Pontificis ad verbum ſubſignantur. Pauca hæc an-
tiquitatis fragmenta inſeruiſſe, forſan non iniucundum. Nomenclaturam proſequamur.

ROLANDINVS DE ROMANTIIS Bononienſis. Quæ ſub-
nectam, de ipſo ſcripſit Valerius Rinerius in manuſcripto opere de
Viris claris Bononienſibus. *Rolandino Romanzi fu Auuocato Conciſto-*
riale, e Dottore illuſtre, che morì in Bologna gl'anni del Signore 1284. e fu
ſepolto nel Cimiterio di S. Franceſco in vna ſuperba ſepoltura fatta à pira-
mide: opus autem Authoris præfati aſſeruatur Bononiæ calamo exa-
ratum in Bibliotheca Fratrum Heremitarum S.Iacobi. Alidoſius quo-
que in ſuo opere, quod typis euulgauit, de Iuris conſultis Bononien-
ſibus, pag.203. de Rolandino, alia ſuperaddens, loquitur, abſque expreſſione Aduocatio- C
nis Conſiſtorialis; en verba. *Rolando detto Rolandino di Scanabecco Romanzi* 1260. (lau-
rea donatus) *è chiamato da Gio.Andrea eſimio, e grandiſſimo Dottore. Scriſſe l'ordine giudi-*
ciale della prattica criminale, come atteſta eſſo Gio.d'Andrea; vn libro di Queſtioni; vn Trat-
tato de Penſionibus; & altre citate dall'Alberico, & Gandino Dottori famoſi. Queſto Dottore
con Pace de' Paci Dottore l'anno 1277. ſententiorno, ſe li Frati Gaudenti poteſſero declinare al
foro ſecolare. Morì l'anno 1284. à 11. di Settembre, e fu ſepolto nel Cimiterio de' Frati di San
Franceſco in vn belliſſimo depoſito à piramide, doue ſono le ſeguenti lettere.

SEPVLCH. D. ROLANDINI DE ROMANTIIS
DOCTORIS LEGVM
QVI OBIIT ANNO DOM. MCCLXXXIV. D
XII. IND. XI. DIE INTRANTE SEPTEMB.

COMES ARCHIDIACONVS Mediolanenſis. Sacro Seruorum
Deiparæ Ordine inſtituto, cum ob decreta in œcumenicis Lateranenſi,
& Lugdunenſi Concilijs (quibus nouarum Religionum fundatio prohi-
bebatur) obſignata, Pontifices nonnulli Ordinem hunc è medio tolle-
re tentauiſſent, anno 1277. Comes noſter, alijque Conſiſtoriales Ad-
uocati pro non abrogatione reſponderunt. Rem fuſiſſimè enarrat Ar-
changelus Gianius in Annalibus Seruorum cap.6. centur.1. lib.4. Ipſius
verba, & Aduocatorum Conſultum hìc ad veritatis conteſtationem attexenda cenſui. Ti-
tulum capiti præfixit Hiſtoricus. *Aduocatorum Conſiſtorialium conſilijs non eſſe abrogandum* E
Ordinem Seruorum decernitur, deinde ſcribit. *Ad Vrbem &c. Peruulgata interea fama paſſim*
ferebatur, quòd Ordo Seruorum certo iam Protectore (Adriano Quinto) *deſtitutus, eò difficul-*
tatis, & conſentionis in Curia fuiſſet adductus, vt iam iam anceps eius ſtatus in dubium apud
Prælatos verteretur. Quarum profectò rerum nouitate multas adhuc ceperat infælix Ordo per-
ſecutiones, & calamitates cum a ſuis, tùm ab alienis perpeti. At P. Philippus (Benitius) *vir*
infracti animi, & aduerſantis in dies fortunæ propulſator acerrimus, quod non valuit cũ Adria-
no agere, egregiè a Succeſſore Ioanne Vigeſimo primo ſe facilè poſſe, Cardinalis Ioannis Vrſini
ſuffragio, & authoritate, qua maxima apud illum Pontificem habebatur, impetrare ſperabat:
nam

A *nam ſupplicibus libellis pro ſuo Ordine porrectis, mandauit Pontifex, rem omnem diligentèr per Aduocatos Conſiſtoriales examinari, examinatamque ad ſe referri. Nullominus ſegnior interim Philippus, plurium Aduocatorum ſententiam circa ſynodalia illa Decreta expoſtulauerat, a quibus profectò Iuriſperitis ſequens emanauit Conſilium.*

Religioſis, & diſcretis Viris Priori Generali, & Fratribus dictis Seruis S. Mariæ Ordinis S. Auguſtini. Comes Archidiaconus Mediolanenſis, & Angelus de Vrbe, & Papo de Senis Romanæ Curiæ Aduocati ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Volentes veſtras certificare conſcientias, petitis a nobis, vtrum Ordo veſter per Conſtitutionem fel. rec. D. Gregorij Papæ Decimi factam in Lugdunenſi Concilio ſit caſſatus. Nos igitur attendentes, Ordinem veſtrum in Beati Auguſtini Regula eſſe fundatum, nec ipſa Regula, ſeu veſtra Profeſſio, aut Ordinis veſtri Conſtitutio vobis habere poſſeſſiones, vel redditus interdicant, & nonnulli veſtri Ordinis Conuentus poſſeſſiones habere monſtrantur, vobiſque a Sede Apoſtolica ſit indultum celebrare Capitulum
B *generale, & Priorem in ipſo Generalem eligere, vobis in hoc intentionem noſtram exprimimus, quòd nobis videtur, Ordinem veſtrum per præfatam Conſtitutionem caſſandum non eſſe, & id dicimus ſecundùm noſtram conſcientiæ modulam interpretationem, ne ſic neceſſariò nobis ad arrogantiam imputetur. Dat. Viterbij* (vbi Pontifex tunc reſidebat) *anno Domini 1277. Indictione quinta, die Lunæ 8. Menſis Februarij, Pontificatus D. Ioannis vigeſimi primi anno primo. In cuius rei teſtimonium præſentibus literis noſtra ſigilla duximus apponenda.* Pergit Author.

Ex huiuſmodi autem Aduocatorũ ſententijs, dum res vltrò citroque in Curia agitaretur, certiorque in dies fieret Ioannes Pontifex, hunc Ordinem Seruorum illis in Decretis non comprehendi, nihil interim innouandum cenſuit. Proſequitur lib. 5. cap. 3. *Confirmatione itaque ab*
C *Apoſtolica Sede accepta Generalis Lotheringus, ſtatim de tam longa, tamque ancipiti quæſtione coram Summo Pontifice Honorio* (Quarto) *dirimenda coram Latino Protectore egit, cui, etiam B. Philippi veſtigia imitatus, ſericeum ceruical, cum eleganti periſtromate gratitudinis ergo ſui Ordinis nomine donauit. Et interim Aduocatorum Conſiſtorialium, peritorumque Virorũ Conſilia pro ſuo Ordine conſcribi, & coram Pontifice referri diligentiſſimè, & magnis impenſis curauit.* Ex quibus conijci poteſt, quòd antiquitùs Aduocati, quos modò Conſiſtoriales appellamus, Aduocati de Curia nuncupabantur. At de Comite hoc, ad ea, quæ infra ſcripſi in Franciſco Gluſſiano Aduocato Conſiſtoriali, recurre, ſi placet.

ANGELVS . . . . de Vrbe. Viuebat anno 1277. de quo in immediata enarratione.

D PÆPO . . . . . . de Senis. De hoc quoque habetur mentio in recenſita hiſtoria.

ANDREAS DE GANDOLFIS . . . . . . Author hiſtoriæ Ordinis Seruorum ſuam proſequendo ſcriptionem, hæc ad rem noſtram recenſuit lib. 5. cap. 4. *At P. Lotheringus vir magni cordis, infractique animi vix clauo Religionis ſuſcepto, huiuſmodi procellis egregiè ſemper occurrens, hanc rempublicam pro virili aſſertam a quouis infeſtantium odio vindicauit, in priſtinam dignitatem reſtituit, auxitque vehementèr. Agebat tunc pro Ordine Seruorum in Curia M. Iacobus a Podio Bonitio cum F. Henrico de Gaudano. Hi multos ex Aduocatis Conciſto-*
E *rialibus, & Apoſtolicæ Cameræ Auditoribus partim precibus, partim precio ad conſulendum, & ſcribendum pro Fratribus Seruitis expoſtularunt, quorum Conſilia libet huic hiſtoriæ ad futuram rei memoriam attexere ſequentis tenoris &c. Aliud quoque Conſilium ſimile conſcripſere ſimul Andreas de Gandolfis, & Porrina de Caſulis Romanæ Curiæ Aduocati, videlicet.*

Religioſis, & diſcretis Viris Priori Generali, & Fratribus dictis Seruis Sanctæ Mariæ, Ordinis S. Auguſtini, Andreas de Gandolfis, & Porrina de Caſulis Iuris profeſſores Romanæ Curiæ Aduocati ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Volentes veſtras certificare conſcientias, petiſtis a nobis, vtrum Ordo veſter per Conſtitutionem fel. rec. D. Gregorij Papæ X. factam in Lugdunenſi Concilio ſit caſſatus; Nos igitur attendentes, Ordinem veſtrum in Beati Auguſtini Regula eſſe

fundatum, cum nec ipſa Regula, ſeu veſtra Profeſſio, aut Ordo, veſtraque Conſtitutiones vobis habere poſſeſſiones, vel redditus interdicant, & nonnulli veſtri Conuentus Ord. poſſeſſiones habere noſcantur, vobiſque a Sede Apoſtolica ſit indultum celebrare Capitulum generale, & Priorem in ipſo Generalem eligere, vobis in hoc intentionem noſtram exprimimus, quòd nobis videtur, Ordinem veſtrum per præfatam Conſtitutionem caſſatum non eſſe, & hoc dicimus ſecundùm noſtræ ſcientiæ modulum, interpretatione, ſeu declaratione Sedis Apoſtolicæ ſemper ſalua, ne huiuſmodi noſtra interpretatio, licèt non ſit neceſſaria, nobis ad arrogantiam imputetur. Datum Tybure anno Dom. 1286. Indict. 14. die ſexta exeunte Auguſto (nimirum die 26. Auguſti) Pontificatus Honorij Papæ Quarti anno ſecundo. In cuius rei teſtimonium præſentibus literis noſtra ſigilla duximus apponenda. A

Vixerunt Bartholomæus Candulſus Fauentinus, anno 1463. ſuæ Patriæ Epiſcopus dictus. Auguſtinus Gandulſus Ianuenſis anno 1619. Fundanus Antiſtes renunciatus. B

PORRINA . . . . De Caſulis in Senenſi Ditione. De illo conſtat in immediato Reſponſo. Hiſce exaratis, Vgurgerij opus, de viris illuſtribus Senenſibus alacri animo percurri, & pag. 414. quæ ſequuntur de Porrina exſcripſi. *Porrina da Caſale* (Caſole) *(della cui Terra i ſuoi deſcendenti furono Signori, e Grandi di Siena) fù Auuocato Conciſtoriale nella Corte di Roma. Egli fu tra gli altri Legiſti, che ſcriſſe vn Conſiglio a fauore della Religione de' Serui nell'anno 1286. la quale era molto trauagliata da Prelati, Prencipi, ed' altri auuerſarij, che pretendeuano ella non potere tenere beni ſtabili, e per le ragioni da lui, e da altri addotte, fù dichiarato dalla Sede Apoſtolica, che sì; e la Religione da Nicola Quarto Pontefice Romano preſa in protezzione.* C

In humanis egere Raynerius de Caſulis Natione Tuſcus, patria Volaterranus, anno 1296 Epiſcopus Cremonenſis electus. Philippus de Caſolis Regienſis I. C. eximius, & contemporaneus Baldi in Ticinenſi Gymnaſio, qui *Tractatum de Teſtamentis* elaborauit.

OLDRADVS DE PONTE Italus, è Laude Pompeia in Inſubria exortus. In Iuriſprudentia Dinum Mugellanum clariſſimi nominis Profeſſorem audiuit: Præceptorem aut certè æquauit, aut ſuperauit. Fuit ipſe celeberrimi I. C. Ioannis Andreæ Bononienſis Magiſter; eiuſdem, & Cyni Sigisbuldi Piſtorienſis Doctoris eximij contemporaneus, ac familiaritate coniunctiſſimus. Inter ſacri Cōſiſtorij Aduocatos primùm, deinde inter ſacri Palatij Auditores adlectus. Apud omnes maxima D in exiſtimatione viguit, præcipuè apud Summum Pontificem Ioannem XXII. Gallum, qui in arduis Chriſtianæ Reipublicæ negocijs plurimùm Oldradi conſilio, & opera vtebatur. Floruit ſecundùm Ficard. & Forſter. anno 1320. ſecundùm Caccialup. anno 1330. & ſecundùm Campan. anno 1333. In canonico, & ciuili iure multa conſcripſit, cuncta verò aut interciderunt, aut neglectui data ſunt, præterquam *Lectura in iure ciuili*, quarum rara copia; opuſculum, cui titulum præfixit, *Diſpoſitorium Iuris canonici*. *Lectura ſuper Feudis*. *Tractatus de legitimatione*. *Tractatus de duabus Quartis*. *Conſiliorum* quoque volumen circumfertur doctiſſimum, vtiliſſimum, & aureum, cum Rainaldi Corſi additionibus impreſſum, ferè cuncta, quæ ad forenſes controuerſias pertinent, exactiſſimè perſtringens, nemini ignotum. Nuncupatur Oldradus a Paulo Caſtrenſe, & a Socino, teſte Cotta in memoral. & Straccha in annot. ad conſ. Crau. pag. 51. *Pater legum*. ab Anonymo. *Vtriuſque* E *cenſuræ lumen, in Romana Curia Conſiſtorio Aduocatus clariſſimus*. a Ioanne Tritemio de claris Scriptoribus. *Vir in vtroque iure peritiſſimus, Philoſophiæ quoque diſciplinis optimè imbutus, qui multis annis Conſiſtorialis Aduocatus extitit, & magnam eruditionis ſuæ laudem, & gloriam acquiſiuit*. A Phanuſio Campano de Familijs Italiæ lib. 5. *Aduocatus Conſiſtorialis, & maximus Iuriſconſultus*. a Raynaldo Corſo dicitur eſſe *inter Iuriſprudentes facis inſtar, & luminis*. a Menochio conſ. 2. lib. 1. num. 99. *Verus legum Pater*. a Curt. iun. conſ. 337. nu. 5. *Oldradus, qui fuit vir magnæ authoritatis, & quem Raph. Fulgoſ. conſ. 22. col. 2. appellat Doctorem egregium, vt qui multo tempore in Curia Romana practicauit &c.* a Tiraquello de pœn.

tem-

Digitized by Google

A temperan.cauſ.4. num.3. *Egregius Doctor Oldradus Conſiſtorialis Aduocatus*. Author Chronicæ vniuerſalis orbis terrarum hæc de illo ſcripſit. *Oldrado da Lodi Auuocato Conciſtoriale, diſcepolo di Dino, famigliariſſimo di Gionanni Andrea, in queſti tempi in legge canonica, e ciuile fù celeberrimo, e compoſe ſimilmente molte Letture, e Conſigli vtiliſſimi*. Iiſdem ferè verbis vſus Iacobus Philippus Bergomenſis in ſupplem. chronicor. Angelus Portenarius in Patauina hiſtoria lib.7.cap.4. *Oldrado da Ponte da Lodi diſcepolo di Dino, & Auuocato Conciſtoriale leſſe molti anni ragion canonica in Bologna, Padoua, e Roma*.

Hæc exaraueram, quando doctiſſimus Vaſionenſis Antiſtes, editiſque libris percelebris, ac morum candore ſat nunquam laudatus Ioſephus Maria Suareſius, Carmina, quæ ſubnecto, literis Gothicis prope Mauſolæum Oldradi in Prædicatorum Auenionenſi veſtibulo inſculpta, mei iuris fecit, quæ adhuc vſque apud quemqnam non legeram.

B

AD MAVSOLÆI LATVS.

Obycis oris opes opifex Oldradus opimis
Largus lux legum lucens lumen labiorum
Diligens dona Dei Diuino dogmate diues
Rem ratione regens rectorum regula recta
Allicit artis amor ars aſpernatur auarot
Terribilem tenet turbam Theutonicorum
Vi vincit vitia victorum viuida virtus
Si ſane ſapies ſumes ſacramenta ſalutis.

C

INFERIVS.

Hic iacet Oldratus dominus de Ponte vocatus
De Laude natus, laus bũs, & ab omnibus notus
Prouidus in iure Doctor egregius vere
Pro cuius anima quiſque Deum velit orare
Quit obÿ anno milleſimo CCCXXX. quinto
Die lune ſcã Menſis Aprilis ſexti nũmata.

D BONIFACIVS DE VITALINIS . . . . Hunc in Conſiſtorialium Aduocatorum ordine floruiſſe probabili adducor coniectura, eo quia Aduocati Fiſcalis munus obiuit, Aduocatis Conſiſtorialibus demandari conſuerum: vnde hoc? dicis; vtrumque comprobo. Bonifacius ipſe in Clem. dudum, de iudic.num.9.in hæc verba de ſe loquitur. *Palatio, vbi Papa tenente publicum Conſiſtoriũ fiunt proceſſus generales, ſicut ſæpe vidiſti tempore huius Domini noſtri Clementis Sexti* (anno 1342. ad Pontificatum eucĉti) *factum fuiſſe, me proponente vt Aduocato ſui Fiſci contra Ben. Antipapam, & reliquos Bartolomiſtas*. Raphael verò Fulgoſius in l.bmos, nu.1. C.de Aduoc.diuerſ. iudicior. hæc ſcripſit. *Et ex hoc fortè deſcendit illud, quod ſeruatur in Curia Romana, nam antiquior Aduocatus Conſiſtorialium eſt Aduocatus Fiſci Eccleſiaſtici, non tamen ſunt duo &c.* Quod exemplis ad hæc vſque tempora corroboratur; videlicet Bonifacij de Amantis, Iacobi de Sena, Symeonis de Peruſio,
E Auguſtini de Lante, Ioannis de Baroncellis, Andreæ de Sanctacruce, Ioachini de Narnia, Andreæ Bencij, Iuſtini Caroſij, Antonij Gabrielij, Veſpaſiani Cæſij, Sylueſtri Aldobrandini, Honuphrij Camaiani, Petri Aldobrandini, Tiberij Ceraſij, Ioannis Baptiſtæ Spadæ ſenioris, Pauli Coperchij, Ioannis Baptiſtæ Spadæ iunioris, Antonij Cerri, & viuentis Petri Franciſci de Rubeis fama celeberrimi, qui vtriuſque Aduocationis munere perfuncti fuère. Vixit Vitalinus in vtraque iuris cenſura citra controuerſiam præſtantiſſimus. In Romanæ Rotæ Auditorio ius dixit, & inter Prothonotarios Apoſtolicos adſcribi promeruit. Euigi-
F lauit *Commentaria in Clementinas Conſtitutiones*. De ipſo meminit Gomeſius in reg.Cancellar. pag.mihi 156. *Addo, quòd Bonifacius de Vitalinis quondam Rotæ Auditor, & Prothonotarius in Clem.1. de regular. num.51. conqueritur, & inuehitur contra Cardinalem Zaba-*

rellam, qui procurauerat Prothonotariorum numerum rumpere, creari faciendo nepotem ſuum A
vltra numerum cum emolumentorum participatione.

ALBERICVS DE ROSATE Bergomenſis. Inter Conſiſtoriales Aduo-
catos hunc lectiſſimum, ac celeberrimum Iureconſultum vixiſſe, teſta-
tur Antonius de Nigris in tract. de laudemio par. 1. q. 40. artic. 13.
num. 1. ibi, *qui, teſte Theſaur. deciſ. 1. nu. 8. poſt princ. fuit magnus practi-
cus, vir ſummæ doctrinæ, Aduocatus Conſiſtorialis, magnæ authoritatis,
& qui plura in iure ſingularia ante Bart. & Bald. ſcripſit.* Et ante Ni-
grũ aſſeruerat Purpuratus conſ. 402. n. 11. ibi, *qui fuit Aduocatus Conſi-
ſtorialis, & vir magnæ authoritatis.* Ipſius geſta conciſè in hęc verba cõ-
ſcripſit Ioannes Fichardus. *Albericus Roſates Bergomenſis, æqualis Bartoli fuit, ipſius tamen* B
*Commentarios Bartolus non vidit; Albericus autem Bartoli vidit, cum aliquoties locos ex illis
citet. Fuit vir excellentèr doctus, & magnus (vt Iaſon ſcribit) Practicus, cui plus quàm alteri
Doctori deferunt Aduocati Mediolanenſes. Reliquit doctiſſima Commentaria ſuper Digeſtis, &
Codice. Item de Statutis volumen vnicum. Item Dictionarium in Iure ciuili librum vnicum.
Floruit anno* 1350. Marcus Mantua ſubdidit, quòd illum *Doctorem, & Commentatorem exi-
mium* prædicat, & extollit Fulgoſius conſ. 47. & *optimum practicum* conſ. 155. quòd opus
ſuum ſuper toto iuris corpore ſacro Collegio Doctorum Bononienſium dedicauit; quòd
electus fuit ad corrigenda Bergomatum Statuta; quodque tranſmiſſus fuit Orator tempore
Benedicti Papæ XII. anno Domini 1340. magnificorũ Dominorum Ioannis Epiſcopi No-
uarienſis, & Luchini Vicecomitum Dominorum Mediolani. Iaſon in l. ſi ita legatum, ff. de
legat. 1. *Albericus de Roſate fidelis Conſeruator antiquitatis*: Alexander Raudenſis de analog. C
cap. 34. *Albe. de Roſate, qui multo tempore officium Aduocationis exercuit tam in Curia Roma-
na, quàm alibi, & qui eſt magnæ auctoritatis.* Nec Iacobus Philippus Bergomenſis in ſup-
plem. chronic. anno 1342. ſui Conciuis laudes omiſit. *Alberico* (ait ibi) *de Roſſata da Ber-
gamo in legge canonica, e ciuile preſtantiſſimo fiorì in queſti tempi, & compoſe molte opere in
quelle facultà vtiliſſime, & degne, cioè ſopra de tutto el Codice, & ſopra tutti li Digeſti, ſopra
la Inſtituta, & ſopra el Seſto libro del Decretale, & dicono alcuni, che ſopra de Dante ſcriſſe
vna Comedia, & altri volumi.* Andreas Scotus in Itinerario Italiæ, pag. mihi 49. *Sono vſci-
ti di queſta Città* (Bergomi) *molti nobili ingegni, li quali con le loro eccellenti virtù l'hanno
grandemente illuſtrata, de' i quali fù Alberico di Roſato grauiſſimo Dottor di legge.* Nuncupa-
tur ab Anonymo *Albericus a Roſate vir muſarum omnium frater*; & alibi. *Albericus de Ro-
ſate egregius ſuis temporibus, & excellens Aduocatus nobilis Ciuitatis Pergami.* D

Inter mortales fabulam egere Aloyſius, ſeu Algiſius de Roſate Bergomenſis, qui ex Ari-
minenſi Epiſcopatu, circa annum 1251. ad Bergomenſem Eccleſiam translatus fuit. Am-
broſius de Roſate Mediolanenſis, ob ſuas præclaras virtutes, eximiamque doctrinam Lu-
douico nuncupato il Moro Duci Mediolani ſummoperè charus; *Orationes, & Conſilia*
edidit.

LAPVS . . . . DE CASTIGLIONCHIO. (Lapi, ac
Iacobi nomen idem eſſe, de alio Lapo loquens, aſſerit Gaddius in elo-
gijs Florentinorum pag. 9.) In Lapi Patria recẽſenda aliquantulum inter
ſe variarunt ſcribentes: alij illum dixerunt Florentinum de Caſtello, alij
Caſtilionenſem, alij Caſtellioneum Florentinum, alij Lapum Caſtiglio- E
num Florentinum, alij de Caſtiglionchio, & Caſtellionchio, a Caſtel-
lione Aretinum alij: ſed facili negocio cuncti ad concordiam reuocan-
tur, ſi dicamus, Lapum in Oppido nobili Caſtilionis Aretinæ Diœceſis or-
tum habuiſſe, deinceps inter Florentinos Ciues fuiſſe adſcriptum, ac proinde diuerſimodè
Caſtillioneum, Aretinum, & Florentinum nuncupatum. Præceptores (ſecundum aliquos)
Ioannem Calderinum Bononienſem, & Lapum Abbatem S. Miniati habere promeruit: cõ-
temporaneos Ioannem Andream Bononienſem, Baldum de Vbaldis Peruſinum, Antoniũ
de Butrio, Ioannem de Lignano, & Richardum Salycetum Bononienſem, Iuriſconſultos il-
lius æui graues, eruditos, maximæque exiſtimationis. Floruit ſecundùm Phanuſium Cam-
panum

Digitized by Google

A panum anno 1333. ſecundùm Mantuam anno 1334. ſeu 1347. & ſecundùm Forſter. anno
1354. hoc indubium eſt, ipſum diù vixiſſe poſt obitum Benedicti Papæ Duodecimi, vt ait
Pariſ.conſ.105. num.10.vol.4. a quo tamen erratum eſt in anno obitus Pontificis, cum Be-
nedictus facto ceſſerit anno 1342. at ille ſcripſit anno 1341. Hæc præcipuè ingenui ſui mo-
numenta reliquit. *Commentaria in Sextum librum Decretalium* (licèt nonnulli alteri Lapo
attribuant) *Allegationes. Additiones ad Tractatum de Beneficiorum permutatione Federici
Petruccij de Senis. Tractatum de Hoſpitalibus. Tractatum de canonica portione, & de quarta.
Tractatum de Imperatoribus.* Latinas, Græcaſque literas optimè callens, quamplurimas
illuſtrium virorum vitas a Plutarcho græcè conſcriptas, in latinum vertit, nempe Theſei,
Romuli, Licurgi, Numæ Pompilij, Solonis, Publicolæ, Temiſthoclis, Camilli, Periclis,
Phocionis, Catonis iunioris, Artoxerxis, & Arati. Lapi allegationibus aliquid addiderunt
B Antonius de Butrio, & Dominicus a S. Geminiano, ſed recentiùs, & copioſiùs omnium
Quintilianus Mandoſius Romanus clari nominis Iureconſultus vtiliſſimis additionibus eaſ-
dem locupletauit. Andreas Alciatus Mediolanenſis vir ſua tempeſtate multiplici eruditio-
ne eximius lib.12.cap. vlt. parergon contra Iuriſprudentes propria Conſilia typis dantes
conſcribens, cunctos ferè carpens, in noſtrum quoque inuehit Lapum, quòd Allegationes
ediderit: Sed a Tiberio Deciano Vtinenſe viro famæ non ignotę Lapus defenditur, & vni-
ca oratione Aduocatorum Conſiſtorialium Collegium verbis hiſce condecoratur: ſic ait
Decianus in apologia ad Alciatum cap.15. *De Lapo certè nihil eſt mali, quod ſuſpicemur: fuit
enim Aduocatus Conſiſtorialis, & maximæ authoritatis, ut ſcribit Roman. ſingul. 40.* (in ali-
qua editione, 39.) *incip. an habens. Et ex celeberrimorum Iuriſconſultorum cætu ſeliguntur
decem tantùm Aduocati Conſiſtoriales, qui cauſas graues tantùm tractant, & ideo Conſiſtoriales
C cauſæ vocantur, prout apud Romanos centumuirales cauſæ appellabantur grauiſſimæ, quæ centū
virorum iudicio terminabantur, ſic & iſtæ dicuntur Conſiſtoriales, quòd in ſacro Conſiſtorio
Pontificis, & Cardinalium diſputentur, coram quibus nulli licet cauſas tueri, niſi qui à Summo
Pontifice in hoc decemuirale Collegium fuiſſet cooptatus, facto prius doctrinæ eius publico, &
ſolemni periculo, & cognita eorum doctrina, vita, & morum innocentia, & religione: cui etiam
Ordini multa ſunt ob eius grauem authoritatem & a Summis Pontificibus, & Imperatoribus
elargita priuilegia. Non igitur credendum eſt, Lapum Allegationibus ſuis, quæ in ſacro illo Se-
natu vel dicendæ, vel legendæ forent, voluerit cauſæ ſuæ inſeruiens, falſas, aut a iure deuias
Allegationes ſcribere, illaſque publicare; fuiſſet enim id abuti grauitate, & ſanctitate tanti Se-
natus.* Eximijs vlterius præconiis Lapus ab ipſo Deciano extollitur, dum nuncupatur *vir
clariſſimus*; dum dicitur, quòd *illius Allegationes Iuriſconſulti in ſummo authoritatis gradu
D repoſuerunt*; quodque *tantæ fuit ille exiſtimationis, vt fuerit vnus ex compilatoribus Sexti libri
Decretalium.* A Ludouico Pontano ſing. 40. incip. an habens. *Lapus ſingularitèr dixit,
quòd non, in ſuis Allegationibus, allegando duodecim rationes, quæ an ſint vera, cogita, licèt
ſua authoritas ſit magna, quia fuit Aduocatus Conſiſtorialis, & fuit Florentinus de Caſtelliono,
quod nota.* & conſ.226.num.6. *Et hoc audactèr, & pluſquàm animosè firmat Lapus, quem non
ſit tædioſum videre, quoniam decidit duplicitèr caſum noſtrum, & neminem habet contradicto-
rem, unde ſatis abſurdum puto a ſua auctoritate in iudicando recedere.* A Quintiliano Man-
doſio in præfatione ad Allegat. ipſius Lapi, vocatur *Patritius Florentinus*: dicitur, quòd *ma-
gnæ fuit authoritatis*: & quòd *inter omnes libros Pontificios, & legales nullus melior, ac magis
proficuus Lapi Allegationum libello inueniri poteſt.* A Phanuſio Campano lib. 5. nuncupatur
Iuriſconſultus celeberrimus. A Mantua Patauino de viris illuſtrib. *Illuſtris Doctor, & Aduo-
E catus Conſiſtorialis, cuius magna fuit authoritas.* A Catell.Cott. in memoral. tit. de Iuriſpe-
rit. *Lapus de Caſtello Florentinus, cuius authoritas eſt magna, fuit Aduocatus Conſiſtorialis &c.*
Ab Aſinio in praxi iudicior. par.2. §.4. cap.16. num.2. *Hac de re Lapus a Caſtellionchio no-
biliſſimus Ciuis Florentinus, & excellentiſſimus ſuæ ætatis Iureconſultus.* Ab Anonymo inter
tractat.tom.23. *Lappus de Caſtelliono Doctor diſertiſſimus.* A Leandro Alberto in deſcriptio-
ne Italiæ in Hetruria mediterranea. *Caſtiglione nobile Caſtello, e ben pieno di popolo, e di huo-
mini litterati, e di grand'ingegno, Patria di Lapo, huomo molto erudito di lettere latine, e gre-
che, come dimoſtrano le opere da lui laſciate, e maſſimamente alcune vite di Plutarco elegante-
mente tradotte di greco in latino. Hebbe altresi gran cognitione delle leggi canoniche, e ciuili,
come ſi vede ne' libri da lui ſcritti.* Ab Authore chronicæ vniuerſalis Orbis terrarum. *Lapo*

da

da Caſtiglione Aretino Giuriſconſulto celeberrimo fu inſieme con gli altri Dottori, e compoſe vn' Opera eccellentiſſima, chiamata volgarmente le Allegationi di Lapo. Bergomenſis in ſupplemento Cronic. ijſdem verbis vſus. Hæc perſcripſeram, quando mihi obuius venit eruditus, & ſummis præconijs extollendus Ferdinandus Vghellus, qui in Italia Sacra tom. 3. col. 543. & ſeq. de Lapo loquens ſic ait. *Huius etiam nobiliſſimæ gentis* (Saltarellæ) *alumnus fuit Lapus ille magnus Iuriſconſultus, cuius alibi in ſua Comœdia meminit Dantes*: de quo verò Lapo loquatur, adhuc hæſito. A

Alter floruit hoc ſæculo Lapus Florentinus, Monachus, & Abbas S. Miniati, de quo in conſ. Bellamer. 5. in alleg. Lapi 101. & inter conſ. Feder. de Sen. Præceptor (vt dixi) Lapi noſtri. Ipſius quoque authoritas maxima. Scripſit (ſecundùm aliquos) *Commentaria in Sextum Decretalium*. Hinc exortum, quòd nonnulli vnum cum altero confundant, etſi ille Lapus de Caſtiglionchio, hic Lapus Abbas a Scriptoribus nuncupetur. Valentinus præcipuè Forſterus in hiſtoria iuris ciuilis Romani ambos pro vno, eodemque conſcribens, ancipitem me facit, cuius ſint *Commentaria in Clementinas*; *& Conſilium quoddam*, quòd *Inquiſitores, & Nuncij Apoſtolici ſint exempti a iuriſdictione ordinaria*; a Lapo edita. Verùm Michael Pocciantius, qui Catalogum Scriptorum Florentinorum exarauit, in quem incidi, dum hæc prælo tradebam, ſic de vtroque, vel de tertio diuerſo Lapo conſcripſit; in multis autem errauit, præcipuè dum aſſeruit Aduocatum Conſiſtorialem Lapum Abbatem, dum in multis vnum pro altero exiſtimauit, dumque opera vnius alteri attribuit: hæc verba. *Lapus Caſtilonchius Lapi filius, S. Miniati Abbas pientiſſimus, Iuris tum Cæſarei, tum Pontificij Interpres conſultiſſimus, vir memoriæ penè prodigioſæ, ingenij verò in omni ſcientiarum varietate vſque ad miraculum exculti; & (Authore Romano) apud legum peritiſſimos Doctores incredibilis authoritatis, qui a Republica Florentina ſuis in omnibus ſerijs negotijs tanquam oraculum ſemper accerſitus, Ciuitatiſque Reformator conſtitutus, & ſepties Orator deſignatus, nempe ad Vrbanum V. Gregorium XI. ad Iannenſes, Senenſes, & Lucenſes, & denique ab Vrbano VI. Aduocatus Conſiſtorialis, & a Carolo IV. Cæſare Auguſto in Romana Curia protector, nec non & a Romano Populo Senator Vrbis acclamatus. Hæc excellentiſſimi ingenij ſui monumenta nūquam peritura poſteris donauit. De nobilitate, lib. 1. De auaritia. De hoſpitibus, ſiue hoſpitalaribus Tractatum. Allegationes a legiſtis aureæ nuncupatæ. Scripſit etiam Additiones in Friderici Petrucij librum de pluralitate beneficiorum, vt author dignus in ſumma Angelica citatur. Conſilia varia circa Inquiſitores, & Nuntios Apoſtolicos. Obijt Romæ 1381. die 17. Iulij exul a Patria: præualentibus namque Gibellinis, quibus acerrimè aduerſabatur, cum tota familia ſua expulſus eſt, & in Eccleſia Minorum reconditus. Ipſius verò nepos in Templo Sanctæ Crucis apud Aram Caſtilonchium in eius laudem hoc epitaphium incidendum curauit.* D

Si tibi quot Patria, & virtus Lape maxime faſces
Tradidit, exilio perdidit inuidia.
At tua non odium, non mors, non tempora poſſunt
Perdere quæ reparat nomina clara nepos.

De altero Lapo hęc proſequitur. *Lapus Caſtilonchius prænominati Lapi nepos, eiuſq; eximiæ virtutis perpetuus æmulator, & hæres, qui latinis, & græcis ornatus litteris, eas publicè in celebri Bononienſi Gymnaſio ſumma eloquentia cum abſolutiſſima eruditione coniuncta explicuit doctè, & accuratè, adhuc adoleſcens pleroſque paralelos, quos vitas appellant, latinos fecit, videlicet* (omitto, quia ſupra iudicaui) *& multa alia de Græco Turbine conuertit, & ex proprio ingenio elucubrauit: at cum extremam manum illis nequaquam imponere valuerit, in lucem non venerunt; cum enim trigeſimum tertium ageret annum, citiſſima illum mors quaſi in medio laudum curriculo rapuit, claruſque habitus eſt 1430. & in vaſto Templo S. Crucis de Florentia, in cuius valuit veteribus Caſtilonchium inſignia conſpiciebantur, depoſiti ſunt ipſius cineres. Vgolinus autem Verinus in eius laudem habet hæc.* E

Te Lape mors iuuenem nimis inuidioſa peremit;
Ingenij ſed multa cui monumenta ſuperſunt.

Digitized by Google

XV.

A SIMON COLVMBI . . . . De ipſo meminit Aegidius Bellamera
conſ.9. ſub num.17. *Et dico, quòd D.Simon Columbi Aduocatus Conſiſtorialis circa iſta dubia altèr allegauit.*

PETRVS DE SANCTACRVCE . . . . Indicatur ab ipſo Bellamera d. conſ.9. ſub num.22. *Petrus autem de Sanctacruce legum Doctor etiam Aduocatus Conſiſtorialis dicit &c.*

Quàmuis in Familiæ de Sanctacruce origine ſtatuēda Scriptores inter ſe varij legantur, in illius tamen vetuſta nobilitate probanda, eodem omnes ſuffragio conſpirant. Creſcentius de nobilit. Italiæ, par.1. pag.341. a Valerio Publicola ſuam traxiſſe originem aſſerit, eamque inter primarias Romanas familias enumerat: idquoque iterum ſcribit
B par.2. pag.572. Ex ea præ cæteris prodiere Proſper Sanctacrucius virtute, integritate, ac prudentia eximius, Aduocatus ſacri Conſiſtorij, Romanæ Rotæ Auditor, Legatus Apoſtolicus in Germaniam, Hiſpaniam, Galliam, & Luſitaniam, demum a Pio IV. anno 1565. in ampliſſimum Cardinalium ordinem adlectus, de quo infra. Antonius Seleuciæ Archiepiſcopus, apud Sigiſmundum Poloniæ Regem Apoſtolicus Nuncius, ab Vrbano VIII. anno 1629. Purpura donatus, Bononiēſi denique Legatione auctus. Honuphrius, qui anno 1471. obijt Epiſcopus Tricaricenſis. Scipio ad Ceruienſem Epiſcopalem Sedem anno 1545. aſſumptus. Octauius in eadem Sede ſucceſſor anno 1576. Syluius Archiepiſcopus Arelatenſis, vir probus, & mentis impauidæ, qui triginta annorum ſpatio in ſumma Galliæ fluctuatione ſuæ clauum Eccleſiæ cōſtantiſſimè tenuit. Viuit Marcellus, Card. Antonij ex Mar-
C chione Petræ Fortis Valerio germano fratre nepos, qui Vaticanæ primùm Baſilieæ Canonicus, Vtriuſque Signaturæ poſtmodum Referendarius, Bononienſi deinde Vicelegatione magno plauſu perfunctus, & Conſultationis cauſarum Ditionis Eccleſiaſtieæ Præſul integerrimus, demum a Summo Pont. Innocentio X. Vaticana Purpura inſignitus, annoq; 1652. Tiburtino Epiſcopatu auctus; cuius doctrinam, prudentiam, & vitæ integritatem nemo ſatis laudare poſſet. Scipio ipſius germanus frater, Marchio Petræ Fortis, natalium, & morum ſuauitate nobilis, Poeta elegantiſſimus plura pedeſtri, ſolutaque oratione conſcripſit, quorum nonnulla prælo tradita circumferuntur. Legitur opus Alphonſi de Sanctacruce, cui titulus. *Dignotio, & cura affectuum melancholicorum.* Nec ſilentio inuoluendi ſunt Dominicus de Sanctacruce Hiſpanus, qui edidit *Roſarium Regale Sacroſanctæ Virginis Mariæ.* Iacobus Sanctacrucius I. C. Patauinus illuſtris, Caroli IV. Imperatoris Conſiliarius, a quo
D anno 1363. nobile Comitis Palatini priuilegium pro ſe, ac deſcendentibus obtinuit. Antonius Sanctacrucius Patauinus, qui ſcriptioni totus deditus, poſteritati nomen ſuum commendauit; ipſius monumenta hæc ſunt, quorum aliqua in ſcrinijs recondita lucem exoptant. *L'Aſſarilda, Romanzo. La Cloridea, Romanzo. L'Abſalone, Hiſtoria ſacra. L'Honeſtà vilipeſa, Hiſtoria. Il Tiranno d'Italia; Hiſtoria. De Mundo paruo, ſiue de Microcoſmo. Epiſtolæ. Carmina. Diſcorſi Accademici. La caduta del Conte d'Oliuares. Le Riuolutioni d'Italia. Le pazzie di Gioue. Il Ganimede rapito. L'eſilio d'Amore. Poeſie morali. L'Anima diuota. Commentarij ſopra la Cantica. Diſcorſi ſopra l'Impreſe de' Signori Incogniti. Il Mondo intereſſato opera ſatirica. Anotomia de gl'affetti humani.*

E IOANNES DE ARMONE . . . . Eodem Bellamera teſte conſ.23. ſub num.2. *Et hanc partem firmitèr tenet D. Ioannes de Armone Aduocatus Conſiſtorialis.*

BONIFACIVS DE AMANTIS . . . . Ex præfato Bellamera conſ.26. ſub nu.12. *Bonifacius de Amantis Legum Doctor, Aduocatus Conſiſtorialis, & Fiſcalis idem ſentiens &c.*

PETRVS DE GARSIS, ſiue Vbaldinus, Bononienſis. Ab Alidoſio in Appendice Iuriſconſultorum Bononienſium, pag.49. pauca hæc excerpſi. *Pietro Garſi, o Vbaldini. del 1390. Era Aduocato del ſacro Conciſtoro ſino del 1363.* (error aliquis in annis.)

I A-

IACOBVS . . . . De Sena (ſiue de Sènis) Elicitur A
ex deciſ. Bellamer.421. ibi. *Quod allegat D. noſter Gregorius XI. Papa indutus in Pontificalibus Romæ in Capella Iacobo de Cena* (de Sena) *ſuo Aduocato Fiſcali ad roborationem ſuorum proceſſuum tunc per eum publicè factorum, videlicet die Veneris ſancta 27. Menſis Martij anno a Natiuitate Domini 1377. ſui Pontificatus anno ſeptimo; quos proceſſus fecerat ſtatim contra Florentinos &c.* Quod geſtum Ammiratus quoque in Florentina hiſtoria recenſuit, ibi. *In quanto al foro ſpirituale Iacopo di Cena* (de Sena) *Annocato Fiſcale publicò molti proteſti, & munitori in Auignone contro i Fiorentini, aſtringendo particolarmente il Gonfaloniere, i Priori, i Collegi, e gl'otto della guerra, & altri motori della detta guerra come eſpreſſi, à comparire auanti al Pontefice perſonalmente, o per procuratore, ad allegare loro ſcuſe, perche haueſſero preſ l'arme contro la Chieſa.* Idem B
Bellamera deciſ.688. ante nu: 15. ibi. *Sed Domini Mediolan. Pictaui. Viuarien. & S. Angeli Cardinales, Nic. de Cremon. Auditor, Martinus de Salua Referendarius, Iaco. de Sena, & Ioan. de Ianua Aduocati, & ego Aegid. eorum minimus fuimus in opinione ſecunda* &c. & num.34. *Sed Dominus noſter, & D. meus D. Cardinalis S. Euſtachij, & Domini Robertus de Feracone, Nicolaus de Cremona, & D. Franci. Lando Auditores, & Domini Iaco. de Sena, & Io. de Ianua Aduocati, & ego eorum minimus fuimus in opinione &c.*

IOANNES . . . . De Ianua. Liquet ex mox recenſitis Bellameræ verbis.

IACOBVS DE CVTICIS De Mediolano. Legitur ipſius Reſponſum C
inter Conſilia Oldradi de Ponte conſ. 272. vbi ad rem noſtram. *Ego Iacobus de Cuticis de Mediolano volebam facere, & allegare in Conſiſtorio coram Papa, ſed impeditus fui propter quaſtionem Magiſtri Pontij, & quia Papa immediatè dixit, ſatis eſt, volumus deliberare:* item conſ.273. In quodam mutui authentico inſtrumento perlegi; *venerabilem virum D. Iacobum de Cuticis de Mediolano in Romana Curia Aduocatum. Actum Auenioni in domo habitationis d. D. Iacobi.*

In humanis egit Franciſcus de Cuticis, anno 1400. Brumacenſis Antiſtes renunciatus.

PETRVS . . . . De Piſis. A damnatæ memoriæ authore deſcribitur anno Dom. 1378. *Aduocatus Papalis Conſiſtorij.* Aliquis aſſeruit, Petrum hunc D
Lantenſis proſapiæ germen.

BARTHOLOMÆVS FORTEGVERRA Lucenſis. Ab Vrbano VI. anno 1386. Conſiſtorialis Aduocatus pronunciatus. Teſtatum hoc facit manuſcripta Petri Tuccii Lucenſis Chronica lib.7. cuius fragmentum a nobili, eruditoque viro Auguſtino Franciotto Lucenſe, Vtriuſque Signaturæ Referendario, Tiphernatum primùm, deinde Aſculanæ Ciuitatis Moderarore, mox Prolegato Auenionenſe vigilantiſſimo, & Marci Antonij Franciotti S.R.E. Cardinalis integerrimi, Purpuræq; ſplēdoris, ex germano fratre nepore mihi traditum, libet adnectere. *Nel 1385. venne à Lucca Vrbano* E
Seſto, sbarcando il giorno ventitre di Decembre al Porto di Motrone, e quiui riuerentemente raccolto, e magnificamente alloggiato da gl'Ambaſciatori di Lucca, il giorno ſeguente ſe ne venne alla Città, doue la medeſima notte, che fu la Vigilia di Natale, volle egli ſteſſo celebrar la Meſſa, e fare la benedittione dello Stocco, honorandone la Republica nella perſona di Forteguerra Forteguerri, che in quel tempo ſi trouaua nel ſupremo Magiſtrato Confaloniero di giuſtitia, e così haueua ſeruito à S. Santità di Suddiacono, e cantata l'Epiſtola. Dimorò queſto Pontefice in Lucca con tutta la Corte ſei meſi, nel qual tempo fece le benedittioni delle Candele, delle Palme, della Roſa, e de gl'Agnus Dei: tenne Segnatura di gratia, Conciſtori publici, e ſegreti, quali tutti teneua nel Veſcouato, doue era alloggiato. Fece in oltre molte gratie, tra le quali fu l'elettione

Digitized by Google

A *tione di Roberto Guinigi in Protonotario Apoſtolico de' Participanti, e di Bartolomeo Forteguerra in Auuocato Conciſtoriale.*

Claruit ſemper in Etruſca Ditione nobilis Familia de Forteguerris. Nicolaus Forteguerra Senenſis anno 1270. fuit Alerienſi Epiſcopatu condecoratus, qui ſcripſit *Conciones de Beata Virgine pro eius præcipuis feſtiuitatibus*. Alter Nicolaus Forteguerra Piſtorienſis anno 1460. à Pio huius nominis Secundo ex Epiſcopo Theanenſi rubenti galero inſignitus, cuius geſta, & præconia vberrimus Ciaconij, & Addentis calamus recenſuit. Ionnes Petrus Creſcentius de nobilit. Ital. par. 2. narrat. 22. cap. 3. Forteguerram progeniem verbis hiſce commendat. *Hebbe per moglie* (loquitur de Philippo Adimario Florentino primariæ nobilitatis) *vna de' Forteguerri, famiglia molto degna di ſimil parentado*. Et inferius loquens de Aenea Siluio Picolomineo, qui deinceps Summus Pontifex Pius Secundus nuncupatus

B fuit. *Il cui padre era Siluio Gentil'huomo Saneſe, e capo di fattione, la madre fu Vittoria de' Forteguerri, ſangue molto antico in Toſcana:* comprobatur ab Vgurgerio in Senenſi hiſtoria, tit. 1. de Pio Secundo loquente; *Furono i ſuoi genitori Siluio Piccolomini, e Vittoria Forteguerri, ambedue famiglie grandi, e Conſolari nella Città di Siena, ma ſi acciati dalla Plebe con gl'altri Gentil'huomini della Patria &c.* Antonius Ciofius conſ. 142. mentionem habet de Bartholomæo Forteguerra Genitore Cardinalis Forteguerræ; an ille fuerit Bartholomæus noſter, lector tuo iudicio libra. Alexander Picolomineus vir eruditus opus ſuum, *Della ſfera del Mondo, & delle Stelle fiſſe*, anno 1539. *nobiliſſima Laudomia Forteguerra* inſcripſit, cuius intuitu exarauerat.

C BONIFATIVS DE BOZIIS . . . . Conſiſtorialis Aduocati munere perfungens, ab Vrbano VI. ſui Pontificatus anno nono (1387.) ad ſyndicandum Senatorem Vrbis, eiuſque Officiales deputatur. Ex Regeſto Vaticano lib. 3. Vrbani VI. pag. 83.

Floruit Thomas Bozius Eugubinus, qui ſcripſit *Vitam Beatiſſimæ Virginis Mariæ. De cultu Deiparæ Virginis*.

NY DE CALVIS . . . . Bonifacij mox recenſiti Collega, ab ipſo Vrbano, eodemque Diplomate conſtituitur Syndicus Senatoris, & Officialium illius. Ex iiſdem Regeſto, libro, & pagina. Dicendus forſan Nicolaus.

Inter mortales vixere Antonius Caluus Romanus, Epiſcopus primùm Imolenſis, deinde Tudertinus, poſtremò anno 1405. inter ſacros purpuratos Senatores adlectus, de quo

D apud Ciaconium. Aloyſius Caluus Brixianus anno 1567. Interamnenſis Epiſcopus dictus. Iulius Caluus Soranus anno 1608. ad Soranam Sedem euectus.

PETRVS DE VBALDIS Peruſinus. Cæſar Chriſpoltus me in Peruſina hiſtoria pag. 345. edocuit, Petrum hunc inter Cõſiſtoriales Aduocatos ſediſſe. En ipſius verba. *Pietro primo de' Baldeſchi fu gran Canoniſta, e tanto crebbe in reputatione, che non era Accademia in Italia, dalla quale deſiderato non foſſe, e con larghiſſimi premij inuitato: ma i Sommi Pontefici, à i quali è ſtata ſempre la grandezza di ſimili ſtudij molto à cuore, non volſero priuarſi di vn sì grande ornamento, onde chiamaronlo alla*

E *Corte, e creatolo Auuocato Conciſtoriale, diede egli tal ſaggio di ſe, che parea in Roma non foſſe ſpettacolo maggiore, che quello della virtù ſua: fu detto il Dottore della verità, poiche eſercitando l'alto ſapere ſuo e nella publica Lettura, e ne' Conſulti priuati à beneſitio della Patria, moſtroſſi ſempre integerrimo, e deſideroſo di giouare altrui, ſenza ſperanza di premio alcuno, & auidità di accumulare con ſordidezza d'animo mercenario: morì in età di ſeſſant'anni in Perugia, e fu ripoſto fra ſuoi chiariſſimi Anteceſſori à lato della Cappella Baldeſca nella Chieſa di S. Franceſco del Conuento.* Petrum noſtrum germanum fratrem Baldi, & Angeli de Vbaldis eſſe autumo: Moueor, quia ipſe primus ex Vbaldo ſtipite fuit ex Iureconſultis Petri nomine nuncupatus; tum quia ius canonicum optimè calluit, teſte Fichardo in vita, ibi. *Tertius denique frater Petrus de Vbaldis pari propemodum dexteritate fratrum*

C veſti-

Google

veſtigijs ingreſſus, poſt legitimum ſtudiorum tempus abſolutum, & ipſe vtriuſque Iuris Doctor A
creatus eſt. Cum tamen canonici iuris ſtudioſior eſſet, quàm ciuilis, in eo ſolo elaborauit, &
eruditionis ſuæ multa monumenta reliquit, vt traditur. Ex hoc natus eſt Matthæus Vbaldus,
vir equeſtri poſtea dignitate inſignitus, & omni ſcientiarum genere inſtructus. Tractatus *De*
Beneficiorum permutatione. De Canonica Epiſcopali, & Parochiali. De mutatione ſtatus Ec-
cleſiarum. De mutatione ſtatus perſonarum Eccleſiæ. De duobus fratribus, & alijs ſocijs. De
collectis. De muneribus, ingenio Petri de Vbaldis prodierunt in lucem; at ſi non omnes Pe-
ri noſtri ſenioris ſtudio, maiori ſaltem ex parte.

Vbaldam ſtirpem ſi literatorum aluearium nuncupem, a veritate non aberrabo. Nemo
ignorat, quantum Iuriſconſultis mellificauerint aſſidui Iuriſprudentiæ Alumni Angelus de
Vbaldis, & Baldus de Vbaldis ipſius Angeli germanus frater, qui ſicut ſanguine, ac be-
neuolentia iunctiſſimi vixere, ita vno, eodemque anno 1423. (Baldus Ticini, Angelus
Florentiæ) mortalium ærumnas immortali fama deſeruerunt, quorum ingenium præful- B
get in *Commentarijs vtriuſque Iuris. Conſilijs. Quæſtionibus. Singularibus. Tractatibus*
de Inuentario. De aditione cum inuentario. De iure protbomiſeos. De Pactis. De Statutis.
De Subſtitutionibus. De Tabellionibus. De Conſtituto. De Syndicatu Officialium. De Te-
ſtibus. De Carceribus. De Sequeſtrationibus, & ſequeſtris. Petrum noſtrum tertium ipſorũ
fratrem opinor, vt indicaui, quos Petrus nobilis Peruſinus artium, & medicinæ Doctor
genuerat. Ex ijs deinceps Franciſcus, Nicolaus, & Angelus ſacri Conſiſtorij Aduocati
(de quibus ſuo loco) Zenobius, Alexander, Matthæus, Petrus, Baldus nepos, & Sigiſmũ-
dus, omnes conſummati, ac celebres Iureconſulti prodierunt. Vixerunt antiquatis ſæcu-
lis Sinibaldus Tiphernatum Epiſcopus. Matthæus Romanæ Rotæ Auditor, Epiſcopus
Nucerinus, deinde Peruſinus. Nicolaus eiuſdem Rotæ Auditor. Paulus, qui Tractatum
edidit *De Collectis*. Petrus ſecundus, filius Sylueſtri, qui opus *De re militari*, conſcripſit. C
Hoc noſtro æuo binos ſacræ Rotæ Auditores Aula Romana conſpexit; Franciſcum nempe,
& Benedictum, qui deinde ſacra Purpura, Peruſinoque Epiſcopatu fuit ab Vrbano VIII. do-
natus: & quàmuis re vera Benedictus mox recenſitus è nobili Monaldorum familia pro-
genitus eſſet, quia tamen ſub Franciſci Vbaldi diſciplina educatus (cuius ſororem Zeno-
biam Vbaldam genitricem habuit) eius hæreditatem ea conditione adiuit, vt Vbaldæ fa-
miliæ cognomen, ac inſignia ſuſciperet; Auditor itaque, deinde Cardinalis Vbaldus fuit ab
omnibus nuncupatus.

BARTHOLOMÆVS . . . . De Nouaria. Bonifa-
cius Papa IX. anno 1391. ipſi Bartholomæo Conſiſtoriali Aduocato,
& in Anglia ad Clerum illius Regni Nuncio Apoſtolico, emolumen- D
tum ſtatuit vnius obuli de libra ſterlingorum fructuum, reddituum,
& prouentuum omnium Beneficiorum, pro ſuis, ſuæque familiæ ne-
ceſſarijs. Dat. apud S. Petrum v. Kal. Martij. Ex Vaticano Regeſto
Bonifacij IX. lib. 4. pag. 42. De ipſo habetur mentio in inſtrumento
exarato anno 1394. de quo infra in Anſelmo Botio. Interfuit inſtru-
mento concordiæ ſtipulato anno Dominicæ Natiuitatis 1401. inter Bonifacium Papam
IX. ac Dominos de Columna, ibi. *Actum in Thoſinis, præſentibus Reu. Patre D. Barthole-*
mæo Franciſci Prothonotario, D. Baylardo de Verona Apoſtolicæ Cameræ Clerico, & D. Bartholo-
mæo de Nouario Aduocato Conſiſtoriali teſtibus. Ex Vaticano Regeſto.

E

MATTHÆVS . . . . De Piſis. Diſcordijs nonnullis in-
ter Dominos de Malateſtis, Comitemque Montisferetri exortis, eorũ-
que terminatione in Bonifacium Papam Nonum compromiſſa, idem
Pontifex anno 1392. ſuam protulit diffinitiuam ſententiam, qua diffi-
dentes animos iure medio conciliauit: præſentes fuere *Reuerendiſſimi*
in Chriſto Patres Domini Franciſcus Nolanus, Auguſtinus Callienſis, &
Andreas Potentinus Epiſcopi, & egregij Iuris vtriuſque Doctores Domini
Anſelmus de Regijs (de Botijs potius, vt infra) *de Mediolano, & Matthæus de Piſis Aduo-*
cati

A *cati Conſiſtoriales, & nobilis vir Simon Cecchi de Guidalottis de Peruſio, & particulares alij te-*
ſtes ad præmiſſa vocati ſpecialitèr, & rogati. Ex Vaticano Regeſto.

ANSELMVS BOTIVS Mediolanenſis. Bonifacius Papa IX. conceſſit
ad ſui vitam ipſi Anſelmo ſacri Conſiſtorij Aduocato, in Romana Cu-
ria reſidenti domos nonnullas ſitas in Regione S. Euſtachij de Vrbe,
etiamſi a Curia ſe ſubtraxerit animo ad eam redeundi, & ad illam in-
fra annum redierit, ſub annuo cenſu vnius floreni aurei de Camera,
in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli Apoſtolicæ Cameræ perſol-
uendo, ibi. *Dilecto filio Anſelmo Botio Mediolanenſi I. V. D. ac Conſi-*
ſtorij noſtri Aduocato ſalutem. Sinceræ deuotionis affectus, quem ad Nos,
B *& Romanam geris Eccleſiam, nec non grata, & accepta ſeruitia, per te Nobis, & eidem Eccleſiæ*
hactenus impenſa, & quæ adhuc ſolicitis ſtudijs impendere non deſiſtis, Nos inducunt, vt te ſpe-
cialibus fauoribus, & gratijs proſequamur &c. Dat. Romæ, Pontificatus anno Quinto. Ex Rege-
ſto Vaticano. Interfuit ſententiæ Bonifacij IX. de qua ſupra immediatè; nam cognomen
de Regijs, pro *de Botijs*, ſcriptoris forſan irrepſit errore. In altero quoque impignorationis
inſtrumento, factæ a Bonifacio IX. Carolo de Malateſtis de Ciuitate Bertinorij anno 1394.
legitur. *Præſentibus nobilibus, & honorabilibus viris Dominis Anſelmo de Rocijs* (error, vt
opinor, ſcribentis) *de Mediolano, Bartholomæo de Nouaria, Dominico de Viterbio Apoſtolici*
Conſiſtorij Aduocatis, Petro de Eſculo Literarum Apoſtolicarum Abbreuiatore, & Scipione, ac
Nicolao de Interamne Curiæ Audientiæ Apoſtolicæ Cameræ Notarijs &c. teſtibus: De hoc ipſo
Anſelmo mentionem feciſſe autumo Compilatorem Deciſionis Rotæ Romanæ, circa an-
num 1376. quæ legitur impreſſa inter Deciſiones nouas, & eſt in ordine 371. ibi. *Audiui*
C *poſtea in relationibus publicis allegari ſuper hoc per Dominum Anſelmum de Mediolano Aduo-*
catum Romanæ Curiæ, & dicentem &c.

Anſelmum hunc è Mediolanenſi Boſſia Familia prognatum exiſtimo; è qua præ cæteris
prodiere Ioannes Boſſius I. C. inſignis, Azonis Bononienſis præceptor, qui elaborauit
Summam in Pandectis. Commentaria ſuper Codice. Martinus Boſſius Iuriſprudens illuſtris,
de quo frequentèr in Gloſſis mentio, & ab Angelo Peruſino *Lucerna Iurium* nuncupatur.
Matthæus Boſſius non obſcuri nominis Doctor, cuius munificentia Collegium Boſſium
Papienſe ad perpetuam ſui nominis, & proſapiæ gloriam ædificauit, dotauit. Franciſcus
Boſſius ad Commenſem ſedem anno 1420. prouectus. Franciſcus alter ſacri Cõſiſtorij Ad-
uocatus, de quo infra. Aegidius Boſſius Senator, & Iureconſultus clariſſimus, qui *Tra-*
D *ctatus criminales* erudito calamo euigilauit. Euangeliſta Boſſius, qui *Theoremata Theologica,*
naturalia, & logica euulgauit. Marcus Antonius Boſſius, qui *Orationem* funebrem poſt
obitum Petri Cardinalis Camporei elaborauit, & in Cremonenſi Cathedrali dixit. Flo-
ruit quoque Hieronymus Boſſius Papienſis, Mediolanenſis origine, diuerſarum lucubra-
tionum Auctor; quarum hæ ſunt præcipuæ. *Commentarius de Romana Toga. Noua anti-*
qua obſeruationes de Senatorum lato Clauo. Iſiacus de Siſtro Iſidis. Iano Tatius de Strena.
Apologeticus pro literis humanioribus. Encomiaſticon, in quo mixtìm Sylua Poetica, & Accla-
mationes. Muſa Iuuenalis. Oratio de Tulliana imitatione. Diſſertatio Academica de amo-
re Philologiæ. Oratio de eloquentia cum bonis moribus coniungenda. Oratio de decernenda
Statua S. Auguſtino. Præloquia Palatina. Decas Præloquiorum Palatinorum. Epiſtolæ. Roma
feriata. Hymethalaſſius de ſponſalibus, & nuptijs. Claui Caius de matrimonijs, & diuortijs.
E *De Lectiſternijs veterum Romanorum ſyntagma. Cœna Aſellia de Oſcillis conuiuialibus. De*
dierum diuiſione. Luſus genialis de Epithalamio. De iure feciali. Vlyſſes de Peregrinatione.
Pædiadidaſcalos de Humaniorum literarum Doctore. Lipſio Manutius de Laconiſmo, & dicen-
di copia. Diſſertatio de Muſica. Enneades tres variarum lectionum. Amænitates Græcolati-
næ. Vigiliæ Criticæ ad Noctes Atticas A. Gellij. Satyricon. Palatina Bibliotheca. Epigram-
mata. Sylua. Orationes diuerſæ. Notitia della Chieſa Paueſe iſtituita da S. Pietro. Memorie
Ciuili di Pauia, ſeggio del Regno d'Italia. Glorie ſacre di Pauia. Ode. & alia. Hieronymus
alter Boſſius Mediolanenſis Patritrius, cuius nomen ſemper perenne ob ingenij fœtus, ſci-
licet. *Poeſie Toſcane. Genealogia della glorioſiſſima Caſa d'Auſtria. Ragioni, che la volgar*
lingua habbia hauuto dal Petrarca, e dal Boccaccio il compimento ſuo. Donatus Boſſius nobilis
Mediolanenſis, qui elaborauit *Chronicam geſtorum, dictorumque memorabilium, & tem-*

porum, ac conditionum, & mutationum humanarum ab Orbis initio vſque ad eius tempora. De Epiſcopis, & Archiepiſcopis Mediolani vſque ad annum 1489. A

DOMINICVS . . . . De Viterbio. Præter nomen, & Patriam, quæ in mox recenſito inſtrumento anni 1394. indicantur, nil vltra reperi.

IVLIANVS BINI DE IVLIANIS Peruſinus. Bonifacii IX. munificentia, ſacri Conſiſtorii Aduocatione perfungens, anno 1395. Cornetanus Poteſtas ad ſex menſes deputatur; ibi. *Dilecto filio Iuliano Bini de Iulianis de Peruſio Legum Doctori, & Aduocato Conſiſtoriali ſalutem. Tradita tibi virtutes a Domino, ex quibus laudabilium fructus operum producuntur, nobis dant fiduciã ſingularem, quòd ea, quæ tuæ ſollicitudini duxerimus committenda, diſcretè tractabis, ages vtiliter, & ſtudijs ſolicitis proſequeris &c.* Ex Vaticano Regeſto. B

SYMEON . . . . De Peruſio. Dum inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos viueret, a Summo Antiſtite Bonifacio IX. anno 1398. Iudex appellationum in Vrbe ad ſex menſes creatus fuit. Idem Pontifex illi deinceps cognitionem cauſarum coram eo incœptarum confirmauit, mandans, quòd interim ad ſyndicatum non teneretur. Ex Vaticano Regeſto lib. 5. Bonifacij IX. pag. 15. 62. & 90. Innocentius deinde VII. qui ad ſummi Apoſtolatus faſtigium anno 1404. euectus fuit, pro diro extirpando ſchiſmate, ad diuerſos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Duces, Marchiones, Principes, &c. epiſtolas conſcripſit, illos paternis affectibus excitans, vt quamprimùm ad Vrbem accederent, ſeu perſonas tanto C
negocio congruentes tranſmitterent: Ad ipſos ablegauit Apoſtolicos Nuncios, præcipuè verò Ioannem Epiſcopum Sauonenſem, & nobilem virum Alexandrum de Conſtantio militem Neapolitanum ad Archiepiſcopum Colonienſem, & Suffraganeos, Electos, Abbates Priores &c. nec non ad Archiepiſcopum Moguntinum &c. Duces, Marchiones, Comites, &c. Alemaniæ; Nobiles viros Nicolaum Caraffam militem Neapolitanum, & Marcellum de Strozijs Legum Doctorem Florentinum ad Archiepiſcopum Eboracenſem, & Suffraganeos &c. ad Archiepiſcopum Conſtantienſem &c. Antonium autem Epiſcopum Melfienſem, & nobilem virum Nicolaum de Caluis militem Romanum ad Archiepiſcopum Rauennatenſem, Duces, Marchiones, Principes &c. in Prouincia, & Exarchatu Rauennæ exiſtentes. Nobiles viros Antonium de Vinea militem Capuanum, & Symeonem Legum Doctorem Peruſinum (de quo noſter eſt ſermo) Pontificij Conſiſtorii Aduo- D
catum ad Archiepiſcopum Piſanum &c. Priores, Gubernatores, & Capitaneos Populi Ciuitatis Senarum, Duces, Marchiones, Principes, Comites, Barones, Milites, Poteſtates, Rectores, Magiſtratus, Conſilia, & Vniuerſitates in Thuſciæ, ac Lombardiæ partibus exiſtentes. Ex Vaticano Regeſto lib. 1. literar. Apoſtolicar. Innocentij VII. pag. 114. & 115. & Contelorio in elencho S. R. E. Cardinalium pag. 135. Alexander huius nominis Quintus Symeonem Fiſci Aduocatum creauit, quo munere quanto tempore perfunctus fuerit, dicam infra in geſtis Auguſtini de Lante. Ioanne XXIII. in ſuprema Petri Cathedra ſedente, noſter Symeon accuſationum capita contra Ladiſlaum Regem Neapolitanum in Conſiſtorio retulit: geſtum verbis hiſce in Diarijs Antonij Petri Vaticanæ Baſilicæ Beneficiati receſetur. *E à di vndici di detto meſe* (ſcilicet Auguſti 1411.) *Papa Giouanni fece ſonare la Campana à Conciſtoro, nel quale furo diciſette Cardinali, cioè D. de Anglea, & otto Preti Cardinali, & D. de Brancatijs con ſette Diaconi Cardinali, & molti Protonotarij, Arciueſcoui, Veſcoui,* E
Abbati, & gl' Auuocati Conciſtoriali, nel qual Conciſtoro Simone da Perugia Auuocato Conciſtoriale propoſe il proceſſo della Scommunica contra Ladislao di Durazzo coheretico, e ſcommunicato, e così fu letta la minuta in detto Conciſtoro, per vno delli Segretarij del Papa, e publicata per tutti li Protonotarij, e nella ſudetta hora fu al detto Ladislao aſſegnato termine, che doueſſe comparire al primo Conciſtoro. Anno 1415. in ſacro Conſtantienſi Concilio interfuit, vt conſtat ex vol. 3. Concilior. pag. mihi 772. Conſilium impreſſum lib. 2. conſ. crim. diuerſ. cui ſe ſubſcripſit *Symeon de Peruſio*, a noſtro Symeone elaboratum cenſeo. Hæc ſcripſeram,

Digitized by Google

A ratis, quando in fidei indubiæ monumentum incidi, in quo leguntur Capitulationes inter Bonifacium huius nominis Nonum, & Peruſinam Ciuitatem anno 1392. firmatæ, ſi pro ſua reſidentia Pontifex cum propria Curia Peruſium acceſſerit; cum autem ibi inter cæteros teſtes recenſeatur *Symeon de Quatropanibus de Peruſio Aduocatus Conſiſtorialis*, omni prorſus hæſitatione ſubmota, eundem eſſe Symeonem exiſtimo, qui in reliquis documentis, tacito cognomine conſcribitur.

IOANNES . . . . De Monte Politiano in Thuſcia. De ipſo in libro Reformationum Vrbeuetanæ Ciuitatis, in ſecretiori Tabulario aſſeruato, verba huiuſmodi exarata leguntur anno 1403.
B *Nobilis, & egregius Doctor D. Ioannes de Monte Politiano Aduocatus Conſiſtorialis, Vicarius Vrbis veteris pro Papa.* Hæc a nobili, erudito, & nunquam ſatis laudato viro Filidio Marabottino Conciue meo, Fiſimbi Marabottini, & Aureliæ Marſcianæ filio, vxoriſque meæ fratre, non minus Aſtreæ, quàm Apollinis Alumno eximio, politioris litteraturæ cultore, & antiquitatis, veritatiſque indagatore acerrimo. Ioannes deinde Papa XXIII. Ioannem noſtrum ad Ciuitatem Conſtantiæ tranſmiſit, pro Concilij celebratione cum Epiſcopo, ac Ciuibus pertractanda: ibi. *Dilectos filios Magiſtrum Ioannem de Montepolitiano Prouinciarum noſtrarum Campaniæ, atque Maritimæ Vicerectorem, vtriuſque Iuris, ac Bartholomæum de Lante de Piſis Apoſtolicæ Cameræ Clericum Decretorum Doctores Nuncios, & Commiſſarios &c. Dat. Bononiæ 13. Kal. Aprilis anno quarto*: nempe 1414. Ex Vaticano Regeſto.

C

AVGVSTINVS DE LANTE Patria Piſanus. Fuerat olim Auguſtinus a Gregorio Duodecimo (anno 1406. Romano Pontifice promulgato) Fiſci Aduocatus creatus, munuſq; huiuſmodi exercuit, vſquequo Alexander Papa Quintus ipſius Gregorij in Pontificatu Succeſſor eodem Officio Symeonem de Peruſio condecorauit, qui, Ioanne quoque Vigeſimo tertio regnante, illud exercuit: at cum Ioannes Pontifex è Ciuitate Conſtantiæ (quò cauſa tollendi ſchiſmatis ad Concilium profectus fuerat) mutato habitu clàm noctu aufugiſſet, Symeon cum illo receſſit: Ioanne verò Pontificatu abdicato, Auguſtinus iuribus, quibus ipſe in munere Aduocati Fiſci fulciebatur, propalatis, ad illud, Sede per abdicationem præfatam vacante,
D a Ioanne Patriarcha Antiocheno Officij Camerariatus Regente fuit reſtitutus. Poſt teterrimum ſchiſma, tertioque vacantis Sedis anno recurrente, in Ciuitate Conſtantiæ Otho de Columna Romanus in Pontificio Solio, Martini V. nomine, collocatus, vt Auguſtini iura in Fiſcali Aduocatione inconcuſſa perſiſterent, prouiſionem, ac reſtitutionem fauore ipſius emanatas confirmauit. Dat. Conſtantiæ 7. Kal. Ianuarij, Pontificatus anno primo. Ex Regeſto Vaticano lib. 1. officior. Martini V. pag. 30. Hunc ipſum Auguſtinum tranſmiſerat Ioannes Papa XXIII. in Angliam, diuerſaſque Mundi partes, vnà cum alijs illicò recenſend.s, vt a Chriſtifidelibus præſidia contra Ladislaum Siciliæ Regem expeterent. Ex Pontificio Diplomate in Vaticano Regeſto conſcripto. Dat. Bononiæ Kal. Aprilis, Pontificatus anno quarto: ibi. *Et huius rei cauſa dilectos filios nobilem virum Marinum Municolum Domicellum Neapolitanum, Romanæ Curiæ Mareſcallum, qui Nepos noſter exiſtit, ac*
E *venerabilem fratrem Bartholomæum Epiſcopum Penſaurienſem, & Auguſtinum de Lante I.V.D. Piſanum noſtri Conſiſtorij Aduocatum, Nuncioſque noſtros, ac pro nonnullis alijs noſtris, & Eccleſiæ Romanæ arduis negocijs ad prædictas, & nonnullas alias Mundi partes perſonaliter deſtinemus &c.* Liberi autem commeatus teſſera (ſaluum conductum nuncupant) ipſi Auguſtino a Pontifice conceſſa, & in præfato Regeſto inſerta, habet hæc verba. *Ioannes &c. Venerabilibus fratribus vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis &c. Cum pro maximis, & arduis noſtris, & Eccleſiæ Romanæ negocijs ad Anglia, & nonnulla alia Regna, & Mundi partes dilectum filium Auguſtinum de Lante de Piſis I. V. D. ac Conſiſtorij noſtri Aduocatum, cum certis eius Collegis noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis Nuncium præſentialitèr dirigamus,*

Nos

Nos cupientes, eundem Auguſtinum, eiuſque Collegas, noſtroſque Nuncios cum eorum comitiua A
equitum, & peditum, nauigijs, animalibus, ſalmis, valiſiis, rebus, & bonis omnibus, tam per
mare, quàm per terram, flumina, pontes, paſſus, & loca quæcumque in eundo, ſtando, & redeun-
do, plena ſecuritate gaudere, vniuerſitatem veſtram &c. Dat. Bononiæ Kalend. Aprilis anno
quarto.

E nobili Lantenſi, ſeu de Lantis Familia prodierunt Petrus Lantis de Piſis legum Do-
ctor ab Vrbano V I. (anno 1378. Pontifice renunciato) Senator Vrbis ad beneplacitum
conſtitutus, & Capitaneus; quem recurrente anno 1380. eodem Senatorio munere per-
functum mihi conſtat. Franciſcus Piſanus Epiſcopus Lunenſis, translatus anno 1390. ad
Brixienſem Eccleſiam, inde ad Cremonenſem, denique ad Bergomatenſem. Lucas de
Lante a Martino V. Gubernator, & Poteſtas Caſtri Sancti Ioannis Bononienſis Diæceſis
nuncupatus. Bartholomæus de Lante (eundem opinor, de quo ſupra in Ioanne de Mon-
te politiano Aduocato Conſiſtoriali) in Prouincia Patrimonij Beati Petri in Thuſcia, B
Pontifice Martino Quinto, Theſauratius, cui deinceps, Eugenio Quarto regnan-
te, vt Caſtrorum Marthæ, *Suriani*, Canalis, Mugnani, & aliorum poſſeſſionem cape-
ret, demandatum fuit. Michael de Lante de Piſis Iudex appellationum, ſiue Capitaneus
almæ Vrbis a Pio Secundo promulgatus. Laurentius de Lantis Eques Senenſis ab Alexā-
dro Sexto anno 1496. Senator Romanus ad ſex menſes renunciatus. Ex Vaticano Rege-
ſto in libris officiorum eorundem Pontificum. Vixit diù in Vrbe, in eaque obijt anno 1652.
plenus dierum, ſummaque integritate præclarus Marcellus Lantes, qui Romæ natus Lu-
douicum genitorem habuit, Lauiniam Maffeam genitricem; Clemente Octauo ſedente,
Apoſtolicæ Cameræ Auditor, deinde a Paulo Quinto anno 1607. Cardinalis pronuncia-
tus, Epiſcopatu primùm Tudertino inſignitus, mox Portuenſi, deinde Oſtienſi, ac Veli-
ternenſi Vaticani Senatus Decanus: ſacras Aedes, Cœnobiaque magnificè non minus, C
quàm modeſtè (abſque vlla ſcilicet proprij nominis inſcriptione) extruxit, & profuſis elee-
moſynis ægenos ſemper aluit, ad patrocinium natus paupertatis: Laudatur Marcellus iſte
a Farinacio fragment. crimin. pag.83. & prax. crimin. tit. de homicid. pag.130. & nuper-
rimè a Io. Maria Rubeo in Compendio geſtorum ipſius Cardinalis, quæ calamo vberiori
recenſere ſpopondit. Familia hæc Ducatus titulo decorata in Vrbe emicat.

FRANCISCVS DE VBALDIS Peruſinus. Baldi de Vbaldis Iuriſ-
conſultiſſimi filius. Ex Vaticano Regeſto lib. de diuerſis formis Pō-
tificis Gregorij XII. pag.99. liquet anno 1407. Franciſcum vixiſſe
Aduocatum ſacri Conſiſtorij, quem idem Pontifex pronomine D
Magiſtri nuncupauit. Eodem quoque pronomine quamplures vſi
ſunt Romani Pontifices in Commiſſionibus Aduocatis Conſiſtoria-
libus dirigendis; & ex recentioribus Clemens Octauus, hoc vtens
reſcripto. *Audiat Magiſter Ioannes Baptiſta Spada*. Dictio autem
Magiſter honoris encomium eſt, Clem.2. de magiſtr. & Iacobus
Cohellius Conciuis meus integerrimus in Notitia Cardinalat.cap.57. Ipſius Pontificis mu-
nificentia eundem Franciſcum Vrbeuetanæ Ciuitatis Poteſtatem ad ſex menſes promulga-
tum fuiſſe, conſtat ex mox indicato Regeſto.

SANCTES DE VIVIANIS Canonicus Ferentinus. Gregorij XII. li- E
beralitatem anno 1410. expertus fuit, dum ipſum in ſui Conſiſtorij
Aduocatum adoptauit, ac inſuper declarauit, per huiuſmodi gratiam
non vacare officia Scriptoriæ Literarum Apoſtolicarum, Pœnitentiariæ,
& Abbreuiatoriæ, quibus idem Sanctes fulciebatur; immo illi per pri-
uilegium indulſit, vt quamdiù ipſe viueret, eadem munia, Aduocatio-
nemque exercere valeret, etiamſi vnus ijs muneribus obeundis non
ſufficeret, & ipſum ad coniugium tranſire contigiſſet. Ex Vaticano Re-
geſto lib. de diuerſis formis ipſius Pontificis pag.174. Et quàmuis tempore, quo datæ fue-
re literæ, Gregorius ipſe Pontifex fuiſſet in Concilio Piſano a Cardinalibus depoſitus, an-

noque

XXIII.

A noque 1409. Alexander Quintus in eodem Concilio ad Sumni Apoſtolatus apicem e uectus, quia tamen anno 1415. dum idem Gregorius in Concilio Conſtantienſi per ſpecialem procuratorem Carolum Malateſtam Pontificatu abdicauit, ex Concilij decreto cuncti eiuſdem Pontificis actus confirmationis robore præmuniti fuere, idcircò Viuianum inter veros Aduocatos Conſiſtoriales recenſendum haud vereor. Interfuit ſacro generali Concilio, Eugenio Quarto regnante anno 1437. è Baſilea ad Ferrariam, hinc ad Florentiam translato.

Vixit Antonius Viuianus Natione Gallus, qui edidit *De pietate erga Deiparam*. *De Virginitate*. *De Angelo Cuſtode*. *De Oratione Quadraginta Horarum*. Noſtro floruit æuo Iulianus Viuianus Piſanus, qui *Praxim Iuriſpatronatus* non minus doctè, quàm eruditè conſcripſit, ac typis dedit. Marius Viuianus Vrbinas, qui euulgauit *Rationale Inſtitutionum Iuris ciuilis*.

B

COLA MAGNI De Anagnia. Sic a Summo Pontifice Martino V. nuncupatur, dum ipſum, ſacri Palatij Aduocatione fungentem, anno 1422. ViceSenatorem Vrbis ad beneplacitum conſtituit. Ex Vaticano Regeſto lib.2.officior. Martini V. pag.205.

IOANNES DE EMILIIS Brixianus. Martinus Papa Quintus literas aſſertorias (ſaluum conductum aiunt) conceſſit ad fauorem *D. Grandellæ uxoris egregij Legum Doctoris Ioannis de Milis ſacri Conſiſtorij Aduocati*. Ex Vaticano Regeſto lib.1. Martini V. pag.147. Corneus conſ. 214. vol.4.num.4. allegat *Ioannem de Milis de Brixia Aduocatum Conſiſtorialem in ſuo Repertorio in verb. Vniuerſitas*. At in impreſſo Repertorio,
C Nicolai, non autem Ioannis nomen legitur; inde autem huiuſmodi variatio exorta, quòd nomine duplici nuncupabatur, vt conſtat ex Indice librorum vtriuſque iuris a Ziletto elaborato pag. mihi 16. ibi. *Repertorium Ioannis, aliàs Nicolai Milis*. Helias Cauriolus in Hiſtoria Brixiana lib. 7. pag. 145. hæc de Emilio ſcripſit, at varius in tempore. *Scriueno alcuni, che in queſti tempi fiorì Giouanni Miglio noſtro Cittadino Auuocato Conciſtoriale, & Dottor' eccellentiſſimo nella Ragion canonica*. A Mariano Socino in tract. de citation. artic.5. q.1. verſ. ego arbitror, hoc memoratur præconio. *Ita etiam dicit Ioannes de Emilijs, qui fuit ſolemnis Aduocatus Conſiſtorialis, in Repertorio ſuo*. A Ferretto conſ.337.num.4. *Nicolaus de Milo maximus pratticus Romanæ Curiæ in ſuo Repertorio*. A Quintiliano Mandoſio in reg.4. de reſeruation. q.2. nu.2. *Nic.
D Mil. vir maximæ authoritatis in ſuo Repert*. A Ludouico Romano ſing.435. *Et habui de facto Romæ pro Eccleſia S.Pauli de Vrbe, quæ fuit commiſſa domi. Ioanni de Millis & domi. Ioann. de Roma valentiſſimis, & mihi*. Vixiſſe autem inter Romanæ Rotæ Auditores, liquet ex Gomeſ. in reg. de triennal. poſſeſſor. q. 61. ibi; *quam etiam impugnauit Nicolaus Milis Rotæ Auditor*.

Emilia Gens in peruetuſta, celebrique Brixiana Ciuitate nobilitatis fulgore coruſcat, de qua ſcripſit idem Cauriolus lib.1.pag.16. *Quì di Tertio Emilio Suro, dal quale à ſorte preſe nome Emiliano Caſtello, & onde penſo, che ſcendi alla noſtra Città la Famiglia de gl'Emilij*. Ex ipſa præ cæteris prodiere Petrus Milius, ſeu de Emilijs Brixienſis, Comitis Philippi, & Catharinæ Lupæ Bergomenſis filius, anno 1402. Abbas Commendatarius celebris Cœnobij S.Zenonis Benedictini Ordinis electus, cuius præconia facundo calamo recenſen-
E tur ab eruditiſſimo Abbate Vghello tom.5. Italiæ ſacræ pag. 594. vbi ſubdit. *Octo habuit germanos fratres non minore virtute præditos, quorum Ioannes è Brixia Veronam bono Veronenſium omine ſuos traduxit penates, eorum poſteri armis, & ſago auitam nobilitatem propagarunt. De Emilia gente Romana Patria, a qua hanc deriuare ferunt, ſcripſit Richardus Streinerius* &c. (Streinnius) Marcus Petri frater anno 1421. ex dimiſſione Petri Abbas electus. Ioannes Comes de Emilijs Canonicus Veronenſis, Maximiliani Cæſaris intimus, Papæ familiaris, & Prothonotarius Apoſtolicus, anno 1512. in Cathedrali Veroneuſi Eccleſiæ Theſaurarius. Eodem deinde munere Theſaurariatus indicat Vghellus perfunctos fuiſſe Ioannem Franciſcum Comitem de Emilijs anno 1533. Fabium Comitem de Emilijs anno

1595.

Digitized by Google

1595. & Marcum Comitem de Emilijs anno 1609. Floruit Marcus Antonius Emilius philoſophus, ac medicus percelebris, qui ſcripſit *De Balneis Milzanelli in Ditione Brixiana*. A

NICOLAVS BENVCCIVS Senenſis. Quæ ſequuntur, ab Vgurgerij calamo exarata, typographus prælo commiſit, tit. 16. pag. 435. *Nicolò Benucci nobil Saneſe, fiorì al tempo di Martino V. Pontefice Romano, fù Propoſto nel Duomo di Siena, e tanto ecellente nelle Leggi, e preciſamente nella ragion Canonica, che fù fatto in Roma Auuocato Conciſtoriale dal predetto Pontefice, à cui fù non ſolamente molto grato, ma familiare, come atteſta l'Abbate Panormitano in vn ſuo Conſiglio ſottoſcritto da Antonio Roſſelli d'Arezzo, che l'originale, e ſigillato de' loro ſigilli, ſino al preſente ſi conſerua ſenz' alcuna alterazione. Tanto ſcriue Antonio Folchi nell'Orazione funebre per la morte di Lattanzio Benucci, recitata da lui, e ſtampata in Fiorenza l'anno 1598.* B

Vixit indicatus Lactantius Benuccius, pluribus Romanis Pontificibus charus, qui elaborauit *Carmina quamplura. Comædiam vincta oratione. Obſeruationem in Comædiam Dantis*: ipſius præconia apud Vgurger. pag. 473. percurre, ſi lubet.

ANTONIVS VENECTINVS Romanus. Ex binis ſepulchralibus Inſcriptionibus, quæ Romæ in Diuæ Franciſcæ Templo leguntur, Antonij, fratrum, ac genitoris digna munera ediſces. Earum prima ſic loquitur.

AETERNO ET VERO DEO SACRVM. C
D. ANTONIO VENECTINO ROMANO
MILITI COMITIQ. INSIGNI AC DOCTORI
ET ADVOCATO CONSISTORIALI PRAESTANTISSIMO.
D. IOANNI VENECTINO
SACRAE LATERANEN. BASILICAE CANONICO
AC SACRAE POENITENTIARIAE SCRIPTORI.
ET D. BAPTISTAE VENECTINO
DOCTORI DECRETORVM
BASILICAE VIRGINIS MARIAE MAIORIS D
CANONICO HONESTISSIMO
D. LAVRENTIVS VENECTINVS
SACRAE PRINCIPIS APOSTOLORVM BASILICAE
CANONICVS
GERMANIS OPTIMIS
PROPRIO AERE FIERI CVRAVIT

Altera

Aeterno ac vero Deo ſacrum.
Nardo de Venectinis Romano E
Viro eximio
Qui ob virtutem
Semel Vrbis Reformator a Populo factus
X. Cameræ Vrbis Conſeruator
VIIII. Menſes Senatorium Magiſtratum
Laudabilitèr egit.

Lau-

XXV.

A Laurentius Venectinus
Sacræ Principis Apoſtolorum Baſilicæ Canonicus
Patri optimo, ac benemerito fecit.
Obijt anno MCCCCXXX.

In Pontificio Martini Quinti Diplomate, quo idem Antonius Poteſtas Bononiæ ad ſex
menſes conſtituitur, characteres hi leguntur exarati. *Dilecto filio nobili Viro Antonio de
Venectinis de Vrbe Comiti de Tuſula. Dirigentes continuò noſtræ conſiderationis oculos erga
Ciuitatem noſtram Bononiæ, eiuſque pacificum ſtatum, & ſalutare regimen, tanquam bonarum
artium matris, & Nobis, & Romanæ Eccleſiæ fidiſſimæ ſupremis deſiderÿs affectantes, ac de*
B *perſona tua, quæ ſcientia, doctrina, & rerum agendarum experientia plurimùm valet, & No-
bis, & dictæ Eccleſiæ de ſinceritate, fidei, & deuotionis integritate comprobatur, ſumentes in Do-
mino fiduciam ſpecialem, ac certè ſperantes, quòd ea, quæ tibi committenda duxerimus pro ſtatu
noſtro, & dicta Ciuitate, magna commendatione, & laude proſequeris, te Poteſtatem Ciuita-
tis noſtræ Bononiæ, eiuſque Comitatus, Territorÿ, & Diſtrictus &c.* Ex Vaticano Regeſto.

GRATIOLUS ACCARISIVS Bononienſis, ſeu de Tuſſignano. Iacobi filius.
Ab Alidoſio de Iuriſconſultis Bononienſibus pag. 113. quæ connectam, accepi.
*Graciolo detto Zacco di Giacomo Accariſi da Toſſignano à 28. Maggio 1403. addot-
torato. Fu Auuocato Conciſtoriale. E ſepolto in S. Michele de' Leproſetti, doue ſi vede queſta*
C *memoria.*

SEPVLCHRVM DOMINI GRATIOLI
ALIAS ZACCHI DE ACCARISIIS
LEG. DOCT. CONCISTORIALISQ. ADVOCATI
IN QVO IACET DOM. BALDASS. QVON. EIVS FIL.
LICENTIATVS IN IVRE CANONICO
QVI OBIIT ANNO DOM. MCCCCXLIII.

L'anno 1449. leggeua i Digeſti nuoui i giorni feſtiui. Nec diſſentit Valerius Rinerius in ma-
D nuſcripto opere de Viris claris Bononienſibus. *Graciolo di Giacomo Accariſi ſi addottorò in
legge alli 28. di Maggio l'anno del Signore 1403. Fu fatto Auuocato Conciſtoriale da Papa Gio-
uanni XXII. alli 8. di Decembre 1414. eſſendo prima dalli Marcheſi di Ferrara ſtato creato
Cittadino di quella Città per loro priuilegio dato ſotto li ſette d'Aprile l'anno 1407.* &c. Ali-
quam tamen contrarietatem inuenio circa tempus obitus: Idem Alidoſius in appendice,
ſubdit pag. 32. *Graciolo Accariſi 1403. era figliolo di Zacco: l'anno 1406. fù Lettore de'
Volumi.*

Accariſia Familia Orbi peperit Iacobum Bononienſem, Theologum, Rethorem, Philo-
ſophum, & Hiſtoricum clari nominis, qui poſt publicè profeſſam in Romana Sapientia
Philoſophiæ ſcientiam, anno 1644. ad Veſtanam Eccleſiam euectus fuit: Eodem anno,
dieque ingreſſus Cardinalium in Conclaue, elegantem ad eoſdem in Vaticanæ Baſilicæ
E Sacello habuit *Orationem de maturanda Pontificis electione.* Ediderat vlterius *Prælectiones
Philoſophicas. Orationes in funere Annibalis Mareſcotti: in funere Caroli Arciducis Auſtriæ,
Ferdinandi Cæſaris fratris: in funere anniuerſario Gregorÿ XV: de S. Ioanne Euangeliſta: De
Deo Trino, & Vno: de Academia fundata Mantuæ anno 1627. a Ferdinando Mantuæ, &
Montis Ferrati Duce: in reſtauratione Studiorum: della Paſſione di Chriſto: de laudibus S. An-
dreæ Corſini: de laudibus S. Gregorÿ Pontificis: de laudibus Eleonoræ Gonzagæ Auguſtæ Ferdi-
nandi Cæſaris coniugis, & Ferdinandi Mantuæ Ducis ſororis: de natalibus Virgilÿ.* Item
elaborauit. *De conſcribenda Tragœdia. Hiſtoriam rerum geſtarum a Sacra Congregatione de
Fide propaganda per vniuerſum Orbem Chriſtianum duobus annis* 1630. & 1631. *Epiſtolas*

latinas. Vindicationes tum nonnullarum Gregorij XV. Conſtitutionum, tum quorundam Alphonſi Ciacconi, ac Ioannis Baptiſtæ Adriani locorum in deſcribendis Summarum Pontificum, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinalium vitis, ac rebus geſtis. Hiſtoriam Cardinalis Bentiuoli fama ſuper æthera noti *De bellis Belgicis* è lingua Italica in latinam vertit. In Ciuitate quoque Senenſi Accariſiorum Familia enituit, ac enitet; è qua præ cæteris prodiere Vmbertus, qui vitæ inculpatæ, ſacrarumque literarum eximius, anno 1348. mortalia deſeruit, cuius apud Hiſtoricos cum præconijs mentio frequens. Franciſcus, Brancæ filius, & Franciſcus alter, ex Bino natus, circa annum 1350. vterque Iurium Profeſſor in patria Vniuerſitate celeberrimus. Innumeros alios omitto Iuriſconſultos, Profeſſoreſque primi nominis: quamplures omitto nobiliſſimæ Hieroſolymitanæ Religionis, & S. Iacobi Equites, vnum tantùm indicio Clementem Accariſium, Rhodienſem Equitem, Summi Pontificis Alexandri Septimi intimum Cubicularium, & Pincernam, qui genere nobilis, moribus ſuauis, officijs humanus vna omnium voce commendatur; cuius germanus frater Bandinus Accariſius, recentiſſimè ab Alexandro VII. Maſſæ Populoniæ Epiſcopus renunciatus fuit.

A
B

ARDICINVS DE PORTA Nouaria oriundus. Pontificij, Cæſareiq; Iuris Doctor præſtantiſſimus. Primùm inter Conſiſtoriales Aduoc. ſedit, & anno 1415. ſacro Conſtantienſi Concilio interfuit. Deinde inter Cameræ Apoſtolicæ Clericos adſcriptus. Munus quoque Correctoris Literarum Apoſtolicarum obiuit. Denique a Martino Papa V. anno 1426. Purpura donatus fuit, Diaconi Cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani titulo aſſumpto. Romæ mortalia deſeruit die 9. Aprilis 1434. ex Contelorio in vita Martini V. pag. 59. at ex Ciaconio 5. Idus Auguſti. Tumulatus in Vaticanæ Baſilicæ Cryptis iacet, hoc addito elogio.

C

Hic de la Porta iacet Ardicinus, vtroque
Iure tenens primum Doctor in Orbe locum:
Primus & orabat per Conſiſtoria cauſas,
Iuſtitiam ſumma Relligione colens.
Poſt ad Cardineum meritò exaltatus honorem
Inter Apoſtolicos ſedit & ipſe Patres.
Talem Roma tibi Lombarda Nouaria miſit
Inſignem generis nobilitate virum.

D

Alter vixit Ardicinus de Porta Nouarienſis, iunior nuncupatus, noſtri Ardicini ex legitimo filio nepos: munia quamplura pro S. R. E. præclarè geſſit, ob idque ab Innocentio Octauo anno 1489. Cardinalis creatus: ſcripſit eruditam *Epiſtolam ad Innocentium VIII, cur a Curia receſſerit*. ipſius geſta ad ſaturitatem recenſentur a Ciaconio in vitis Pontificum, & Cardinalium, atque ab Vghello in Italia ſacra inter Alerienſes Epiſcopos. Vixerant ſuperiori æuo Gherardus Potentinus Epiſcopus a Calixto Secundo Cathalogo Sanctorum adſcriptus. Raynaldus de la Porta Gallus anno 1320. à Ioanne XXII. Auenione ad Purpuram vocatus. Nicolaus Patriarcha Conſtantinopolitanus. In Placentina quoque Ciuitate floruit Familia de Porta, è qua prodiere Grumerius anno 1199. Placentinus Epiſcopus; Iacobus anno 1238. Mantuanus Præſul; & Ioannes Parmenſis Antiſtes. Gentem de Porta Placentinam a prænobili Proſapia Sabella originem traxiſſe, aſſerit Creſcentius de nobilitate Italiæ par. 1. pag. 587. & ſeqq. a Iulio inquam Sabello, quem Romanus Senatus Placentiam tranſmiſit, vt illius Ciuitatis Portas, Gallorum furente bello, vigili cura cuſtodiret. Nomen immortalitati commendarunt Sanctius a Porta Cæſaraauguſtanus, qui ſcripſit volumen *Sermonum de laudibus Deiparæ ſemper Virginis Mariæ*. Ioannes Baptiſta Porta Neapolitanus, qui edidit *Villæ libros duodecim*; nempe *De Domo. Sylua cædua. Sylua glandaria. Cultu, & inſitione. Pomario. Olineto. Vinea. Arbuſto. Horto coronario. Horto olitorio. Segete. Prato. Elementorum Curuilineorum libros tres. De Diſtillatione. De occultis literarum notis. De refractione optices parte. De munitione. De aeris tranſmutationi-*

E

tationibus. Pomarium ſuæ Villæ. De furtiuis literarum notis, vulgò de Zeferis. Magiæ na-
A *turalis libros 20. Fiſonomia dell'Huomo. Della Celeſte Fiſonomia. Il Giorgio Tragedia. La*
Penelope Tragicomedia. La Sorella Comedia. Li due Fratelli riuali Comedia. La Cintia
Comedia. La Fanteſca Comedia. La Furioſa Comedia. Li tre libri de Spiritali, cioè d'inal-
zar'acqua per forza dell'aria. Marinus, & Nicolaus de Porta Iuriſconſulti nominis non
obſcuri, qui *Additiones ad Conſtitutiones Regni Siciliæ* promulgarunt.

GVILIELMVS DE MASCVLIS Ariminenſis. Viuebat anno 1420. de
quo apud Clementinum in Ariminenſi hiſtoria lib.8.par.2.pag.297. *Papa*
Martino facendo rifleſſione ſopra la fedeltà di Carlo (Malateſtæ) *verſo la*
S.Sede, & al buon ſeruigio preſtatole da lui, giudicò molto à propoſito il con-
B *ferire non ſolo nella perſona ſua, ma che paſſaſſe anche à quella del fratello,*
e de'nepoti col mero, e miſto impero, con titolo di Vicariato, Oſimo, Sarſina,
Calbana, la Maſſetta, le Carpinete, Randine, Campiano, Lionara, Monte
Caſtello, le Caminate, Belfiore, Fanale, Collina, Pondo, Spinello, Penna de'Billi, i Billi, Mon-
telupone, Caſtel ficardo, Monte fano, Monte felatrano, Offagna, Serra de'Conti, e Ciuitella
di Galliata; à nome poi de'quali Malateſti in Firenze preſtò il ſolito giuramento Guiglelmo del
già Battiſta de'Maſchi Auuocato Conciſtoriale, Famiglia nobile, poco fa quì eſtinta, come nel
Breue conſeruato da gl'heredi di Carlo Marchiſelli ſi legge. De Guilielmo præfato eundem
Hiſtoricum loquutum fuiſſe opinor, dum lib.9. ad annum 1433. hæc ſcripſit. *Seruì egli*
(Malateſta Nouellus) *l'Imperatore fin'al fiume Sanio, e trouoſſi preſente all'ora, ch'in detto luo-*
go S. M. ſi compiacque d'onorare Guiglielmo Maſchi Rimineſe Dottore tra primi di quell'età, e
C *Conte di Portolo, & i ſuoi diſcendenti del titolo di Conte Palatino, alla qual ceremonia aſſiſtet-*
tero Gio. e Malateſta di Zanni de'Malateſti da Sogliano, Franceſco del Conte Brandino di Car-
pegno, Rinalduccio figliuolo d'eſſo Conte, e Franceſco Vanni de'Medici Conte di Val Fenaria Po-
deſtà di Rimino.

Floruit Ioannes Baptiſta Maſculus Neapolitanus, qui ſcripſit *Lyricorum, ſiue Odarum lib.*
15. Veſuuianum incendium anni 1631. lib. 10. Encomia Cæleſtium digeſta per ſingulos anni
dies, unà cum veterum Faſtis, quibus Chriſtianæ Religionis præponuntur Faſti. Eruditas le-
ctiones veterum Patrum pro Concionali Theologia.

IOANNES TOMASIVS Senenſis. Ab Vgurgerio, qui de Viris illu-
D ſtribus Senenſibus vberrimè conſcripſit, tit.16. pag.428. hæc de Col-
lega excerpſi. *Giouanni di Bandino Tommaſi nobil Saneſe, fù così fa-*
moſo Giureconſulto, che fù chiamato à ſpiegare le leggi nel famoſo Studio di
Padoua, oue fù concorrente de'valoroſi Legiſti Raffaello Fulgoſo, e Raffael-
lo Cumano, con i quali fù Promotore di Pietro Pecci nobil Seneſe (di cui
parlaremo à baſſo) che iui l'anno 1412. fù laureato nell'vna, e l'altra
Legge. Tornò poi à Siena, nella cui Vniuerſità fù honorato della prima
Catedra circa gl'anni 1418. Ma fermatouiſi poco tempo, ſe n'andò à Roma, oue tanto s'accredi-
tò, che fù fatto Auuocato Conciſtoriale. Per teſtimonio del Zazzara laſciò alle ſtampe alcuni
Conſigli.

Familiam de Tomaſijs (ex qua Tomaſinam nonnulli prodijſſe aiunt) è Bizantio An-
E conam demigraſſe, Leopardamque dictam, fide digni Scriptores aſſeruere. Tomaſiam
Senenſem gentem Piſaurienſi (primariæ etiam feudalis, in Patria nobilitatis) ſeriem de-
diſſe, vetuſta traditio refert, & vtramque ex Anconitana prodijſſe, probabili coniectura
ſcribendum: Leopardus, montes terni, & lilia tria, Anconitanæ, ac Piſaurienſis inſignia.
Genus hoc condecorarunt Vibianus, ſeu Viuianus (idem forſan, de quo ſupra in Boni-
facio VIII.) anno 1173. ab Alexandro III. Senenſi inter S. R. E. Cardinales cooptatus;
Cardinalem hunc Anconitanum aſſerunt aliqui; ex Patria, a Friderico Imperatore infen-
ſiſſimo Eccleſiæ hoſte armis occupatam, Vibiani forſan fratrum, aut nepotum aliquis re-
cedens, Senenſi in Ciuitate domicilium conſtituit. Iacobus Anagninus, anno 1295. inter

coſdem Purpuratos adlectus, Petrus, morum ſanctimonia extollendus, anno 1354. Lipa- A
renſi, & Pactenſi gregi Paſtor attributus; hinc ad Coronenſem Eccleſiam, inde ad Creten-
ſem Archiepiſcopatum, deuique ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum translatus; ſcri-
pſit *De Conceptione Beatæ ſemper Virginis Mariæ. Sermones*; & alia. Iulianus, a Pſeudo-
pontifice Clemente VII. anno 1380. Marſorum Epiſcopus dictus, deinde a Martino V. an-
no 1418. Capritanorum Antiſtes delectus. Georgius, ſacri Conſiſtorij Aduocatus, de
quo infra. Franciſcus Iuriſta eximius, Abbreuiator Apoſtolicus, & Alexandri VI. Bre-
uium Secretarius. Bindinus Rethor, qui *Volumen Epiſtolarum* edidit. Ingurta Philoſophus,
& Hiſtoricus, qui lucubrauit *l'Hiſtoria di Siena, Diſcorſi*. Franciſcus Hetruſcus, qui edidit
Tractatum de Peſte. Romæ floret, literatorum altricis, Thomas de Thomaſijs Piſaurienſis,
vir multiſcius, in Romano Lyceo Logicæ Profeſſor, qui ſcriptioni addictus, plura elabora-
uit, partim edita, partim edenda, plura molitur, videlicet. *Il Giardino d'Atlante*, cuius pars B
denuo typis vulgata, ſiue *Spinalba*, ſiue *Antiche Iſtorie del nuouo Mondo* inſcribitur. *Di-
ſcorſi Accademici. Panegirico dell'Eſſaltatione di Papa Innocenzo Decimo. Il Contraſto de i
Genij. Il Principe ſtudioſo. L'Antibaccinata, Apologia in riſpoſta alla Satira di Ferrante Pal-
lauicini*, efficto nomine, ac cognomine Leopardi de Leopardis, ad vetuſtum familiæ co-
gnomen alludendo. *Comedia. Hiſtorie del noſtro ſecolo. Dialoghi delle Scienze. Idee*, ideſt,
*Della Monarchia; Della ſacra Politica preferita alla profana; Della mite, e ſeuera Monarchia
garreggianti tra loro. La Vita del Duca Valentino. Il Maggior Pregio della Gloria Gotica;
alla ſacra Real Maeſtà di Chriſtina Regina di Suetia.*

RICARDVS . . . Cardenſis; alibi Cordenſis. Me Vaticanum edocet
Martini V. Regeſtum, Ricardum inter Conſiſtoriales Aduocatos in Vrbe
conſediſſe, & ab Anglicani Regni Collectore Cenſuris vexatum, Roma- C
na in Aula ad cautelam abſolutum fuiſſe: hæc verba. *Sua nobis egregius
legum Doctor Dominus Ricardus Carden. Aduocatus Conſiſtorialis Palatij
Apoſtolici, Archidiaconus Roffen. petitione monſtrauit, quod licèt ipſe Came-
ra Apoſtolicæ ratione denarij S.Petri in Regno Angliæ per ipſum in ſuo Archi-
diaconatu de certis temporibus proximè lapſis, & præſertim a tempore ordinariæ collationis di-
cti Archidiaconatus ſibi factæ minimè teneatur, ſed potius pro ſingulis annis eundem denarium
recollectum Collectori in dicto Regno pro tempore exiſtenti ſoluerit, & ſolui fecerit; nihilominus
cum venerabilis vir D.Simon de Teramo in dicto Regno Collector contra præfatum D. Ricardũ
Archidiaconum abſentem, & in Romana Curia commorantem &c.* Anno 1424.

D

IVO COPPOLVS Peruſinus. Vixit Romana in Aula, Orbis ideſt Re-
gia, Pontificij Conſiſtorij Aduocatus, teſte Conciue ſuo Cæſare Chri-
ſpolto in hiſtoria Peruſiæ Auguſtæ, hæc lib.3. cap. 2. fol. 336. de ipſo
proferente. *Iuone Coppoli meritò, che il Sommo Pontefice Eugenio Quar-
to con ricca mercede lo chiamaſſe alla Lettura della legge ciuile nello Studio
di Roma, e dall'iſteſſo foſſe creato Auuocato Conciſtoriale nell' anno 1433.
Laſciò nella ſua morte le Letture in ſtampa ſopra la prima del Digeſto vec-
chio, e riferente il Volfango, alcuni Trattati, le Letture ſopra tutto il Dige-
ſto nuouo, e ſopra il Codice. Vogliono alcuni foſſe figliolo di Franceſco Coppoli, che fiorì tra ce-
lebri Giuriſconſulti in Perugia nell'anno 1400. come anco fratello della Beata Cecilia Vergine
di acutiſſimo ingegno, e celebre nelle lettere latine, e greche, e molto più marauiglioſa in ſanti- E
tà, e per molte gratie, e miracoli, che il Signore per mezo ſuo operò nella di lei morte; ma il Gon-
zaga, il Toſſignano, & altri celebri Scrittori dicono, queſta fuſſe unica figliola di Franceſco, e
che Leonarda ſua madre l'otteneſſe, eſſendo ſterile, & in età di cinquant'anni, per mezo dell'ora-
tioni di S.Bernardino da Siena, mentre predicaua in Perugia.* Geſta ipſius Beatæ Ceciliæ
Coppolæ Peruſinæ pleno calamo conſcripſit integerrimus, & in ſcribendo aſſiduus Lu-
douicus Iacobillus, de Sanctis, ac Beatis Fulginatenſibus, pag. 10. & ſeqq. A Franciſco
Suertio inter delicias Orbis pag. 198. *Ibonis Copuli I. C.* Cenotaphium in Diui Franciſci
Templo Ariminenſi collocatum deſcribitur.

Nunc

A *Nunc orbi, & viduæ, miſeri nunc flete clientes;*
En iacet hic veſter Iure peritus IBO,
Poſt decus emerita, poſt tot benefacta ſenectæ,
Impia ſanguineæ præmia mortis habet.
Oceanum fruſtra fugimus, Martemque cruentum,
Si rapit imbelles mors violenta togas.

E Coppola Familia prodijt Franciſcus Miles Peruſinus tempore Eugenij IV. Senator
Vrbis. In Ciuitate quoque Neapolitana Patritiatu inſignita, & quamplurimis Dignitati-
bus condecorata legitur apud Franciſcum de Petris in Hiſtoria Neapolitana pag. 180. &
ſeqq. Ex hac præ cæteris prodiere Marcus Coppuleus Neapolitanus, Franciſci apud hiſto-
ricos celeberrimi filius, ad Montis Pelusij Epiſcopatum anno 1498. euectus. Ioannes Ca-
B rolus Coppola Neapolitanus, qui Poema heroicum etruſco idiomate conſcripſit, cui titu-
lus *Maria Concetta*. Hieronymus Coppola Neapolitanus, qui ſcripſit *De Beata Virgine
Maria priuilegijs coronata*. In Florentina Ciuitate eadem Familia Marchionatus prærroga-
tiua inſignita præfulget.

LVDOVICVS PONTANVS Romanus, patria Spoletanus, ſeu Cereta-
nus, vt infra in Paulo Pontano. Conteſtatur aſſertio Bartholomæi
Socini ſcripta in l.1. ff. de vulgar. & pupillar. poſt nu.36. ibi, *quam ibi
ſequuntur Guil.de Cuneo, Bal.Imo. & Ludo. Rom. Aduocatus Conſiſtoria-
lis*. Vixit deinde Sedis Apoſtolicæ Prothonotarius, vtquè Mandoſio
placet, Romanæ Rotæ Auditor. Qualis, quantuſque fuerit Ludouicus,
C quis ignorat? Scripſit doctiſſima *Commentaria in Digeſtum vetus; In-
fortiatum: & Nouum; Codicem. Sigularia. Repetitiones. Conſilia*. At
Ioannem Fichardum audiamus, Pontani præconia contexentem. *Ludouicus Pontanus pa-
tria Spoletinus, & tandem ob id, quòd Romæ commoraretur, Romanus dictus; Ioannis Petrucij
celeberrimi apud Peruſinos Iureconſulti, & Ioannis de Imola auditor fuit. Senis & ipſe ius ciui-
le aliquot annis profeſſus, inde Romam commigrauit, vbi maxima in exiſtimatione habi-
tus eſt. Panormitano ſingulari amicitia coniunctus fuit, cum quo poſtea Baſilæam ad Sino-
dum profectus, iſtic morbo peſtilenti correptus, mortem obijt: iuuenis admodum, & vix 30. æta-
tis annum tunc egreſſus, vt commemorat Aeneas Siluius in hiſtoria Baſilienſis Concilij. Mor-
tuus eſt anno 1439. vt indicat eius epitaphiū, quanquàm nimis iam attritum, quod extat apud
Carthuſianos in hac verba.*

D

ANNO DOMINI MCCCCXXXIX. REVERENDVS IN CHRISTO
PATER DN. LVDOVICVS PONTANVS DE ROMA V. I. D.
EGREGIVS S. SEDIS APOSTOLICÆ PROTONOTARIVS CVIVS
ANIMA REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

Summis laudibus Romanus extollitur ab Aenea Siluio (deinde Pio Secundo) nedum
in hiſtoria Baſilienſis Concilij, ſed etiam carmine erudito: a Marco Mantua: recentèr ab
Horatio Mandoſio, qui aureis additamentis Ludouici Reſponſa locupletauit: & recentiſſi-
mè a Ghilino in theatro Virorum illuſtrium vol.2.pag.179. Ipſum varijs epithetis Seripto-
res decorarunt; præſertim autem a Mantua dicitur *Vir ſanè diuinus, & doctrina, ingenio,
E ac eloquentia tunc nemini ſecundus*. a Gram. vot.30. num.14. *Ludouicus Romanus, cuius au-
thoritas magna eſt*: a Iaſ. in l.1. §.ſi quis ſimplicitèr, ff. de verbor. obligat. *Ludouicus, qui fuit
optimus Iuriſta*: & a pleriſque nuneupatur *elegans, elegantiſſimus, ſolemnis, celebris, excellens,
præſtantiſſimus*, verbiſque huiuſmodi. At Bartholomæi Cæpollæ calamus in tract. de inter-
præt. legis extenſiuæ pag.1. ſic Romanum commendauit. *Ludouicus Romanus, qui memo-
ria ſingulari, ſtudio flagranti omnium iurium, noſtrorumque Doctorum copia præter cæteros cu-
mulatiſſimus extitit.*

Inter mortales vixere Theobaldus Pontanus Tudertinus, anno 1314. Aſſiſij Antiſtes pro-
mulgatus. Floruit in Vrbe Ioannes Baptiſta Pontanus Romanus Aduocatus eximius, qui
gemi-

geminos ingenij fœtus publicæ luci expoſuit, alterum *De ſpolio*: alterum *De Alimentis cuiuſque generis*. Ex eadem Pontana gente prodiere Georgius Bartoldus Pontanus Germanus, qui ſcripſit *De deſponſatione Mariæ, & Ioſeph*. *De Conceptione Beatæ Mariæ Virginis*. *De Purificatione eiuſdem*. *De feſto Annunciationis*. *De feſto Viſitationis*. *De feſto Aſſumptionis*. Georgius alter Germanus, qui edidit *Hymnorum ſacrorum de Beata Virgine libros tres*: Gulielmus Peruſinus, non obſcuri nominis Iuriſprudens, qui edidit *Commentaria in Infortiatum; in Digeſtum nouum*. Fabius, qui ſcripſit *De antiquitate Fulginei*. Iacobus, qui opus elaborauit, inſcriptum *Attica Bellaria*: Ioannes Iouianus Neapolitanus, qui ſcripſit *De laudibus Deiparæ Virginis Mariæ*. *De bello Neapolitano*. *Libellum Neniarum*. *De fontibus, & fluminibus*. Rouerus author *Collectanea, ſiue Chronica rerum memorabilium*. Ioannes, qui edidit *Methodum componendi theriacam, & præparandi ambram factitiam*. *Narrationem de prodigioſis Epiſcopi Spirenſis ieiunijs*. *Epiſtolam de lapide Philoſophorum*. Hippolytus Patauinus, qui euulgauit *Vitam, & Miracula S. Antonij, nec non Sanctorum, ac Beatorum Ordinis Minorum*. Richardus demum Pontanus mihi occurrit Rhetor, ac Poeta non vulgaris.

IOANNES DE BARONCELLIS Romanus. In Conſtitutionibus Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium eiuſdem Collegij Decanus inſcribitur. Interfuit ſacro œcumenico Florentino Concilio, Eugenio IV. viuente, conuocato, de quo infra. Anno 1455. dum Calixtus Papa III. in Conſtantiniana Baſilica Pontificia Corona decorabatur, inter Neapolionem Vrſinum, Vrſinamque Familiam, & Comitem Auersũ de Anguillaria, Columnamque Gentem Comitis fautricem excitato tumultu, infauſta Vrbi eueniſſent, niſi Pontificis iuſſu, authoritateque Ioannes de Baroncellis, & Lælius de Valle diſſidentes animos pacis fœdere copulaſſent. Geſtum Platina conſcripſit; ipſum maternè verſum audiamus. *Coronandoſi il Pontefice ſecondo l'vſanza nella Chieſa Lateranenſe* (Ciaconius ait in Vaticana) *dui ſoldati, de' quali vno militaua ſotto il Conte Auerſo, l'altro ſotto Napolione Orſino Capitani di diuerſe parti, ſi ferirono l'vn l'altro di modo, che tutti dui ſubito morirono. Per queſta coſa Napolione chiamando la fattione Orſina all'arme, ſaccheggiò la Caſa, doue ſoleua alloggiare il Conte Auerſo, il quale allhora era aſſente, e così eſſendo Napolione per andare al Laterano, per aſſaltare il Conte, appena che fu ritenuto dal fratello Latino, e dal Cameriero del Pontefice. Non poteua Napolione certamente andarui ſenza gran calamità della Città, eſſendo già in arme tutta la fattione de' Colonneſi, la quale fauoriua il Conte. Il Pontefice haueua mandato all'vno, & all'altro Giouanni Baronello, & Lelio di Valle Auuocati Conciſtoriali, li quali aſſettaſſero la pace fra loro, e così per l'autorità del Pontefice tutte le coſe furono quietate.* Anno 1463 Fiſci, & Apoſtolicæ Cameræ Aduocatus in Vrbe florebat, vt infra in Lælio de Valle: & inter ſacræ Romanæ Rotæ Auditores ius dixiſſe teſtatur Pontan. de ſpolio, pag. mihi 104. ibi, *ſed in eo quendam Ioannem de Baroncellis Auditorem Romanum contra ſenſiſſe*. De Ioanne Baroncello loquitur Infeſſura, an autem de noſtro, non firmo, propter annorum diſtantiã, dum in ſuis Diariis (anno 1405.) hæc perſcripſit: *Li Offitiali di Roma fecero Conſeglio, ſe doueuano mandare per lo Papa à Viterbo, e fu deliberato, che ſe ne mandaſſe, & che ſe li doueſſino mandare le chiaui di Roma per obedienza, e così fu fatto, & gironci dui Ambaſciatori cioè miſſer Ioanni Baroncelli, & miſſer' Antonio di Scoccola, accompagnati con molti Cittadini*.

IVSTINVS DE PLANCA Romanus. Præter illius in Conſtitutionibus Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium memoriam, de ipſo fit mentio in Pontificia Sanctione Eugenij IV. edita anno 1432. in qua Profeſſoribus Studij Vrbis emolumenta ſuper vectigali vini forenſis ſtatuuntur, ibi. *Dilectorum filiorum nobilium virorum Iuſtini Pauli de Planca legum Doctoris, & noſtri Conſiſtorij Aduocati, nec non Ioannis de Capoccinis, & Ioannis Cecchi de Cangialaſinis modernorum Conſeruatorũ, Ciuium Romanorum &c.* & iterum in Conſtitutione Iulij II. edita anno 1512. qua vini vectigal, quod ex emolumentis Profeſſorum Studij Vrbis ſupererat, in refectio-

fectio-

A feſtionem murorum eiuſdem Vrbis Romano Populo aſſignauit; ibi enim enuncians Eugenij IV. Conſtitutionem, ait. *Ad ſupplicationem nobilium virorum quondam Iuſtini Pauli de Planca ſui Conſiſtorij Aduocati &c.* Harum Conſtitutionum tenores recenſentur a Fenzonio olim almæ Vrbis Senatore in ſuo opere Additionum ad Statutum Vrbis in fine. Interfuit Iuſtinus œcumenico Cõcilio, quod è Baſilicæ Ciuitate anno 1437. ad Ferrarienſem, & hinc ad Florentinam Vrbem, regnante Eugenio Quarto, translatum fuit; audiamus Horatium Iuſtinianum, virum eruditum, ac integerrimum, qui Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtos primarius (deinde Montis Alti, mox Nucerinus Epiſcopus, denique S.R.E. Cardinalis) eiuſdem Concilij Acta collegit, diſpoſuit, notis illuſtrauit, ac euulgauit: hæc enim ad rem recenſuit pag. 53. *Sanctiſſ. D. Papa ibidem publicè exponendo propoſuit, quomodo illa, quæ temporibus retroactis in olim Baſileenſi Concilio acta eſſent, Patribus, & Dominis præfatis notiſſima forent, & quòd ſua Sanctitatis intentio ſemper fuit, & erat, pacem, & concordiã* B *in populo Chriſtiano ponendi, & procurandi, ac vniuerſalem Eccleſiam in capite, & in membris reformandi, etiam Curiam ſuam Romanam, & cum etiam cum ipſis Baſilea exiſtentibus, omnibus vijs, & modis poſſibilibus pacem, & concordiam quæſiuiſſet, illam nihilominus modo aliquo minimè conſequi valebat, imò ipſi non ſolùm contra ipſius Sanctitatis Oratores, & Nuncios inſurgere, illoſque inhumanitèr tractare, ſed etiam Sanctitatem ſuam ſcandalizare, ac ſanctiſſimam vnionem Occidentalis, & Orientalis Eccleſiæ, propter quam olim Baſileenſe Conciliũ inter alia congregatum fuerat, quamque etiam ipſe poſtquam ad annos diſcretionis peruenerat, ardenti animo videre, ac totis viribus promouere, & procurare cupiebat, turbare, & impedire conati ſunt, aliaque plura in illum de facto fecerunt, & attentarunt, prout per venerabilem virum Iuſtinum de Planca ſacri Conſiſtorij Aduocatum ad ipſorum Patrum, & Dominorum plenam, & indubitatam notitiam deduci voluit, & ordinauit &c.* pag. 54. *Quibus ita peractis,* C *præfatus D. Iuſtinus Aduocatus, de ipſius Domini noſtri mandato ſic ſuperiùs ſibi facto, publicè, alta, & intelligibili voce expoſuit dicens &c.* pag. 55. *Et niſi per eandem Sanctitatem præmiſſis opportunè obuietur, alia ſcandala maiora habentur veriſimiliter ſecutura. Eapropter dictus D. Iuſtinus Aduocatus pro parte Eccleſiæ vniuerſalis Sanctitati ſuæ humilitèr ſupplicauit, vt Sanctitas ſua paci, & tranquillitati Eccleſiæ prædictæ piè ſuccurrendo, vnà cum Patribus, & Dominis prædictis talitèr velit prouidere, & ordinare, vt pax, & tranquillitas populo Chriſtiano prouenire, ipſorumque æmulorum malitia, ac ipſius Sanctitatis innocentia cunctis valeat apparere &c.* pag. 62. *Die Veneris quartadecima dicti menſis Februarij de mane, in Capella maiori Palatij Apoſtolici, Reuerendiſſimo Patre D. Epiſcopo Sabinenſi Card. pro Congregatione tenenda præſidente, alijſque Reuerendiſſimis, Reuerendiſques ac venerabilibus Patribus, & Dominis ſupradictis, nec non vltra illos, DD. Nicolao Capuano, & Marco Tarantaſienſi Archie-* D *piſcopis, Ioanne Vallino dicti Palatij cauſarum Auditore, Guillermo de Prato, & Iaconio de Racaneto Cameræ Apoſtolicæ Clerico* (Clericis) *Iuſtino de Planca; Ioanne de Baroncellis, Geneſio de la Porta, Antonio de Roſellis, Angelo de Boncianis, Bruno de Bononia Aduocatis Cõſiſtorialibus, Ioanne Decretorum Doctore D.N. Papæ Acolyto, Alphonſo Gondiſſalui Scholaſtico Abulenſi Decretorum Doctore, & Franciſco de Padua dicti D. N. Cubicularijs, alijſque quampluribus Doctoribus, & Magiſtris ibidem legitimè congregatis &c.* Hunc eundem eſſe Iuſtinum cenſeo, qui vti teſtis in quodam venditionis inſtrumento anno 1436. de mandato Eugenij IV. confecto, & ex Vaticano Regeſto exemplato, deſcribitur, ibi. *Actum Bononiæ in Domo reſidentiæ Franciſci tit. S. Clementis S.R.E. Presbyteri Card. Camerarij, præſentibus ibidem Reu. in Chriſto Patre D. Angelo Epiſcopo Parentino, eximio vtriuſque Iuris Doctore D. Iuſtino de Innouatio ſacri Apoſtolici Conſiſtorij Aduocato, & venerabili viro Antonio Archidia-* E *cono Anconit.*

Anno 1526. in Vrbe degebat Hieronymus Planca, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, & Archiepiſcopus Cæſarienſis.

GENESIVS DE LA PORTA . . . . . . De ipſo fit mentio in mox recenſitis Actis Concilij Florentini, in quo Geneſius idem interfuit. De Familia tetigi nonnulla in Ardicino Cardinali de Porta.

LVDO-

XXXII.

LVDOVICVS DE GRASSIS Bononienſis. A Valerio Rinerio vbi
ſup. Collegam hunc expiſcaui, quæ connectam ſcribente. *Ludouico* A
di Pietà (ſeu Petri) *Graſſi addottoratoſi in Leggi, fu fatto Canonico di
S. Maria Maggiore, e poi della Chieſa Cattedrale di Bologna, poi Vicario
generale del Veſcouo. Andato poi à Roma, fu creato Auuocato Conciſto-
riale, e doppo Chierico della Reu. Camera Apoſtolica, della quale fu anco
Auditor generale, e finalmente fù eletto Veſcouo di Rimini, come habbia-
mo detto di ſopra à ſuo luogo.* Alidoſius, de Iuriſconſultis Bononien-
ſibus, pag. 156. *Ludouico di Pietro Dottor de'Garſi 1418. Fù Vicario generale in ſpirituale,
e temporale di Tomaſo Sarzana Veſcouo di Bologna, e Canonico di S. Maria Maggiore, e di
S. Pietro, e poi Auditore della Reu. Camera Apoſtolica. Morì eſſendo Veſcouo di Rimini.* Vghel-
lus in Italia ſacra paucis rem explicat. *Ludouicus* (ait) *de Graſſis nobilis Bononienſis è Ca-
nonico fuit electus Epiſcopus 1449. die 5. menſis Nouembris: per paucos menſes ſuperſtes fuit,* B
tumulumque in Cathedrali accepit, vbi hæc habetur memoria.

LVDOVICVS DE GRASSIS
CANONICVS BONONIENSIS
ET EPISCOPVS ARIMINENSIS
MCCCCL.

Illuſtre Genus de Graſſis fuit generoſa quædam arbor pulcherrimos vernans in flores,
& mira fœcunditate autumnans in fructus. Enumerantur præ cæteris Hildebrandus Bo-
nonienſis anno 1150. ab Eugenio III. Vaticana Purpura inſignitus. Achilles ſenior Bo-
nonienſis, Antonij Epiſcopi Tiburtini nepos, ſacræ Romanæ Rotæ Auditor, Epiſcopus C
Tiphernas, deinde ſacer Bononienſis Paſtor, a Iulio II. anno 1511. in Senatorium Purpu-
ratorum Ordinem cooptatus, Apoſtolicus ad Helueticos, & Polonos Nuncius, denique
ad Ludouicum Galliæ Regem, & in Germaniam ad Cæſarem Legatus. Carolus Bononien-
ſis, intimus Iulij III. Cubicularius, Montis Faliſci Epiſcopus, Cameræ Apoſtolicæ Cleri-
cus, Peruſiæ, Vmbriæ, Romæq; Gubernator, demum a Sanctiſſimo Pontifice Pio V. anno
1570. inter Vaticanos Senatores adlectus. Achilles iunior Bononienſis, de quo infra ſuo
loco. Petrus de Caſtro nouo ex Cremonenſi Sede ad Papienſem anno 1402. translatus.
Antonius Bononienſis Apoſtolicus Referendarius, Romanæ Rotæ Auditor, annoque
1486. Tiburtinus Epiſcopus. Paris Bononienſis, Achillis Cardinalis de Graſſis germanus
frater, Pontificius Cæremoniarum Magiſter, anno 1513. Tiphernatum Epiſcopus, dein-
de anno 1516. Piſaurenſis Antiſtes, qui plura ſumma eruditione conſcripſit, præcipuè *De* D
ſacris Ritibus Capellæ Pontificiæ. Balthaſar Bononienſis anno 1516. Tiphernas Præſul, loco
Paridis, promulgatus. Ioannes Petrus Bononienſis anno 1533. Viterbienſis Epiſcopus.
Hannibal Bononienſis, vtriuſque Signaturæ Referendarius anno 1575. Fauentinus Anti-
ſtes, Campaniæ, Flaminiæque Vicelegatus; ſe deinceps Epiſcopatu abdicante, S. Officij
Conſultor euaſit, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Nuncius denique ad Regem Hiſpania-
rum, qui lucubrauit *De iuriſdictione vniuerſali in temporalibus Summi Pontificis. De iuriſ-
dictione Eccleſiaſtica Epiſcoporum &c.* Ioannes Antonius Bononienſis, Hannibalis nepos,
anno 1585. patrui in Epiſcopatu Fauentino ſucceſſor. Cæſar Bononienſis (Achillis iu-
nioris, de quo infra, alij ſcribunt, germanus frater, alij ex fratre nepos) ſacræ Romanæ
Rotæ Auditor, qui ob aduerſam valetudinem Auditoratui cedens, Vaticanæ Baſilicæ Ca-
nonicus renunciatus fuit. Paſchalis Ciuis Foſſæ Clodiæ, anno 1619. ſuæ Patriæ Epiſco- E
pus dictus. Franciſcus germanus Paſchalis frater, & in eadem Sede anno 1640. ſucceſ-
ſor. Floruerunt Ioannes, qui Tractatus edidit *De ceſſione iuris, & actionum fienda. De
Apoſtolicis reſcriptis. Arborem iuriſdictionum. Arborem iudiciorum. De ſubſtantialibus pro-
curatorij, & de his, quæ contra illud obijci poſſunt.* Michael, qui *De officio hæredum. De ſuc-
ceſſione tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. Communes opiniones* conſcripſit. Paduanus
de Graſſis Apulus, qui opus euulgauit *De Republica Eccleſiaſtica. Conſilium Pauli per mo-
dum Dialogi, collectum ex Auguſtino, & aliorum Patrum operibus per compendium locorum
in omnibus Epiſtolis Paulinis apparentèr pugnantium. Enchiridion ſcholaſticum contradictio-*

num

A *num Quodlibetalium Doctoris ſubtilis*. Horatius Sauonenſis celebris Mathematicus, cuius
ingenij ſunt fœtus. *Diſputatio optica de Iride*. *Diſputatio aſtronomica de tribus Cometis
anni 1618. Libra aſtronomica, ac philoſophica. Ratio ponderum libræ, ac ſymbellæ*. *Orationes*.
Carolus Panormitanus, qui ſcripſit *De effectibus clericatus*. *De effectibus amicitiæ*.

ANTONIVS ROSELLVS Patria Aretinus: ſecundùm aliquos (ſed
malè) Patauinus dicitur. Genitorem promeruit Roſellum de Roſel-
lis Iuriſconſultum celebrem, cuius leguntur conſilia lib. 2. conſ. vlti-
mar. volunt. conſ. 47. conſ. crim. diuerſ. in folio to. 2. conſ. 26. & lib. 2. in
paruis conſ. 46. Orbi dedit Ioannem Baptiſtam Roſellum Iuriſpru-
dentem eximium, cuius conſilia leguntur lib. 1. conſilior. diuerſor. in
B paruis conſ. 90. & 94. lib. 1. conſilior. vltimar. voluntar. conſ. 1. & 141
& lib. 2. conſ. 99. 100. & 104. vbi a Ioanne de Campegio I. C. Bono-
nienſi *famoſiſſimus, & clariſſimus Doctor nuncupatur*: hic idem Io. Baptiſta iura ciuilia in
Patauino Studio quinquaginta ferè annorum ſpatio profeſſus eſt, & in eadem Vniuerſitate
primariam iuris canonici Cathedram tenuit, ipſomet teſte in ſuo conſ. crim. inſerto inter
conſ. crimin. Cæpol. conſ. 46. Conſilia, & alia elaborauit, quæ in Patiuina depopulatione
periere; leguntur tamen eruditiſſima *Conſilia de Monte Pietatis*. Sed ad Antonium geni-
torem calamus redeat. Vixit Aduocatus Pauperum, Comes, & Miles, vt de ſe aſſerit in
ſubſcriptionibus huiuſmodi. *Et ita, vt ſupra dictum eſt, dico iuris eſſe ego Antonius Roſellus
I.V.D. natus Domini Roſelli Doctoris famoſi, ac ſacri Conſiſtorij Domini Papæ Aduocatus, &
Pauperum, Doctor, Comes, & Miles*. lib. 1. conſ. crim. diuerſ. in folio conſ. 82. 86. & lib. 2.
conſ. 27. ac inter conſ. crimin. Cæpol. conſ. 49. Patauij ius canonicum profeſſus eſt, vt li-
C quet ex ſubſcriptione conſ. 9. Pauli de Caſtro par. 1. *Ego Antonius Roſellus I. V. D. ac ſacri
Conciſtorij D. Papæ Aduocatus, & Pauperum, ordinariam regens Cathedram iuris Canonici de
mane in felici Studio Paduano*. iterumque conſ. 445. par. 2. Tractatum elaborauit *De po-
teſtate Papæ*, quem vulgò *Monarchiam* vocant. *De Concilio*. quæ duo opera, donec expur-
garentur, vetita fuere) *De indicijs, & tortura*. *De Indulgentijs*. *De legitimatione*. *De ſuc-
ceſſionibus ab inteſtato*. *De vſuris*. *De ornatu mulierum*. *Recollectaneam in primum librũ
Decretalium*. *Commentaria in iure ciuili*. Multa alia exarauit, iniuria tamen temporum
diſſipata: nonnulla ipſius *Conſilia* habentur inter conſ. diuerſor. vltimar. voluntat. lib. 1.
conſ. 80. 143. 144. 145. & lib. 2. conſ. 209. Interfuit conditionibus pacis Florentiæ firma-
tis die 17. Ianuarij 1436. inter DD. de Malateſtis, & S. Apoſtolicam Sedem coram Fran-
ciſco tit. S. Clementis S. R. E. Presbytero Card. Summi Pontificis Eugenij IV. Camerario.
D *Præſentibus* (ſic ibi) *Reuerendo in Chriſto Patre D. Bartholomæo Epiſcopo Caualicenſi, & egre-
gio legum Doctore D. Antonio de Roſellis de Aretio Aduocato Conſiſtoriali*. In Florentino
Concilio vnà cum alijs Conſiſtonialibus Aduocatis præſens fuit. Inter mortales eſſe de-
ſijt anno 1483. Ab Angelo de Gambiglionibus Aretino, cuius fuit Conciuis, & contem-
poraneus Antonius, *ampliſſimus Iuriſconſultus* appellatur conſ. 105. in princ. A Cæpol. conſ.
ciuil. 61. *clariſſimus I. V. D. & Miles D. Antonius de Roſellis de Aretio*: & inferius; *ſpectabi-
lis Miles, & famoſus Doctor D. Antonius de Roſellis*. conſ. crimin. 70. *famoſiſſimus Doctor
D. Antonius de Roſellis*. A Caccialupo inter conſ. Crot. volum. 3. conſ. 417. *ſubtiliſſimus
Doctor D. Antonius de Roſellis de Aretio*. A Ferett. conſ. 40. *clariſſimus Iureconſultus*.
A Mantua in vitis Iuriſconſultorum *Doctor celeberrimus, Eques, Comes, & Aduocatus
Conſiſtorialis optimè meritus*; ſubdens floruiſſe anno 1480. A Platina in vita Ioan-
E nis Baptiſtæ Cardinalis Millini, in opere Ciaconiano impreſſa, & a Sanſouino, de Fami-
lia Millina, *Legum Interpres fidiſſimus, Iuriſconſultus famoſiſſimus*. A Fr. Iacobo Philippo
in ſupplem. chronic. deſcribitur inter Iuriſconſultos, qui anno 1483. proprij nominis fama
in humanis eſse deſiere; *Antonio Roſello nato in Toſcana, dottiſſimo in leggi, & in altre
ſcienze, hauendo letto molti anni nel predetto Studio di Padoua, compoſe certe opere degniſſime
della Monarchia, e della autorità del Pontefice, e certi Trattati ancora ſopra le leggi, final-
mente queſt'anno morì*. Ab authore Chronicæ vniuerſalis Orbis terrarum. *Antonio Roſel-
lo Toſcano, buono huomo, e prudente, Dottore in legge, e nelle altre ſcientie aſſai profondo, ha-
uendo per molti anni letto in Padoua in legge, venne à morte in queſti tempi: ſcriſſe della Mo-*

marchia, e della podeſtà del Papa più libri, e laſciò alcuni Trattati appartenenti alle leggi. A
Ab Angelo Portenario in hiſtoria Patauina lib.7.cap.5. *Antonio de i Roſelli ha letto il canonico con gran ſua lode lungo tempo.*

Egit olim in humanis Nicolaus Roſelli Tarraconenſis, anno 1356. ab Innocentio VI. in Purpuratorum Senatum adlectus, in cuius gentilitio ſtemmate ſeptem coccineæ purpuraſcunt roſæ cum cognomine colludenres. Floruerunt Carolus Roſellius Gallus, qui ſcripſit *De Roſario Beatæ Virginis*. Franciſcus Roſellus non obſcuri nominis I.C. Lucius Paulus Roſellus Patauinus, qui *Flores legum* edidit; ac Summarijs, Repertorioque Repetitiones Ioannis Crotti locupletauit. Sextilius Aurelius Roſellus nepos eiuſdem Crotti de Monteferrato, a quo ſummis laudibus extollitur in repertorio ſuarum Repetitionum in verb. pudicitia. Ioannes Franciſcus Roſellus Catalanus, qui edidit *Commentarios ad ſex libros Galeni de differentijs, & cauſis morborum, & ſymptomatum*. Coſmus Roſellus Florentinus, qui elaborauit *Theſaurum artificioſæ memoriæ*. B

ANGELVS DE BONCIANIS de Florentia. Adfuit generali Concilio, quod anno 1437. è Ciuitate Baſileæ translatum fuit ad Ciuitatem Ferrariæ, & hinc Florentiam. Egenius Papa IV. Angelum hunc Militem, I.V. Doctorem, Aduocatum Conſiſtorialem, Scriptorem Apoſtolicum, & ipſius Familiarem enunciando, Vrbis Senatorem ad annum conſtituit. Dat. Ferrariæ anno 1438. Ex Vaticano Regeſto lib.2. officior. Eugenij IV. pag. 67. Ipſum Angelum generalem Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Procuratorem in Vrbe prius vixiſſe, cō- C
ſtat ex documento fide publica obſignato, in quo legitur abſolutio impartita ab Eugenio IV. Antonio de Columna Principi Salernitano, ac Eduardo Comiti Celani germanis fratribus, eorumque adhærentibus; ibi. *Dudum ſiquidem in Conſiſtorio generali nobis expoſito per dilectum filium Magiſtrum Angelum de Boncianis de Florentia in legibus licentiatum, generalem Procuratorem Fiſci, & Promotorem cauſarum, & negotiorum criminalium, in Romana Curia deputatum, qualitèr &c. Anno Dom. Incarn.* 1431.

In humanis egiſſe mihi conſtat Guidonem de Boncianuis Florentinum Iureconſultum illuſtrem, qui floruit tempore Oldradi de Ponte. Franciſcum Bonciannium nobilem Florentinum, anno 1613. ad Piſanum Archiepiſcopatum aſſumptum.

D
NICOLAVS DE LAPIS Bononienſis. Ioannis filius. Valerius Rinerius in ſæpe indicaro manuſcripto opere, quæ ſequuntur, de Nicolao exarauit. *Nicolò di Giouanni de' Lappi fu Canonico, & Arciprete della Chieſa Cattedrale di Bologna, & Auuocato Conciſtoriale circa gl'anni del Signore* 1441. & Alidoſius de Iuriſconſultis Bononienſibus pag. 178. *Nicolò di Giouanni Dottore de' Lappi* 1411. *Era nel Collegio de' Giudici, nel Ciuile, e nel Canonico. Fù Vicario generale del Veſcouo, e Canonico di S.Pietro, Arciprete della Pieue di Budrio, nella qual Chieſa, & in quella di S. Lorenzo ſi vede la ſeguente memoria. &c. Fù ancora Arciprete della Chieſa di Bologna & Auuocato Conciſtoriale. Morì l'anno* 1451. *d'Ottobre.*

Martino Quinto ſedente, Carolus de Lapis Miles Cæſenatenſis fuit conſtitutus Sena- E
tor Vrbis ad ſex menſes, incipiendos a die finiti officij nobilis viri Baptiſtæ D. Simonis Comitis Planciani de Spoleto, Senatoris iam deputati.

BRVNVS . . . . . . De Bononia. Viget ipſius memoria in Actis Concilij Florentini, quorum fragmentum ſupra inſerui in geſtis Iuſtini de Planca.

A ANTONIVS DE CAſARELLIS Romanus. Seruant eius memoriā
Conſtitutiones Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium. Adfuit cum
alijs Aduocatis Concilio generali, pro vnione Græcorum cum Lati-
nis, Eugenio IV. Pontifice, celebrato. Hic forſan ille eſt Antonius
Caſarellus, cuius nepos nomine Felix controuerſiam cum Iacobo
filio Ioannis Alberini gerens, ambo (primarij Romani Ciues) a Pau-
lo Papa II. mulctati, deinde ab ipſo Pontifice patriæ, ac fortunæ bo-
nis reſtituti fuere, vt ait Platina in vita eiuſdē Pauli. De noſtro quo-
que Antonio loquitur (vt indubiè teneo) Durantes Dorius in hiſtoria Familiæ Trinciæ
pag. mihi 251. *Fauſtina* (ait) *Trincia fū del 1425. maritata à Gio. Andrea Colonna Prone-
pote di Papa Martino Quinto, del quale Produſſe Ludouica, che fu moglie del celebre Dottore
Antonio Caſſarelli nobile Romano.* De ipſo ſcripſerunr Corneus conſ. 16. tom. 2. *Clariſſi-*
B *mus D. Conſulens Antonius de Caſarellis.* Gomeſ. in reg. de triennal. q. 10. *Antonius de Ca-
pharellis antiquus Doctor, & inter Aduocatos ſui temporis primarius.* q. 19. *olim excellentiſſi-
mus Aduocatus.* q. 42. *Aduocatus illorum temporum excellens.* q. 61. *egregius Aduocatus.* &
in reg. de publican. reſignation. q. 11. *celeberrimus Aduocatus.* Sot. in gloſ. ſup. reg. Innoc.
VIII. pag. 4. *maximus Aduocatus.* & in reg. Iulij II. in 4. par. prin. *& tunc maximus Iuriſcon-
ſultus Antonius de Caſarellis.* Baiard. in addit. ad Clar. §. læſæ maieſtatis, verſ. nono ſi quis.
*Et ita ante tribunal diuæ memoriæ Regis Alphonſi allegauit quidam magnus Aduocatus Con-
ſiſtorialis, nomine Antonius Caſarellus, vt teſtantur ſuæ Allegationes factæ in defenſionem
Marchionis Giracij.* Farin. prax. crim. tit. de crim. læſæ maieſt. q. 113. inſpect. 1. num. 28.
*vt per Afflictū dicentem, quòd ita tenebat Antonius Caſarellus Aduocatus Conſiſtorialis (erat
hic Romanus) in tribunali Regis Alphonſi &c.* Marcus Antonius Scipio in elogijs Abbatū
C Mōtis Caſinatis pag. 190. *Simplicius Caſſarellus ex illuſtri, & antiqua Romæ familia in Luca-
nis ortus (quò ex eadem gente Antonium olim, Eugenio IV. Pontifice, demigraſſe compertum
eſt.) &c.*

Peruetuſta, prænobiliſque Caſarellorum arbor germina dedit Orbi Scipionem Caſa-
rellum Romanum, Pauli V. ex ſorore nepotem, ſacro murice ab eodem Pontifice conde-
coratum, cognomine, Burgheſianiſque inſignibus donatum, & Scipionem Cardinalem
Burgheſium nuncupatum; quem deinceps Bononiæ Archiepiſcopum, maiorem Pœniten-
tiarium, & Epiſcopum Sabinenſem vidit noſtra hæc ætas. Ioannem Romanū, anno 1427
ad Foroliuienſem Eccleſiam euectū, annoque 1437. ad Anconitanam Eccleſiam transla-
tum. Proſperum Romanum anno 1464. Aſculanum Antiſtitem pronunciatum. Ioan-
nem Andream Romanum ad annum vſque 1555. Fundanum Epiſcopum. Fauſtum Ro-
D manum Ioannis Andreæ in Fundano Epiſcopatu Succeſſorem, qui Concilio Tridentino
interfuit. Fauſtum alterum ſacri Conſiſtorij Aduocatum, de quo infra ſuo loco. Proſpe-
rum iuniorem, eiuſdem Fauſti germanum fratrem, vtriuſque Signaturæ Referendarium,
qui poſt plurimas Eccleſiaſticæ Ditionis Prouincias de iure moderatas, & Romana in
Aula Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris munere perfunctum, tandem
die 2. Martij 1654. ab Innocentio X. fuit inter S. R. E. Cardinales adſcriptus. Simpli-
cium Abbatem Caſinatenſem eximium, de quo Marcus Antonius Scipio in elogijs Ab-
batum ſacri Monaſterij Caſinatis pag. 190. & ſeqq. Petrum Romanum, qui anno 1427.
conſcripſit *Chronicam, ſiue Adnotationes de rebus Romanis, & de Familijs Romanis.* Erigium
qui edidit *Erotemata Iuris canonici.* In Vrbium Regina Roma emicat Caſarella Familia
Ducatus titulo inſignita.

E

ANDREAS DE SANCTACRVCE Romanus. Deſcribitur in
Conſtitutionibus Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium. Anno
1433. Eugenius IV. approbans ſolutionem florenorum de Camera
4443. & bonon. 26. a Reformatoribus Studij factam ex pecunijs ve-
ctigalis eiuſdem Studij, occaſione belli contra Nicolaum della
Stella, ipſorum nomina ſic in Diplomate recenſuit. *Dilectos filios
Andream de Sanctacruce Legum Doctorem, Conſiſtorij noſtri Aduocatum,
Laurentium Petri Omnis Sancti, Paulum Petri Paulutij, & Petrum Cec-*

ubi Pauli Reformatores Studij almæ Vrbis. Ex Vaticano Regeſto. Interfuit Andreas œcu- A
menico Concilio ſub Eugenio IV. celebrato, cuius euentus ad modum Dialogi inter ſe,
ac Ludouicum Pontanum (de quo ſupra) Apoſtolicæ Sedis Notarium eo veritatis can-
dore conſcripſit, vt Horatius Iuſtinianus (deinceps inter S.R.E. Cardinales cooptatus)
in Actis eiuſdem Concilij a ſe euulgatis Andreæ aſſertioni inhærens, ipſius verbis vtatur
a pag.68. vſque ad 321. Nonnulla referam, quæ Iuſtinianus ad rem exarauit. In Præ-
fatione. *Verùm expetebant plurimi, & quidem meritò, vt exemplar etiam earundem diſpu-
tationum* (inter Latinos, & Græcos) *ab aliquo Scriptore Latino exaratum quæreretur, & ad
publicam vtilitatem ederetur in lucem: eodem ego deſiderio cum tenerer, atque Bibliotheca Va-
ticanæ volumina reuoluerem, reperi vetuſtum Codicem manuſcriptum continentem eas diſpu-
tationes, ab Andrea de S.Cruce Patricio Romano, & Apoſtolici Conſiſtorij Aduocato deſcriptas,
qui & inter Aduocatos, qui Concilio interfuerunt, recenſetur in Actis, & ea, quæ hinc inde di- B
cebantur, excipiebat, quod ipſe profitetur his verbis &c.* pag.67. *Hac ſecunda parte continen-
tur aduentus Græcorum ad Concilium, & ſubſecuta vnio cum Romana Eccleſia, ac præuia di-
ſputationes cum Latinis, quæ referuntur ab Andrea de S.Cruce Patricio Romano, & Apoſtolici
Conſiſtorij Aduocato, qui non ſolum inter Aduocatos, qui Concilio interfuerunt, recenſetur ſup.
par.1.num.29. ſed etiam ea, quæ hinc inde dicebantur, excipiebat &c.* pag.68. *Diſputationes,
ſeu Collationes inter Latinos, & Græcos, in generali Concilio Florentino habitæ, & ab Andrea
de S.Cruce Patricio Romano, & Apoſtolici Conſiſtorij Aduocato conſcriptæ in modum Dialogi
cum Ludouico Pontano.* Anno 1446. Conſtitutiones, ac taxationes ſalariorum Officialiũ,
& Notariorum Vrbis edidit, vt infra in Ioanne de Tibure. Anno 1459. die 14. menſis
Ianuarij interfuit iuramento a Ferdinando Siciliæ Rege in Terra Baroli præſtito in ma-
nibus Latini tit.SS.Ioannis, & Pauli Presbyteri Card.Legati, nomine S. R. E. Summique C
Pontificis Pij II. recipientis pro dicti Regni inueſtitura: nomina autem eorum, qui in-
terfuerunt, ibi hoc ordine digeſta ſunt. *Præſentibus Reuerendis, & venerabilibus in Chri-
ſto Patribus A.R.de Pallars Epiſcopo Vrgellenſi Patriarcha Alexandrino, N.de Piſtorio Epiſco-
po Theanenſi, ac SS. D. N. Theſaurario, ac Nuncio Apoſtolico. . . . . Epiſcopo Nar-
nienſi, L.Epiſcopo Lucerino, Baptiſta de Vrſinis Priore Vrbis Romæ Ordinis S. Ioannis Hiero-
ſolymitani, Andrea de S.Cruce vtriuſque legum Doctore ſacri Palatij Aduocato Conſiſtoriali,
atque magnificis viris Franciſco de Cuſano, & Antonio de Tricio Illuſtriſſimi Ducis Mediolani
Oratoribus, illuſtrique, & magnificis viris Franciſco de Baucio Duce Andriæ, Honorato Gaie-
tano Fundorum Comite Logotheta, & Prothonotario, Inicho de Daualos magno Camerario, Hu-
gone de Alagno Cancellario Regni huius, Georgio de Alemanea Comite Pulcini, Nicolao de
Prouida, Guillermo Ramundo de Xantelles, Valentino Clauer legum Doctore, Camillo Cara- D
zulo Camerlengo, Diomede Caraffa Scriba portionis Domus noſtræ, Reſtayno, & Io. Antonio
Caudola, Ioanne Olzina, & Matthæo Ioanne Baptiſta de Scudis Armorum Vxerio Militibus
Collateralibus Conſiliarijs, & alijs quampluribus in numero copioſo.* Aduocati Fiſci Pontifi-
cij prærogatiua auctus fuit Andreas, vt me Vaticani Regeſti inconcuſſum documentũ
edocet: Pius enim II. in ſuo Monitorio anno 1460. Dom. Incarn. contra Sigiſmundum
Ducem Auſtriæ, eiuſque fautores, complices, ac ſequaces, qui Nicolaum tit. S.Petri ad
vincula Presbyterum Cardinalem Epiſcopum Brixienſem, commorantem in Caſtro Bru-
nettæ, ibidem obſederant, aliaque perpetrauerant, emanato, hæc ad rem protulit.
*Quodque inſtigante, & procurante dilecto filio Michaele de Prato cauſarum Curiæ Cameræ
Apoſtolicæ Procuratore, præmiſſa in Conſiſtorio generali per dilectum filium Andream de San-
cta Cruce vtriuſque Iuris Doctorem, dictique Conſiſtorij, & Fiſci noſtri Aduocatum publicè ex- E
poſita fuerant, petendo, Ducem prædictum, ac omnes, & ſingulos &c.* Paulo II. regnante Sta-
tuta Vrbis reformauit: en verba id conteſtantia. *Sanctiſſimus D.N. Paulus II. &c. antiqua
Vrbis Statuta, primò per Reuerendos, & venerabiles Patres Regentes Cameræ Apoſtolicæ exa-
minari voluit, demum nobis Andrea de S.Cruce I.V.D. ſacri Conſiſtorij Apoſtolici Aduocato
de Regione Arenula, Euangeliſta de Varis de Regione Campi Martis, & Coleſancto Procoyj de
Franchis de Regione Tranſtiberim præfatæ almæ Vrbis Cameræ Conſeruatoribus, & Paulo de
Paparonibus Priori Capitum Regionum, ac famoſiſſimis Doctoribus D. Natumbene de Valen-
tibus de Treuio Locumtenenti magnifici viri D.Franciſci de Aringerijs de Senis præſentis almæ*

Vrbis

Digitized by Google

A *Vrbis Senatoris, D. Lalio de Valle, D.Ioacchino de Narnia ſacri Conſiſtorij Apoſtolici Aduoca-*
tis, & D.Baptiſta de Brennis legum Doctori, Petro de Milinis, Laurentio Petroni de Clodys &c.
commeſit, vt vnà cum Reu. Patribus D.Epiſcopo Fanenſe, & D.Bartholomaeo de Maraſchis Pra-
poſito Mantuano, & SS. D. N. Depoſitario domeſticis familiaribus ſuis dicta Statuta reuidere-
mus &c. Platina hiſtoricus illuſtris, etſi in aliquibus aberrans a vero, in vita Pauli II. pro-
pria infortunia, calamitateſque recenſendo, regnante illo Pontifice expertus, de binis
Aduocatis Cõſiſtorialibus in hæc verba (alieno calamo è latino idiomate verſa) loquitur.
Dimandati del parer loro quei, che allora erano preſenti, ſe bene in qualche parte parlauano à
compiacenza del Pontefice, pur faceuano la noſtra cauſa più leggiera, e ſi sforzauano placare
il Pontefice. Solo fra tutti Lelio della Valle Cittadino Romano, & Auuocato Conciſtoriale libe-
ramente diffeſe la noſtra cauſa, & conuinceua tutte quelle coſe, le quali erano dette da Leonar-
B *do, e quelle, che parte haueua affermato l'altro Auuocato Andrea di Santa Croce.* Rebus hu-
manis Andreas perfunctus eſt anno 1471. Scripſerat vltra *Diſputationes, ſeu Collationes in-*
ter Latinos, & Gracos in generali Concilio Florentino habitas, de quibus ſup. *Diarium acto-*
rum Curia Romana, prout ipſemet teſtatur: *Cum res* (ait) *memoratu dignas, qua noſtro*
tempore euenere, dum forenſibus ex negocijs quid ſuperextaret otij, ſcripto mandarem, Ephe-
meridum librum Curialem conficiens, & Gracorum aduentus, eorumque conuentus cauſſas in-
ter communia meditarer adſcribere, conſpexi non conuenire mixturam, re, modo, & perſonis a
communibus differentem &c.

IOANNES . . . . De Tibure. Anno 1446. in qua-
rundam Conſtitutionum, & ſalariorum taxatione incubuit, vt ex im-
C mediatè inſerendis verbis liquet. *Aſtorgius Dei, & Apoſtolica Sedis*
gratia Archiepiſcopus Beneuentanus, Reuerendiſſimi in Chriſto Patris,
& D.D.L. tit. S.Laurentij in Damaſo Presbyteri Cardinalis Aquilegien-
ſis SS. D. N. Papa Camerarij Locumtenens magnificis viris Thoma Sa-
xo de Amateſchis, Stephano de Buccabellis, & Antonio Velloni Conſerua-
toribus Camera alma Vrbis ſalutem. Conſtitutiones, & ſalariorum Officia-
lium, & Notariorum, ac Portarum, & Pontium Cuſtodum, & aliorum in eis contentorum ta-
xationes dudum per nobiles viros Andream de Sancta Cruce ſacri Apoſtolici Conſiſtorij Aduoca-
tum, & Maximum Lelli Cecchi &c. editas &c. vobis &c. mandamus obſeruari &c. Inferius.
Conſtitutiones, & Reformationes facta per D.Andream de Sancta Cruce ſacri Conſiſtorij Ad-
uocatum, & Maximum Lelli Cecchi deputatos per Reueren. D. Aſtorgium Archiepiſcopum
D *Beneuentanum Reuerendiſſimi D.L. tit. S.Laurentij in Damaſo S. R. E. Presbyteri Cardinalis*
Aquilegienſis Camerarij Apoſtolici Locumtenentem, vocatis egregio viro D.Ioanne de Tibure
Aduocato Conſiſtoriali, & Laurentio D.Pauli Toti Proconſulibus Artis Notariorum.

ORLANDVS DE BERNARDIS . . . . Eundem
eſſe cenſeo, qui ab Horatio Iuſtiniano in indicatis Actis Concilij
Florentini, tempore Quarti Eugenij conuocati, inter alios eiuſ-
dem Concilij Aduocatos deſcribitur, cognomine tacito, nempe
Orlandus de Florentia. Se ſubſcripſit vnà cum illius æui celeberri-
rimis Iureconſultis Ioanne de Anania, Antonio de Prato veteri,
Baptiſta Floriani de Sancto Petro, & Angelo de Gambilionibus,
E quod conſilium legitur impreſſum in volum. 1. conſ. criminal. di-
uerſor. in paruis pag. mihi 82. vſus verbis. *Orlandus de Bernardis*
Aduocatus Conſiſtorialis.
Vidit Adiacenſis Ciuitas in Inſula Corſicæ Ioannem Baptiſtam de Bernardis Lucenſem
anno 1548. ſibi ſacrum Paſtorem aſſignatum.

GEOR-

XXXVIII.

GEORGIVS TOMASIVS Senenſis. Vgurgerius idem, qui Ioannem A
Tomaſium mihi indicauit, nepotem non præterijt, dum tit. 16. pag.
440. hæc exarauit. *Giorgio Tommaſi nipote di Giouanni ſudetto ſegui-
tando l'eſempio, e l'indirizzo del Zio, atteſe anch'egli allo ſtudio delle
Leggi, ed addottoratoſi in Siena, le profeſsò alcun tempo nel publico Stu-
dio. Ma non potendo contenere il ſuo gran talento nell'anguſtie d'una
ſola Città, ſe n'andò à Roma, oue tutto il Mondo concorre, e conoſciuto
preſtamente nella Corte Romana il ſuo valore, fu fatto Auuocato Conci-
ſtoriale circa l'anno* 1450.

LAVRENTIVS DE LILIIS Senenſis Ciuis. A Pio II. conſtituitur
ſui Conſiſtorij Aduocatus. Ex Regeſto Vaticano lib. 2. Bullar. eiuſ- B
dem pag. 128.

E Lilia Anglicana Familia prodijt Guilielmus, qui ſcripſit *De laudi-
bus Deiparæ Virginis*. E Bononienſi Thomas, ab Epiſcopatu Sorano
ad Placentinam Sedem translatus, & Gregorij XIII. generalis The-
ſaurarius. Ex Interamnenſi, Marcus Antonius Lilius, anno 1597.
Alatrinus Epiſcopus renunciatus. E Camerinenſi viuit in Vrbe Ca-
millus Chronologiſta, & Hiſtoricus illuſtris, qui ſolertia, ſedulitateque mirabili *Hiſtoriam
Camertinorum* elaborauit. In Ciuitate quoque Lucana floret Lilia progenies, è qua præ
cæteris Orbi datus Syluester (ni fallor in nomine) Epiſcopus Vigornienſis in Anglia, An-
gliæ Regis Henrici Octaui, priuſquàm ab Eccleſia deficeret, apud Leonem Decimum
Orator, & ab ipſo Rege ad Cardinalatum poſtulatus; Romæ prædefunctus, ipſius munifi- C
centia Lilia gens Patrona exiſtit Eccleſiæ S. Michaelis, cuius Decanus, qui eſt Prælatus cũ
pingui Sacerdotio, & octo Canonici ad præſentationem ipſorum de Lilijs inſtituuntur.

LVDOVICVS PETRVCCIANVS Interamnenſis. De hoc habetur
mentio, cognomine non expreſſo, in Conſtitutionibus Collegij Ad-
uocatorum Conſiſtorialium, verùm nomine, patria, ac tempore con-
cordantibus, eundem eſſe Ludouicum opinor, qui a Franciſco Ange-
lono (viro libris editis, & illuſtri numiſmatum, vetuſtioriſque ſupel-
lectilis Muſæo, non ignoto) in hiſtoria Interamnenſi anno 1460. ver-
bis hiſce memoratur. *Da Terni vſcì in quei tempi Lodouico Petrucciani,* D
*che hauendo ſoſtenuto il carico di publico Lettore nello Studio di Siena, e
dato in più altre occorrenze notabile ſaggio della eminente ſua virtù, hebbe perciò in Roma il
grado di Auuocato Conciſtoriale, che degnamente in prò della propria lode, & in aumento di
gloria alla Patria fu da lui ſoſtenuto.* In vol. 1. conſ. crimin. diuerſ. in folio, & vol. 2. conſ.
crim. diuerſ. in paruis, leguntur Conſilia duo *Ludouici de Interamne*, ibi conſ. 52. hic conſ.
60. Inter conſilia Mariani Socini ſenioris conſ. 150. habetur mentio cuiuſdam conſilij
ipſius *Ludouici de Interamne Aduocati Conciſtorialis*. Barthol. Soc. in l. cum filiofam. n. 32.
circa med. ff. de legat. 1. *Reperi etiam, quòd inſignis Doctor, & magnus Aduocatus Conſiſto-
rialis D. Lu. de Itinerani, qui fuit concurrens Ludo. Roma. in Ciuitate Senarum &c.* & in l.
ſi quis arbitratu, ſub num. 27. ff. de verb. oblig. *ut refert inſignis Doctor, & ſolemnis Aduo-
catus Conſiſtorialis D. Lud. de Interamna*: & Ludo. Gomeſ. ad reg. Cancellar. tit. de infir- E
mis reſignan. q. 17. *per Ludouicum de Interamne Aduocatum, qui poſtea fuit Auditor*; in reg.
de impetran. beneſ. vacan. per obit. familiar. Cardinal. q. 13. *Ludouicum de Interemne quon-
dam Aduocatum inſignem*; in reg. de annal. q. 44. *L. de Interamne tunc famoſiſſimum
Aduocatum*; in reg. de triennal. q. 61. *Ludouicus de Interamne egregius Aduocatus*; & in tit.
de publican. reſignat. pag. 481. *& in terminis per illum textum, & plura alia fundamenta,
quæ non refero, reperio conſuluiſſe Ludouicum de Interamne quondam Aduocatum Conſiſtoria-
lem eruditiſſimum in quadam cauſa &c.*

PAVLVS

Digitized by Google

A PAVLVS DE VENETINIS Romanus. Præter ipſius nomen, cognomen, ac patriam, quæ in Aduocatorum Conſiſtorialium Conſtitutionibus referuntur, quicquam aliud non reperi.

NICOLAVS DE VBALDIS Peruſinus. In patrio Gymnaſio publicè profeſſus eſt. Ipſum Paulus II. Summus Pontifex in Galliam tranſmiſit vnà cum Paulo de Tuſcanella, pro cauſa detruſionis Cardinalis in carcerem, iuſſu Regis exequutæ; teſte Card. Papienſ. in commentar. lib.7. Ab Andrea Tiraquello de legib. connubial. l.5.glo.1.par.5. nu.17. allegatur tacito cognomine, *Nicolaus Peruſinus Conſiſtorialis Aduocatus*. De eodem Nicolao Conſiſtoriali Aduocato habetur mentio apud Iaſ. in l. illud, nu.6. verſ. iſte caſus, C. de collation. & apud
B addent. ad Caſtr. in l.omnimodo, §. impuberi, litera a, verb. beneficium, C. de inoff. teſtam. Inter ſacræ Romanæ Rotæ Auditores deinde ſedit. Vixit Iuriſprudens ſua tempeſtate clariſſimus. Tractatum *De ſucceſſionibus ab inteſtato* anno 1471. alterumque *De ſucceſſionibus ab inteſtato Clericorum regularium, & ſecularium*, mirificè elaborauit.

IOACHINVS . . . . De Narnia. Ipſius cognomen, in Conſtitutionibus Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium, prætermiſſum, haud mihi innoteſcit. Interfuit anno 1466. ſtipulationi cuiuſdam tranſactionis, in qua iuſſu Pauli II. mediator extiterat; ibi, *præſentibus, audientibus, & intelligentibus ijs teſtibus, videli-*
C *cet Reuerendis Patribus D.Honuphrio Tricaricenſi, D.Antonio Caſtrenſi, D.Sticho. Caſert. Epiſcopis, D.Petro Foſcaro Veneto, D.Franciſco de la Caſa Florentino Prothonotarijs Apoſtolicis, D.Ioachino de Narnia I.V.D. ſacri Conſiſtorij Aduocato, magnifico Sancte de Firmo Phiſico D.N.Papa &c.* Ex Vaticano Regeſto. Eodem Paulo II. regnante, reformauit Vrbis Statuta, vt indicaui ſup. in Andrea de S.Cruce. Vixit Pontificij quoque Fiſci Aduocatus, vt me certiorem fecit infractæ fidei manuſcriptus Codex, in quo habetur, *quòd egregius vir D.Ioachinus de Narnia Aduocatus Fiſcalis* rogauit Prothonotarios, & Clericos Cameræ, cæteroſq; Tabelliones in Eccleſia S.Marci de Vrbe præſentes, de pacis quibuſdam capitulis, anno 1468. inter nonnullos Italiæ Principes firmatis. De ipſo habetur mentio inter conſilia Mariani Socini ſenioris conſ.150. inter conſ.Martianeſij conſ.59.& vol.3. conſilior. Cornei conſ.287. apud Go-
D meſ. in reg.de idiom.q.11. vbi nuncupatur *famoſus Aduocatus Conſiſtorialis*; in reg.de ſubrogan. colligan. q.7. *egregius vir, & primarius Aduocatus*; in reg.de annal.q.44. *famoſiſſimus Aduocatus*; in reg. de triennal.q.19. *excellentiſſimus Aduocatus*; q.28. *quondam eximius, & antiquus Aduocatus*; in reg.de publican. reſignation. q.11.& 13. *doctiſſimus*: Aym. de alluuion. cap.7. *Ioachimus quidam Narnienſis, cuius conſilio ſubſcripſerunt ſimpliciter duo Aduocati Conſiſtoriales*. Obijt anno 1475. In Vrbe tumulatus, in Aracœlitano Templo nouiſſimæ tubæ ſonitum expectat, ibique mormore inciſa hæc verba leguntur.

IOACHINO NARNIENSI
PONTIFICII ET CIVILIS IVRIS DOCTORI
E ADVOCATO CONSISTORIALI ET FISCALI
QVI VIXIT ANNOS LXV.
OBIIT ANNO SAL. MCCCCLXXV. DIE XIII. IVNII
PATRI BENEMERENTI FILII POSVERE.

At circa obitus annum aliqua in me difficultas excitatur ex fragmento ephemeridum Burchardi mihi recentèr exhibito (niſi ſcriptoris vitio error irrepſerit, ſeu quòd licèt Ioachino defuncto, adhuc ipſius domus Ioachini de Narnia diceretur) in quo poſterorum memoriæ demandatum fuit, *anno* 1485. *die* 27. *May Oratores Ferrariæ pro præſtanda Inno-*

centio Octauo obedientia, hoſpitatos fuiſſe in domo Ioachimi de Narnia Aduocati Conſiſtoria-lis, in Pelliccìaria. A

LAELIVS DE VALLE Romanus. Pauli de Valle, & Sabellæ de Sabellis filius. Pauli Caſtrenſis præſtantiſſimi Iuriſconſulti diſcipulus. Inter Adnocatos Pontificij Conſiſtorij deſcribitur in Collegij Conſtitutionibus. Munere Aduocati pauperum in Vrbe mira pietate, ac doctrina perfunctus eſt. Cum Brigida Cincij de Ruſticis matrimonium contraxit, ex qua plures ſuſcepit liberos, Petrum præcipuè, è cuius ſtipite alter Petrus de Valle, de quo paulò inferius, deſcendit. *Commentaria* in leges nonnullas edidit Lælius. De ipſo fit mentio in in- B ſtrumento venditionis nonnullorum Caſtrorum anno 1463. factæ a Camera Apoſtolica diuerſis perſonis, præcipuè *egregijs viris D. Lelio de Valle Doctori, & Aduocato Conſiſtoriali, ac magnifico Philippo artium, & medicinæ Doctori, ac Iacobo de Valle ipſius D. Lelij fratribus germanis &c. Actum in Camera Apoſtolica, præſentibus ibidem egregijs Doctoribus DD. Ioanne de Baroncellis de Vrbe Aduocato, & Antonio de Eugubio Procuratore Fiſci dictæ Cameræ Apoſtolicæ.* Ex Vaticano Regeſto. Statuta Vrbis reformauit, vt ſup. in Andrea de S. Cruce. De eodem loquitur Platina in vita Calixti III. & Pauli II. cuius verba ſuperius adduxi in Ioanne de Baroncellis, & Andrea de S. Cruce. Paulus de Valle Lælij noſtri (vt opinor) genitor, a Iacobo Card. S. Euſtachij in Vrbe Roma, locíſque alijs de latere Legato Officium Cancellariatus eiuſdem Vrbis, quod aliàs per duos Romanos Ciues ad annum tantùm adminiſtrari conſueuerat, pro ſe ſolo, ac ipſius vita durante aſſequutus fuit, addito C deinceps a Martino V. confirmationis munimine.

Ex nobili Valleo genere prodijt Andreas, qui per virtutum gradus ad Vaticanum Purpuratorum Senatum, Leonis X. munificentia conſcendit, vir ſanè ob ſingulares animi dotes non parcè commendandus. Floruit Petrus de Valle, qui *Commentaria* in aliquas leges euulgauit. Ludouicus Bartinorenſis Hiſpanus, qui edidit *De auctoritate, & facultate in cauſis ſpoliorum Illuſtriſſimi D. Delegati in Regnis Hiſpaniarum. Additiones ad Deciſiones D. Ludouici de Manzanedo Rotæ Auditoris in Romana Curia.* Franciſcus, qui Italica vincta oratione ſcripſit *Lettere delle Dame, e de gl'Eroi. Carmina* quamplura. Vixit ad hanc ferè diem Petrus de Valle Patritius Romanus (Peregrinus nuncupatus) vir ſanè generis nobilitate, morum comitate, eruditione, ac diutina Orbis peregrinatione percelebris, qui plura elaborauit, ipſius ingenium optimè cõteſtantia, videlicet *Orationem in funere Maanis Ioeridæ Conſortis. Epiſtolam ad nobilem Perſam de quibuſdam controuerſiis Fidei. De re-* D *gionibus ſubiectis recentiori Perſarum Imperio. Dei Optimi Maximi Attributa, ſiue, Nomina mille. Profeſſionem Fidei Muhammedanorum iuxta ritum Sciaitarum. Ephemeridem Perſicam vnius anni. Annotationes in librum Fratris Thomæ a Ieſu, de procuranda ſalute omnium gentium. Reſponſionem ad librum Perſarum apologeticum aduerſus epiſtolam ab ipſo ſcriptam. Loca Alcorani contraria Textibus librorum Sacræ Scripturæ, quia Muhammedanis recipiuntur, vt libri de Fide. Eiuſdem Alcorani Anacroniſmos, & alia ſimilia. Ben Ithem Auctorem Arabem antiquum de quadratura circuli latinum factum.* Materno autem idiomate exarauit *Delle conditioni di Abbas Re di Perſia. Compendio dell'Iſtorie Perſiane dal principio del Mondo fin quaſi à noſtri tempi, con vna Cronologia delle ſteſſe. Lettere, con ampia Relatione di tutti i ſuoi viaggi di Perſia, India, e Turchia. Informatione della Giorgia.* E *L'Iſtoria della miſſione de' Padri Theatini à quei Popoli, fatta per ordine del medeſimo Pontefice* (Vrbani VIII.) *con i progreſſi di eſſa. Compendio del libro del Padre Chriſtoforo Borro, de tribus Cœlis, in lingua Perſiana, con l'interpretatione in Toſcano. Gli Amori Peſcatorij. Lettere peſcatorie amoroſe. Vn Dialogo della elettione della Dama. Vn ſogno amoroſo con certa inuentione. Vna fauola di doi ſimili, alludendo à certi caſi veri. L'Iſtoria della ſua Famiglia. Vna raccolta d'impreſe da lui fatte con le loro eſplicationi, & con l'Iſtorie de' caſi, à propoſito delli quali furono fatte.*

PAVLVS

A PAVLVS . . . . De Tuſcanella oriundus, in Patrimonij Prouincia. Me latet ipſius genus, quod Collegij Conſtitutiones non indicant. Fuit a Paulo II. in Galliam, pro cauſa Cardinalis in carcerem iuſſu Regio detruſi, tranſmiſſus, teſte Card. Papienſi in commentar. De quodam ipſius *Pauli de Toſcanella* conſilio habetur mentio inter conſ. Mariani Socini ſenioris conſ. 150. Dum calamum remouebam, & calchographis ſcriptiunculam hanc tradebam, Petri Philippi Cornei verbis edoctus ſum, Paulum inter ſacræ Romanæ Rotæ Auditores conſediſſe; ſic enim ſcripſit conſ.296. lib.1. *In hac conſultatione de ſola fui ſubſcriptione requiſitus, immo non multis vtar, maximè cum ſerioſè diſcuſſa ſit per præſtantiſſimum I.V.D. Dominum Paulum de Toſcanella tunc Aduocatum Conſiſtorialem, hodie autem Auditorem Rotæ, mihi vti patrem, & dominum:* a quo non diſſentiunt Alphõs.
B Sot. in glo. ad reg. Innoc. VIII. pag.17. ſcribens, *Dominus Paulus Tuſcanella nunc Auditor, & tunc Aduocatus Conſiſtorialis:* & Caecialup.in tract.de penſion.q.30.ibi; *& hac fundamenta fecit quondam bon. mem. D. Paulus de Tuſchanella prius Aduocatus Conſiſtorialis, deinde Auditor ſacri Palatij.*

IOANNES BAPTISTA DE BRENDIS Romanus. In Collegij Conſtitutionibus præter nomen, & cognomen, nil vltra habetur. Paulo II. regnante, Statuta Vrbis reformauit, vt indicaui in Andrea de S. Cruce. Inter conſilia Mariani Socini ſenioris conſ.150. repeti de quodam ipſius conſilio mentionem fieri, ibique Romanus deſcribitur, *Baptiſta de Brendis de Roma*; & iterum conſ.31. nu.4. lib.4. A
C Corneo conſ.278. lib.1. nuncupatur *famoſiſſimus Doctor, pater, & dominus meus*: conſ.294. *elegantèr, & plenè diſcuſſa eſt præſens conſultatio per præſtantiſſimum I.V.D. Dominum Baptiſtam de Brendis Romanum mihi patrem, ac dominum honorandum*: idem Corneus de ipſo Brendo Aduocato Conſiſtoriali mentionem fecit lib.1.conſ.322.lib.2.conſ.102. & lib.3.conſ.287.

VIVIANVS DE VIVIANIS . . . . Edoceor a Ludouico Gomeſio, qui in reg. Cancellar. de annal. poſſeſſor. pag. mihi 248. ſcriptum reliquit. *Tenuit in ſpecie quidam celebris Doctor antiquus Vinianus de Vinianis Aduocatus Conſiſtorialis in quodam ſuo conſilio reddito in cauſa Miſſinenſis Parochialis.*

D

PAVLVS PONTANVS Romanus. Et ipſe deſcribitur in Conſtitutionibus Collegij. De eodem ſcripſit Blondus Flauius in Italia illuſtrata de Prouincia Vmbriæ, ſeu Ducatu Spoletano. *Pontani verò* (ait) *licèt a Cereto originem ducant, aliquot viros per ætatem noſtrã doctiſſimos habuerunt, inter quos Ludouicus Iureconſultorum conſultiſſimus fuit: & ex eadem cognatione, ac profeſſione Paulus Romæ Cõſiſtorialis Aduocatus celeber habetur.* Nuncupatur a Gomeſ. in reg. de non toll.iure quæſ. q.13. *Paulus Pontanus olim inter Aduocatos ſui temporis excellens.*

E SERAPHINVS . . . . . . De Sutrio, Vrbe antiquiſſima in Patrimonij Prouincia. Memoratur in Collegij Conſtitutionibus, tacito cognomento.

AVGVSTINVS BONFRANCISCVS Ariminenſis. A Thoma Diplobatacio didici, Auguſtinum Conſiſtoriali Aduocatione decoratum vixiſſe, dum in vita Angeli Gambilionis Aretini ſcripſit, *cui fecit additiones Auguſtinus Bonfranciſcus Ariminenſis Aduocatus Conſiſtorialis:* loquitur autem de additionibus, quibus Bonfranciſcus locupletauit Tractatum de maleficijs eiuſdem Aretini.

Digitized by Google

IOANNES BERTACHINVS Firmanus. Iuris vtriuſque Doctor præ- A
ſtantiſſimus, ac nemini ignotus, Ioannem Fridericum Capiliſtium
Iuriſprudentem celeberrimum Præceptorem coluit. Edidit *Reperto-
rium legale*, quinque in partes diſtributum; vberrimum ſanè, & vti-
liſſimum opus, a Ioanne Thierry Lingonenſe, & ab Aemilio Maria
Manoleſſo additionibus cumulatum. Tractatus *De Epiſcopis*. *De ga-
bellis, tributis, & vectigalibus*. Poeſi quoque delectabatur, vt Carmi-
na indicant, quibus (Tollentini degens, ibique Præturam gerens)
Seruatoris noſtri Natalitia celebrauit, in Repertorio inſerta, in verbo Chriſti natales.
Floruit circa annum 1450. Laudatur a Cotta in memoral. *Ioannes Bertachinus Firmanus
Aduocatus Conſiſtorialis, qui ob copiam authoritatum laudem ſibi comparauit*. Ab anonymo
nuncupatur *Iurium Doctor conſumatiſſimus*: a Iaſ. in l. maximum vitium, C. de liber. præ- B
ter. *& refert Io.Ber. Aduocatus Conſiſtorialis in ſuo repertorio &c.* a Iacobo Philippo Bergo-
menſi in ſupplem. chronic. anno 1454. *Gioanni Bertachino da Firmo etiamdio celeberrimo
Dottore in legge, & in quella facultà molto ſtudioſo, per ingegno preſtante in queſti tempi,
ſcriſſe in quella facultà alcuni chiariſſimi Trattati*: a Marco Guazzo in chron. *Nella Città
di Fermo nacque Giouanni Bertachino di grand'ingegno, e nelle Leggi gran Dottore, quale in
queſti tempi viſſe, e ſcriſſe vna molto degna opera in tre volumi diuiſa, intitolata Repertorio
delle Leggi canoniche, e ciuili; e varie, dilettеuoli, & vtili queſtioni ancora ſcriſſe*: & ab An-
gelo Portenario in hiſtor. Patauin. lib.7. cap.5. *Giouan Federico Capodiliſta fu Maeſtro di
Bertachino Leggiſta famoſo*.

MARIANVS SOCINVS Patria Senenſis. Iurium Monarcha celeber- C
rimus, & Interpres acutiſſimus, Socinus ſenior nuncupatus. Bartho-
lomæi Socini pater, de quo infra ſuo loco. Senis, ac alibi publicè
profeſſus eſt. Doctiſſimas euulgauit *in Decretales Repetitiones*: peru-
tiles quoque, quotidianoſque Tractatus, nempe *De citationibus*. *De
iuramento calumniæ*. *De foro competenti*. *De libelli oblatione*. *De litis
conteſtatione*. *Vt lite non conteſtata*. *De mutuis petitionibus*. *De obla-
tionibus*. *De teſtibus*. Tractatum denique *De viſitatione*, ab ipſo pri-
mùm Senis lucubratum, deinde propter peſtèm, Ciuitatem illam vexantem, Scopeti (vt
ille ait) inter ſaxoſos colles, vepres, & arbores, dulciſonaſque filomenas abſolutum,
Ioanni de Agazaria de Senis Epiſcopo Groſſeti dicatum: conſcripſit quoque *Conſilia*; &
opuſculũ *De fortibus*. Alia quoque elaboraſſe conſtat ex præfatione Ioannis Ronchegalli
in tit. Pandectarũ de duobus reis conſtituendis, vbi ad rem. *De qua re ad Marianum nepotẽ* D
*meas literas Bononiam dedi, qui mihi reſpondit, nulla Aui monumenta, præter ea, quæ euulga-
ta ſunt, vnquam ſe vidiſſe, tamen a Bartholomæo Patruo eius ferè illacbrymante intellexiſſe, illũ
non ſolùm Decretalium libros omnes, ſed & pleraſque leges interpretatũ eſſe, indicemque ampliſſi-
mum, quo iuris noſtri deciſiones complectebatur, perſcripſiſſe: hæc omnia Romæ Patruo furtim ſu-
blata affirmauit*. Appellatur Marianus ab anonymo *Doctor in vtroque iure clariſſimus, Aduo-
catuſque Conſiſtorialis non immeritò*: alibi. *Illuſtris, ac noſtra tempeſtatis Iuriſconſultorũ prin-
ceps*: alibi; *Clariſſimus I. V. Monarcha*: alibi; *Excellentiſſimus. I. V. Monarcha, atque in toto
Orbe notiſſimus*. A Volaterrano in comm.lib.21. *Iuriſperitiſſimus*. Ab Alex.conſ.4.n.10.lib.1.
Iureconſultus celeberrimus. A Forſtero in hiſtor.iur.ciuil. *Vir ſummæ eruditionis*. A Felino in
proœm.Gregor.col.8. *Doctor immortalis*. Ab Andrea de Bartholomæo de Sicilia (vulgò
Barbatia) in ſubſcript. ad conſ. Ottonis Lappi Nicolini, *Celeberrimus Doctor D. Marianus* E
Senenſis, quẽ habeo in reuerentia paterna. A Chaſſen.conſ.53.n.2. *D. Socinus ſubtilitatũ pater*.
A Petro Laurentio de Lutis in ſubſcript. ad conſ.69. ipſius Socini, *Famoſiſſimus Conſultor*. ad
conſ.98. *Doctiſſimus, atque præclariſſimus Doctor*. Præconijs vlterius extollitur a Mantua de
viris illuſtribus, dũ ſcribit. *Qualis, quantuſq; fuerit Marianus Socinus, Conſilia, atque in Decre-
tales Cõmentar. nec non Tract. de oblat. & de viſitat. teſtãtur, itaut planè ſuperuacaneũ ſit, aliud
de illius egregijs virtutibus, doctrina, eruditione, & moribus in præſentiarũ ſcribere, & ſi quid
amplius dicendũ eſt, id ſolũ a me dictũ ſit, Patriã illã Senarũ nobiliſſimã, & antiquiſſimã gloria-
ri poſſe, tam magnos, & diuinos propemodum iuris theſauros peperiſſe*. A Caccialup. in tract. de
ludo.

Digitized by Google

ludo. Et cum cæpiſſem ordire telam, reperi, quòd excellentiſſ. Doctor, & mihi Pater honorãdus
A D. Marianus Socinus dictam materiam ordinatiſſimè ſuo more ſolito tractauerat in c. inter di-
lectos, de exceſſ. Prælat. unde poſt terga nobiliſſimi meſſoris præfati ſpicas colligens, rem ipſam
aggredior. A Iacobo Philippo Bergomenſi in ſupplem. chronic. anno 1454. Mariano
Sozzino Seneſe Dottore in ragione canonica, e ciuile, huomo d'humaniſſimo ingegno, e di mol-
te lettere ornatiſſimo in queſto tempo fù in grandiſſima fama, alla quale niente li mancò, eccetto
la formoſità del corpo. Era vn'huometto, ma ſopra tutti eloquente poeta era, hiſtorico come Li-
uio, e filoſofo come Platone, geometra come Boetio, e muſico come Pitagora, in modo ch'ogni in-
ſtrumento ſonaua: la agricoltura come Catone, Paladio, e Columella ſapeua. Et in modo oltra
la formoſità del corpo era di tutte le dote de la natura dotato, che niente al medeſimo in neſſuna
coſa mancare pareſſe. Perche credemo, che Statio Poeta di queſto profetaſſe, quando diſſe, Ma-
gna in exiguo regnabat corpore virtus. Queſto conciofiacoſache in Siena, & in altro loco egre-
B giamente le legge haueſſe inſegnate, finalmente alla lettione renunciando, accioche à ſe in prima
viueſſe, & alli ſucceſſori lo nome laſciaſſe, compoſe ſopra le Decretale commentari egregi, & com-
poſe altri quattordici trattati, & ſcriſſe vna operetta delle ſorte, che è molto pregiata, la quale
al Cardinale Niceno intitulò, & mandò, & compoſe altre coſe &c. A Marco Guazzo in chron.
Di molte littere molto ornato, d'ingegno humano, gran Dottore in ragione canonica, e ciuile fu
in queſti tempi Mariano Sozzino Seneſe, qual fu in grandiſſima fama. Era huomo di corpo
piccolo, e d'ogni virtù dotato. Leſſe in Siena, & in altri luochi publicamente con grand'hono-
re. Scriſſe ſopra i Decretali degni Commenti, & altri quattordici Trattati. Scriſſe vn' operet-
tà delle ſorti molto ſtimata, e molte altre coſe degne ſcriſſe. Oltra le lettere fu huomo tale, che
le coſe della Republica di Siena, e le coſe domeſtiche ottimamente reggeua. Fu molto amato da
Enea Siluio de' Piccolhuomini, che fu poi Papa Pio di tal nome Secondo, quale hauendo ſcritto vn
C libro di dui amanti Paris, e Vienna, l'indrizzò à coſtui. A Leandro Alberto in deſcript. Ital.
in Hetruria mediterranea de Senarum Ciuitate loquente. Mariano Socino huomo di molte
generationi di ſcienza ornato, cioè di geometria, muſica, poeſia, oratoria, filoſofia, hiſtoria, e
delle leggi, e dell'agricoltura. A tant'huomo gli fù auara la gran maeſtra Natura à non con-
cederli l'ornato del corpo, hauendo riposto vn tanto eccellente ingegno in vn tanto mal forma-
to corpicello. Hæc exarauceram, quando non ſine animi alacritate incidi in Epiſtolas diù
a me deſideratas Aneæ Siluij viri eruditiſſimi, deinde ad ſupremam ſacri Apoſtolatus Se-
dem euecti nomine Pij Secundi. Epiſtolam centeſimam duodecimam perlegi, in qua
Mariani noſtri eximias animi dotes eleganti ſtilo, moreque ſuo Author deſcribit: tanti
laudatoris verba referendo (cum rara ſit copia Codicum huiuſmodi) in Mariani laudibus
non vltrò progrediar. Magnifico, ac generoſo Militi Domino Gaſpari Schliclr Domino noui
D Caſtri, Cæſareo Cancellario, ac Terrarum Egræ, Cubitique, Capitaneo, Domino ſuo præcipuo
Aeneas Siluius Poeta, Imperialiſque Secretarius ſalutem plurimam dicit. Sozinus Senenſis Cõ-
terraneus meus, vir tum mitis ingenij, tum literarum multarum, cuius adhuc ſimilem viſurus
ne ſim, hæreo, duos Amantes vt ſibi deſcriberem, rogatum me his diebus effecit, nec referre dixi,
(dixit) rem veram agerem, an more poetico fingerem. Scis, quia vir ſcict. Mirabere, ſi tibi
hominem expendam. Nihil ei præter formam natura inuidit: homuntio eſt: naſci ex mea fa-
milia debuit, cui paruorum hominum eſt cognomen. Vir eſt eloquens, Iuris vtriuſque Conſul-
tus. Hiſtorias omnes nouit. Poetice peritus eſt, carmen facit & latinum, & tuſcum. Philo-
ſophiæ tam ſcius, quàm Plato. Geometer quaſi Boetius. In numeris Macrobio ſimilis. Nullũ
inſtrumentum ignorat muſicum. Agriculturam quaſi Virgilius nouit. Nihil ciuile ignotum
viro. Dum iuueniles adhuc ſtabant in corpore vires, alter Satelles erat luctandi magiſter; non
E curſu, non ſaltu, non ceſtu poterat ſuperari. Precioſiora ſunt interdum parui corporis vaſcula,
vt gemmæ, lapillique teſtantur. Quaſi alter Apelles ſic pingit. Nihil emendatius eſt, nihil
lucidius, quàm ſua manu ſcripti Codices. Sculpit vt Praxiteles. Nec medicinæ ignarus eſt.
Adde virtutes morales, quæ alios regunt, ducuntque. Hic perliberalis eſt; plena illi ſemper
domus eſt honeſtis hoſpitibus. Nulli aduerſus eſt. Populos tuetur, egros ſolatur, pauperibus
ſubuenit, viduas iuuat, nulli ingenti (indigenti) deeſt. Vultus eius quaſi Socraticus, ſemper
eſt idem. In aduerſis fortem animũ præbet. Nulla fortuna inflatur. Verſutias, non vt exer-
ceat, ſed vt caueat, quaslibet nouit. Ciuibus dilectus eſt, peregrinis amatus. Nulli odioſus
eſt, nulli grauis. At homo tantarum virtutum cur nunc rem leuiuſculam exigit, neſcio; hoc

ſcio, nihil me illi negare fas eſt: cum namque dum Senis eſſem, unicè dilexi, nec diminutus
eſt amor, quàmuis ſeparatus ſit. Is quoque dum eſſet cæteris naturæ dotibus præditus, cum hoc A
maxime bono pollebat, ut nullum erga ſe ſterilem eſſe amorem ſineret. Huius ergo roga-
tus non cenſui reſpuendos, ſcripſique duorum Amantium caſus, nec finxi. Denique non
omittenda, quæ de ſuo Conciue Vgurgerius ad poſteros demandauit in ſuo opere de
Senenſibus illuſtribus titul. 16. pag. 429. *Mariano figlio di Sozzino Sozzini, e d'Eu-*
fraſia Ducci nobili Saneſi, chiamato da' Dottori Mariano il vecchio, fù un'arca di ſcienze; per-
che fù verſatiſſimo nella Geometria, Muſica, Poeſia, Oratoria, Filoſofia, Rettorica, Agricoltu-
ra, Politica, Economica, e Leggi tanto ciuili, quanto canoniche; mà à tant'huomo fù auara la grã
Maeſtra Natura non concedergli gli ornamenti del corpo, hauendo ripoſto un tanto eccellente
ingegno in un tanto mal formato corpicello. Diremo di queſt'huomo ſolamẽte una parte di ciò, che
ſi legge nel libro de' morti di S. Domenico, cioè che i ſuoi Conſigli erano ſtimati, come ſe foſſero pro-
ceduti dalla bocca di Dio, nè mai furono da alcuno retrattati, o reprouati. Leſſe lungo tempo B
nelle publiche Scuole. Fù gran protettore di poueri, vedoue, e pupilli, per i quali il più delle
volte auuocaua ſenza premio. Finalmente aſſalito da grauiſſima infermità, paſsò all'altra vi-
ta l'anno 1467. l'ultimo giorno di Settembre, la cui morte fù così graue à ſuoi Concittadini, che
alla ſua ſepoltura concorſe innumerabil popolo. Agoſtino Dati Oratore illuſtre gli fece l'orazione
funerale. Scriſſe diuerſi Trattati copioſi, ed eleganti, cioè. Dottiſſime Repetizioni di molti Ca-
pitoli ridotte in un volume. Ancora ſcriſſe ſopra tutto il Corpo della legge canonica, come ne fa
fede Ioſia Simlero nell'epitome della Biblioteca del Geſnero. Di più molti Conſigli inſeriti nel
primo volume de' Conſigli di Bartolomeo ſuo figlio, e Commentary ſopra alcuni Titoli de Decre-
tali, con l'addizioni del figlio ſtampate in foglio in Franchforte 1583. In oltre ſono citate di ſuo
Fallentiæ. Repertorium nouum. Conſiliorum volumina quatuor. In 2. Infortiat. de legat. l.
ſciendum, ſup. 1. ff. vet. lectur. ſuper Decret. de iuram. calumn. de libel. oblat. de mutuis petit. de C
litis conteſtat. &c.

E Socinorum Genere prodiere Bartholomæus, & Marianus iunior, ſacri Conſiſtorij
Aduocati, de quibus infra. Nicolaus, circa annum 1400. in Senenſi Vniuerſitate Iurium
Profeſſor clari nominis. Alexander, Mariani filius, qui anno 1541. Maceratæ fato fun-
ctus fuit, Cæſarei Iuris publicus Profeſſor; edidit *Repetitiones in 1. & 2. ff. nou. Conſilia.*
Celſus, Alexandri germanus frater, in Senenſi, & Bononienſi Athenæis & ipſe Profeſſor,
a ſuis maioribus non degener. Alexander, qui ſcripſit *Della cacciata famoſiſſima de gli*
Spagnoli, a Ciuitate Senenſi.

SERAPHINVS . . . . . . Vrbinatenſis. Hæc tantùm exhibeo, quæ ex
Blondo Flauio de Italia illuſtrata in Marchia Anconitana excerpſi. *Habet verò* D
nunc ipſa Ciuitas (Vrbini) *Seraphinum iuris, & bonarum artium doctrina ornatiſſi-*
mum Conſiſtorialem in Romana Curia Aduocatum.

PETRVS LAVRENTIVS DE LVTIS Senenſis. Vixit contempo-
raneus ſui Conciuis Mariani Socini ſenioris. Sic ſe ſubſcripſit con-
ſilijs eiuſdem Socini 69. 86. & 88. *Ego Petrus Laurentius de Lutis Se-*
nenſis I. V. D. & ſacri Conſiſtorij Aduocatus. Vgurgerius de Viris illu-
ſtribus Senenſibus tit. 16. pag. 440. hæc ſubdit. *Pier Lorenzo Luti no-*
bil Saneſe profeſſò Leggi alcun tempo nello Studio di Siena con grand'ap-
plauſo. Ma bramoſo di gloria ſe n'andò à Roma, oue ſi dimoſtrò sì emi-
nente Legiſta, che anch'egli fu fatto Auuocato Conciſtoriale. Fù contem- E
poraneo di Mariano Sozzini il vecchio, e di eſſo ſi veggono molti Cõſigli miſchiati con quelli de'
medeſimi Sozzini, e ſpecialmente nel primo volume. Viuea circa l'anno 1550. Typographi
forſan incuria error in ſæculo.

Floruit Matthæus de Lutis Patricius Senenſis Epiſcopus Calcedonenſis, deinde Senen-
ſis Antiſtitis Suffraganeus, qui Senis anno 1443. (alij 1413.) mortalia deſeruit. Bernar-
dus de Lutis Senenſis, a Io. XXII. Pennenſis Antiſtes renunciatus. Franciſcus Ioannis
de Lutis Senenſis, vir magni conſilij, qui præter cætera munia, anno 1460. Romæ Senato-
ratum geſſit. Laurentius, noſtri Aduocati nepos, Poeta venuſtiſſimus.

ZENO-

XLV.

ZENOBIVS DE GVASCONIBVS Florentinus. Coætaneus Mariani Socini
A ſenioris, ipſius, aliorumque clariſſimorum ſui temporis Iuriſconſultorum opinioni ſubſcripſit: liquet ex conſ. eiuſdem Soc. 152. *Ego Zenobius de Guaſconibus Ciuis Florentinus minimus I. V. D. ſacrique Conſiſtorij Apoſtolici Aduocatus*; prout etiam conſ. 109. vol. 5. In bibliotheca clariſſimi viri Nicolai de Gaddis epiſtola ſolida doctrina referta aſſeruatur a Dietiſaluio Neronio erudito viro Florentino ad *Magnificum Zenobium de Guaſconibus* ſcripta.

E Familia Guaſcona prodiere Bernardus Florentinus, ex Epiſcopo Concordienſi anno 1370. Epiſcopus Ceruienſis dictus. Leonardus vir integer, qui Leonis Decimi iuſſu pro canonizatione, quam dicunt, Beati Antonini Archiepiſcopi Florentini probationes recepit. Blaſius, Ioachinus, & Vincentius Florentini, viri in Republica eximij, de quibus mentio in elogijs Gaddij.
B

GARSIAS . . . . De Hiſpania. Ipſiuſmet ſubſcriptione vol. 5. conſ. Marian. Socin. ſen. conſ. 110. in hæc verba impreſſa, ſacri Conſiſtorij Aduocatione perfunctum fuiſſe edoceor. *Et ego Garſias de Hiſpania minimus Vtriuſque Iuris Doctor, Aduocatus Conſiſtorialis ſequendo eorum ſententiam tanquam magis æquam &c. ideo dico & conſulo &c.*

IOANNES GOZADINVS . . . . Ludouici Gomeſij aſſertione in compendio vtriuſque Signaturæ pag. 495. verſ. tamen
C hoc, Gozadinum inter Conſiſtoriales Aduocatos adſcriptum tibi indico: hæc ipſius verba. *Adeo quòd dicunt Io. de Anania, & Ioannes Gozadinus olim celeberrimus Conſiſtorialis Aduocatus in tract. de Iubilao, propter maximū concurſum hominum Nicolaum Quintum* (anno 1450.) *coactum fuiſſe illos quindecim dies peregrinis pro Iubilao conceſſos ad quinque, poſtea ad tres, deinde ad duos reſtringere*. Inter Petri Bembi epiſtolas legitur epiſtola ad Ioannem Gozadinum Summi Pontificis a libellis dandis anno 1506. conſcripta lib. 4. pag. 157. Ex indubio documento mihi conſtat, anno 1510. vixiſſe Ioannem Gozadinum Apoſtolicæ Cameræ Clericum. Apud Creſcentium de nobilit. Ital. par. 1. pag. 760. de Præſule Ioanne Gozadino Bononienſi, Placentinæ Ciuitatis anno 1513. Gubernatore habetur mentio. Demum idem Creſcent. pag. 458. aſſe-
D rit, Ioannem Gozadinum Bernardini filium in extrema vitæ periodo conſtitutum anno 1517. ſacra Purpura inſignitum fuiſſe; & quàmuis prius hæſitauerim, an recenſitæ Dignitates ad noſtrum Ioannem referri valeant, demum in Alidoſij opus de Juriſconſultis Bononienſibus incidi, cuius verbis in eam forſan opinionem adducor, de altero Ioanne intelligendas: Cogitandum tamen.

E vetuſta Gozadinorum ſtirpe prodierunt Bitiſſa Bononienſis, tantæ virtutis fœmina, vt *formoſum monſtrum* fuerit appellata: hæc (teſte Creſcentio de nobilit. Ital. par. 2. pag. 455. ac Tomaſin. in elog. lib. 2. pag. 353.) anno ætatis ſuæ vigeſimo ſeptimo Doctoralem lauream recepit, in proprijs ædibus Academiam inſtituit; viros eximios Magiſtra edocuit; pluries, ac pluries in publicis congreſſibus diſſeruit; in Bononienſi Vniuerſitate quamplurimis annis iura profeſſa fuit; non ſemel perorauit; ſcripſit *Commentaria in Inſtitutio-*
E *nes, ac Digeſta*; tandem anno 1261. fato ceſſit: Eques Caſſianus a Puteo Ordinis S. Stephani Commendator, vir nedum ſanguinis nobilitate, ſed omnimoda eruditione clariſſimus in ſuo percelebri Muſæo Bitiſſæ Gozadinæ ſeruat effigiem. Angelus Michael Gozadinus Epiſcopus Caſtrenſis, anno 1383. rebus humanis exemptus. Delphinus Gozadinus primùm Pennenſis, & Hadrianenſis, deinde anno 1433. Foroſempronienſis Antiſtes. Angelus Gozadinus Archiepiſcopus Nazianzenus, annoque 1621. Hortæ, ac Ciuitatis Caſtellanæ Epiſcopus renunciatus. Floruit Iuriſprofeſſor celebris Ludouicus Gozadinus Bononienſis circa annum 1530. qui nedum in Patriæ Vniuerſitate magna ſui nominis fama publicè docuit, ſed in *Repetitionibus, & Conſilijs* qualis, quantuſque

fuerit,

Digitized by Google

fuerit, patefecit. Noſtro Romana in Aula emicuit æuo Marcus Antonius Gozadinus
Bononienſis, Gregorij XV. affinis, ab eodem Pontifice ſacro rubenti inſignitus paluda- A
mento, Tiburtinoque Epiſcopatu auctus, deinceps ab Vrbano VIII. ad Fauentinam Se-
dem translatus.

VALESIVS . . . . : . . . In eodem vol.5. conſilior. Matian. Soc.
binæ leguntur ipſius ſubſcriptiones, nempe conſ.88. & 89. *Ego Valeſius I. V. D.
& Adnocatus Conſiſtorialis me ſubſcripſi, & ſigillari mandaui.*

ANTONIVS DE GRATIANIS . . . . Indica-
tur a Ludou. Gomeſ.in reg. Cancellar. de trien. poſſeſſor. pag. mihi
336. *Et ita not. Antonius de Gratianis antiquus Aduocatus Conſiſtorialis* B
in quodam ſuo Indice.

Floruerunt Franciſcus Gratianus Peruſinus, anno 1338. ſuæ Pa-
triæ dictus Epiſcopus. Galeottus de Gratianis Burgenſis, anno 1520.
primus Burgi S.Sepulchri Epiſcopus a Leone X. promulgatus. An-
tonius Maria Gratianus Burgenſis, qui anno 1611. fato functus fuit
Amerino Epiſcopatu inſignitus; quiq; *Hiſtoriam de Regno Cypri. Vitam Cardinalis Com-
mendoni. Epiſtolas* conſcripſerat. Hieronymus, Hiſpanus, cuius lucubrationes. *Expoſitio
Salutationis Angelicæ. Meditationes de Virgine Maria, & eius Roſeto. Roſetum triginta Pa-
ter noſter, & totidem Aue Maria. Corona Virginis Mariæ. Vtilitates globulorum Roſeti Beatæ
Virginis. Deuotio de ſeptem verbis Virginis Mariæ. Deuotio de ſeptem Feſtiuitatibus eius fe-
liciſſimi Tranſitus pro felici acquirenda morte. Meditatio de Nomine Mariæ. De tribus Aue* C
*Maria, pro acquirenda Caſtitate. Regula Virginis Mariæ, perfectionis Magiſtra. De duo-
decim modis recitandi Virginis Mariæ Roſetum.* Iulius, Taruiſinus, qui edidit carmine
heroico *Vitam Beatæ Virginis Mariæ.* Franciſcus Gratianus de Garzatoribus Vicentinus,
qui *Inſtitutionum Iuris ciuilis enucleatum ius* edidit. Ioſeph Gratianus Aueanenſis, qui ſcri-
pſit *De laudibus militaribus Dominici Cardinalis Capranicenſis.* Hieronymus Gratianus
de Pergula in Vrbinatenſi Ditione, Poeta elegantiſſimus, qui inter cætera euulgauit *Le
Rime. La Cleopatra. L'Ateſtio, Poema Eroico. America, Poema.* Lælius Gratianus Ana-
grammatum ingenioſus, celebriſque author. Stephanus Gratianus Romanus Aduoca-
tus in Vrbe integer, cuius famam *Deciſiones Rotæ Prouinciæ Marchiæ; & Diſceptationes fo-
renſium iudiciorum* quinque voluminibus impreſſæ perennabunt.

D

BARTHOLOMÆVS CAEPOLLA Verona oriundus. Illuſtris, ac in-
ſignitèr doctus Iureconſultus, maximo polluit ingenio. Præcepto-
rem habuit Franciſcum Capiliſtium Patauinum, vt aſſerit idem Cæ-
pol. de ædilit. edict. n.19. pag. mihi 71. In florentiſſima Patauina Aca-
demia ab anno 1446. ſui Doctoratus ſecundo, Iura profiteri cœpit,
ibiq; plurium annorum curſu fama celebris vtrumque ius docuit: hoc
ipſe comprobat in commentar. de ędilit. edict. pag. 52. & 67. in pro-
œm. ad tract. de ſeruitut. vrbanor. prædior. in præfat. ad tract. de in-
terpret. legis extenſiu. & num.72. & conſ. ciuil. 9. Grauatius autem in vita Alexandri Tar-
tagni Imolenſis aſſerit, inter hunc, & Cæpollam in Patauino Gymnaſio Concurrentes E
non obſcuram exagitatam fuiſſe præcedentiæ contentionem. A Veneta Republica tranſ-
miſſus fuit Orator ad Imperatorem in Dieta Ratiſponenſi contra Turcas inſtituta, vnà
cum Paulo Mauroceno Patritio Veneto; ipſo Cæpol. atteſtante in tract. de vſucap. pro
derelict. nu. 8. Quamplura Bartholomæus conſcripſit, quæ autem in bibliothecis legā-
tur, hæc ſunt illius ingenij monumenta. *De cognitione librorum iuris Canonici. De Im-
peratore militum deligendo. De ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. De ſeruitutibus ruſtico-
rum prædiorum. De vſucapione pro emptore, pro donato, pro dote, pro ſuo, pro ſoluto, pro le-
gato, pro derelicto. De contractibus emptionum, & locationum cum pacto de retrouendendo*

ſimu-

Digitized by Google

A *ſimulatis*. *Repetit. in l. ſi fugitiui, cum Auth. ſed nouo iure*, C. *de ſeru. fugit. Comment. in*
tit. ff. de ædilit. edict. Cautelarum Tractatum. De interpretatione legis extenſiua. De verbo-
rum ſignificatione. Conſilia ciuilia. Conſilia criminalia, cum additionibus Lucæ Panetij.
Scripſit quoque, vt ipſe aſſerit in tract. de ædilit. edict. pag. 115. libellum *De vita, & modo*
viuendi in Studio. Se Aduocatum Conſiſtorialem ſubſcribit in tract. de ſimulat. contract.
num. 5. conſ. ciuil. 19. 26. 59. 61. 64. & 65. inter conſ. crim. diuerſor. in paruis conſ. 75. lib. 1.
& inter conſ. Crot. conſ. 413. lib. 3. Anno 1477. fato exceſſit. Sic laudatur a Mantua de vi-
ris illuſtribus. *Iuriſconſultus maximus, Eques, ex Aduocatos Conſiſtorialis optimè meritus.*
Floruit ſecundùm aliquos anno 1458. *Hic docuit ſemper, multaque etiam ſcripſit, & edita,*
quantum poſteritati profuerit, demonſtrant: alia propemodum innumera ſcripſit, quæ non ha-
bentur. A Iacobo Rainpazzetto in dedicator. conſ. ciuil. eiuſdem. *In lucem edo eruditiſſi-*
ma Reſponſa Bartholomæi Capollæ, viri planè eximij, & Doctoris vbique celeberrimi. A Ba-
B ptiſta a S. Blaſio Patauino tom. 2. conſ. vltimar. voluntat. conſ. 36. *Famoſus Doctor Bartho-*
lomæus Capolla. Ab Alex. Tartagna conſ. 70. lib. 1. *Celeberrimus I. V. D. Dominus Bartho-*
lomæus Capolla mihi frater honorandus. A Leandro Alberto in deſcript. Ital. *Bartolomeo*
Cipolla, celeberrimo Dottore di Leggi, come chiaramente conoſcere ſi può dalle opere da lui la-
ſciate, e maſſimamente dalle Cautele, così nominate. Da cui è ſcenduto Girolamo dell'Ordine
de i Predicatori giouane di elegante ingegno, qual s'affatica ne gli Studij di Teologia, hauen-
do fatto buon profitto ne gli ſtudij filoſoficali, acciò paia eſſer nato del lignaggio di detto Barto-
lomeo. Ab Authore Chronicæ vniuerſali Orbis terrarum. *Bartolomeo Cipolla nato in Ve-*
rona, in legge Dottor celeberrimo fiorì in queſti medeſimi tempi, e fu nello Studio di Padoua
leggendo, diſputando, & auuocando tenuto acutiſſimo, e compoſe nella ſua facoltà molte opere
vtiliſſime, e da tutti i Dottori mirabilmente ſtimato, morì finalmente nel 1477. Iiſdem verbis
C vſus Bergomenſis in ſupplem. chronic. pag. 310. Demum ab Angelo Portenario in hiſtor.
Patauin. lib. 7. cap. 4. *Bartolomeo Cepolla da Verona Caualliere, Auuocato Conciſtoriale, e Leg-*
giſta celeberrimo leſſe in Padoua trenta anni le leggi Imperiali. In Patauina Eccleſia S. Fran-
ciſci, quæ ſequitur ſepulchralis legitur Inſcriptio.

Martæ Cepollæ Conſorti
Hieronymo Filio
Bartholomæus Cepolla Ver. Iur. V. Doct. F. F.

Vixit Rodobaldus Cipolla anno 1230. ad Papienſem Epiſcopatum euectus.

D

PAVLVS BANDINVS Senenſis. Collegam hunc penitus ignorabam, niſi Vgurgerius indicaſſet in ſæpius memoraro opere, tit. 16. pag. 440. *Paulo di Tura Bandini nobil Saneſe, fratello di Bartolo famoſiſſimo Medico, fù Scrittore Apoſtolico, Cameriere del Papa, ed'Auuocato Conciſtoriale, il che argomenta grand'eminenza di dottrina. Fiorì circa il* 1470. *ed'in S. Franceſco di Siena nella Cappella de'Bandini vi è vn gran ſepolcro con queſta inſcrizzione.*

S. MAGISTRI BARTOLI TVRAE PHYSICI
ET SVI GERMANI D. PAVLI LEGVM DOCTORIS
E CVBICVLARII ET SCRIPTORIS APOSTOLICI
ET SVORVM.
MCCCCLXXVII.

Viuit perennis apud mortales fama Octauiani Bandini Florentini, qui poſt innumera egregiè obita munera, tandem meritis onuſtus, a Clemente Octauo Pontifice optimo Purpuram anno 1596. recepit, de ipſo vbertimè ſcripſit Abbas Ferdinandus Vghellus in additione ad Ciaconium, & in Italia ſacra, non vno tantùm in loco. Franciſci Bandini Senenſis, ex Clerico Cameræ Apoſtolicæ, anno 1529. Archiepiſcopi Senenſis ad-

lecti

lecti, viri vna omnium voce cōmendati, præcipuè ab Vghello in Italia ſacra; & ab Vgur-
gerio tit.4. Germanici Bandini, Franciſci nepotis, Corinthi Archiepiſcopi, Patruique A
in Senenſi Sede Coadiutoris, de quo apud eoſdem Vghellum, & Vgurgerium.

ANGELVS . . . . De Caſtro, Ciuitate (nunc ſolo
æquata) in Patrimonij Prouincia. In Patauino Gymnaſio Iura pro-
feſſus eſt. Floruit anno 1470. ſecundùm Cottam in memoral.tit.de
Iuriſperit. & ſecundùm Mantuam de viris illuſtribus anno 1484. Fuit
Eques, Comes, & Aduocatus Conſiſtorialis, teſte Mantua ibid. &
ipſomet Angelo in ſuis conſilijs, præcipuè vol.2. conſ.crimin. diuerſ.
in folio, conſ.32.36. 37.41. volum.1.conſ. crimin. diuerſ. in paruis,
conſ.70. & 94. *Ego Angelus de Caſtro I.V.D. Miles, & Comes, & Aduo-* B
catus Conſiſtorialis ordinariè legens iura Pontificia in Studio Paduano. Natus ex Paulo de
Caſtro, vt ſcripſerunt Cotta in memoral. d.tit.de iuriſperit.Grauat. in vita Alexandri Tar-
tagni Imolenſis; & idem Angelus inter conſ.vltimar. voluntat. vol.1.conſ.139.inter conſ.
crimin.diuerſ.in paruis, conſ.66.75. & 94. & inter conſ. crimin. Cæpol.conſ.37. *Ego An-
gelus de Caſtro I.V.D. filius q. D. Pauli de Caſtro ordinariè legens Iura canonica in Studio Pa-
duano.* Paulo, inquam, Iureconſulto fama ſuper æthera noto, qui a Mantua *conſuma-
tiſſimus legum vertex, & Iuris aſylum* appellatur, quique ob præclariſſima Commentaria,
atque Conſilia, ob doctrinam ſingularem tritum promeruit prouerbium. *Si non eſſet Bar-
tolus, eſſet Paulus.* A Bartholomęo Cæpolla conſ.crim.70.nuncupatur Angelus noſter *fa-
moſiſſimus Doctor.* A Io.Bapt. Roſello vol.1. conſ.crim. diuerſ. in paruis, conſ.94. *& ita,
vt ſupra dictum, & conſultum eſt per famoſiſſimum I.V.D.Dominum Angelum de Caſtro.* vol.2. C
conſ.crim.diuerſor. in folio, conſ.42. *viſo conſilio famoſiſſimi Doctoris D. Angeli de Caſtro.*
Et ab Angelo Portenario in hiſtor. Patauin. lib.7.cap.5. *Angelo figliuolo di Paolo da Caſtro
celeberrimo Iuriſconſulto nacque, e morì in Padoua, e però è connumerato tra li Cittadini Pa-
douani. Fù imitatore del padre nello ſtudio legale, leſſe in queſta Città con gran fama, fu Ca-
ualliere, & Auuocato Conciſtoriale, e ſcriſſe Conſegli dottiſſimi, fiori intorno al* 1480. Sepul-
chralem Pauli, & Angeli perlegamus Inſcriptionem, quæ in Seruitarum Patauino Tem-
plo iuxta ipſorum cernitur monumentum.

Paulus de Caſtro I. C. diſertiſſimus D
maximæ authoritatis apud omnes habitus;
quod Florentia teſtatur
cuius ius municipale innouauit,
& in ea coniugatus Petræ vxori,
Vicariatus Officium in ſpiritualibus
Romani Pontificis decreto exercuit.
Qui etiam
in Bononienſi, & Patauino Gymnaſio
publicè profitendo floruit,
æternamque ſibi gloriam comparauit. E
relinquens Conſiliorum
& in Iure volumina plurima edita,
quæ intra manus verſantur.
Et ipſius Angelus filius
clarus ingenio
amborum Iurium tenens faſtigia

XL. annos

A XL. annos Patauij Iura docuit.
Nicolaus Canonicus Paduanus,
qui ab his proceſſit
vtramque & ipſe parentum virtutem adeptus
hoc immortalitatis opus illis conſecrauit,
MCCCCXCII.

Alia in eodem Templo humi proſtat, huius tenoris Inſcriptio.

Paulo de Caſtro Auo
B Et Angelo Patri Comiti Pal.
Vtr. Iur. Doctoribus, & in Orbe Monarchis
Nicolaus de Caſtro Vtr. Iur. Doct.
Canonicus Paduanus, Apoſt. Cubicul. & Comes Palat.
fieri fecit M.CCCCLXXXVIII.

IOANNES ALOYSIVS TVSCANVS Mediolanenſis. Conſiſtorialis primùm Aduocatus, deinde Apoſtolicæ Cameræ Auditor euaſit: conſtat ex verbis Gomeſ. in reg. Cancellar. de non tollen. iure quæſit. q.2. fol.mihi 36. ibi. *Vt refert Aloiſius Tuſcanus, vir illa ætate apprimè eruditus, & Aduocatus Conſiſtorialis in vol.1. ſuorum conſiliorum*: in reg. de annal. q.55. nuncupatur *antiquus Doctor Ioan. Aloiſius Tuſcanus Mediolanenſis*: in reg. de triennal. q.13. *Aloiſius Tuſcanus Auditor Cameræ, vir inſignis doctrinæ, qui antea Aduocati Conſiſtorialis officio fungebatur*: in reg. de publican. reſignat. q.9. *Et latiùs hoc probat Ioan. Aloiſius Tuſcanus etiam illorum temporum Aduocatus, & poſtea Auditor Cameræ in quodam conſ. ſuo in cauſa Trecoren. poſito in 1. lib. ſuorum conſilior. fol. 96.* & alibi pluriès apud eundem Gomeſ. Comprobatur ex verbis Pauli Morigiæ de Mediolanen. nobilit. pag. 153. *Tra gli virtuoſi, & huomini dotti, che furono della Famiglia de' Toſcani, nobili Milaneſi, ci voglio porre vno per nome Matteo, il quale eſſendo famoſo Dottore Legiſta, acquiſtoſſi fama d'immortalità.* D *Eſſendo la ſua dottrina, & il ſuo molto valore beniſſimo conoſciute da Papa Siſto Quarto, però lo creò Caualiero aureato, e Senator di Roma; fu anco Gouernatore di Perugia, di Bologna, e di Fiorenza, ne quai Officij egli ſi diportò con tanto rara prudenza, che acquiſtò vna corona di gloria. Per lo che i Romani in memoria della ſua chiara fama fecero porre nella gran Sala del Campidoglio in marmo l'infraſcritto Epigramma, che ſino al dì d'hoggi ſi legge, cioè.*

Ille ego præclari tuleram qui ſceptra Senatus,
Rex Siculis Carolus iura dedi populis,
Obrutus heu iacui ſaxis, fumoque, dederunt
Hunc tua conſpicuum tempora Sixte locum;
Hac me Matthæus poſuit Tuſcanus in Aula,
E *Et Patriæ, & Gentis gloria magna ſuæ;*
Is dedit & populo poſt me bona iura Senator
Inſignis titulis, dotibus atque animi.
Anno Domini MCCCCLXXXI. III. Septembris.

E nella Chieſa d'Araceli in Roma ſi vede vna laſtra grande di marmo, nella quale è ſcolpita l'arma de' Toſcani, e quella di Pietraſanti, con le ſeguenti lettere, cioè.

L.

Mattheus Tuſcanus Mediolanenſis
Doc. Com. Equeſq. Almæ Vrbis Senator
ſacri coniugij memor A
Bartholomeæ de Petraſancta V. fil. Paren.
Vxori benemerenti Sepulchrum poſuit.
Vix. Ann. XXXI. Obijt die xj. Ian. MCCCCLXXXI.

Hor dirò, come queſto hebbe vn fratello nominato Gio. Luigi, il quale parimente fù vn' Archiuo di ſapienza, e di memoria miracoloſo, e d'ingegno viuaciſſimo, il che per lo molto ſuo valore nella ſua nouellina età fù eletto dal Papa Auuocato Conſiſtoriale, con ſtupore di tutta Roma. Onde in lode di lui furono ſtampate molte medaglie di bronzo con la ſua effigie, e dal riuerſo, in B *alcune ſi veggono lettere, che dicono, Preuenit ætatem ingenium præcox; l'altre hanno il motto, Incertum, Iuriſconſultus, Orator, an Poeta præſtantior.* At prælo iam committebatur hæc ſcriptio, quando vir quidam, qui non minus ætate, quàm vetuſtarum rerum peritia ſeneſcit, æneum ad me numiſma detulit (ab indicatis diuerſum) in cuius priori facie Tuſcani effigies, laureato capite, cernitur, in altera Palladis ſimulachrum: vtque hilari frõte hoc diutinum celebris Collegæ documentum recepi, ità delineamento ad poſteros demandandum cenſui.



C

Prænobilis hæc Familia vltra mox recenſitos, Orbi dedit Laurentium Epiſcopum Lodeuenſem in Gallia, Clementi Papæ VII. chariſſimum.

D

BARTHOLOMAEVS SOCINVS Senenſis. Ortus ex Mariano Socino, de quo ſupra verba fecimus. Præceptores audiuit Alexandrũ Tartagnum Imolenſem Iureconſultum celeberrimum, ac (vt ipſe teſtatur conſ. 150. & in l. falſa demonſtratio, §. 1. in fin. ff. de condit. & demonſtrat.) Thomam Dotium Senenſem, & Ioannem Baptiſtam de S. Seuerino. Magna ſui nominis celebritate Iura profeſſus eſt. Anno 1471. Senis publicè docebat, vt habetur in ipſius commentar. ad l. falcid. in princ. & in conſ. impreſſo volum. 2. commentar. in fin. Anno 1474. & 1494. Piſis profitebatur, vt ex commentar. in C. in fin. & in repet. l. ſi quis arbitratu, ff. de verbor. oblig. Anno 1500. Patauij legebat, prout in commentar. ff. tit. de re iudic. in princ. Circa annum 1507. naturæ debitum ſoluit. Scripſerat *Commentaria in Digeſtum vetus, Infortiatum, Digeſtum nouum, & Codicem*, quæ cum additionibus E Vincentij Godemini Piſtorienſis circumferuntur. *Regulas iuris, & earum fallentias*, cum additionibus Benedicti Vadi Foroſempronienſis. *Conſilia*, quæ leguntur impreſſa inter conſ. Mariani Socini genitoris, in quibus vti Aduocatus Conſiſtorialis ſubſcribitur; inter conſ. feudal. Brun. conſ. 6. & 10. inter conſ. Grat. tom. 2. conſ. 99. inter conſ. Corn. tom. 3. conſ. 298. & inter conſ. Curt. ſen. *Additiones quamplurimas ad Repetitiones, ac Tractatus ipſius Mariani.* Præconia non ſuperaddam præconijs, ſed aliena recenſebo, quibus Bartholomæus extollitur. Raphael Volateranus in commentar. lib. 21. ſic ſcriptum reliquit.

Viuit

LI.

A *Viuit hodie Bartholomæus Sozinus Senenſis, ingentique ſalario Paduæ profitetur, Mariani Iu-*
ris etiam peritiſſimi filius, qui æquam fortaſſe ſuperioribus famam apud poſteros conſequetur.
Mantua de viris illuſtribus. *Bartholomæus Socinus Senenſis Iuriſ.conſultorum facilè princeps*
(aliorum pace dixerim) floruit anno 1498. *legitque etiam Aduocatus Conſiſtorialis exiſtens,*
in Patria, Piſis, hic (Pataui) *& Bononia: ſcripta oſtendunt eum talem fuiſſe, vt futura ſecla*
deſperent aliquem ſibi ſimilem vllo vnquam tempore futurum. Cotta in memoral. tit. de Iu-
riſperit. *Bartholomæus Socinus Senenſis Doctor celebratiſſimus, Mariani filius, & Alexandri*
diſcipulus, qui Patria, Padua, & Bononia docens, iam feſſus, viuendo lingua inſtrumento pri-
uatus per triennium, Senis demum mortuus eſt circa annum 1507. Andreas Alciatus parerg.
lib. 12. cap. vlt. *Bartholomæus Socinus ſubtili vir ingenio.* Tiberius Decianus in apologia
contra Alciatum. *Bartholomæus quoque Socinus (cui nomini paritèr non parcit Alciatus)*
B *maximi ſemper fuit nominis, & viuens, & mortuus, & ſemper erit apud omnes; fuit enim acu-*
tiſſimus Interpres, ac diligentiſſimus, & integerrimus in reſponſis, quicquid cauſa ſua inſeruiens
dicat Alciatus, qui perſonam Pici adhuc non exuens, dicit, periculoſum fidere ingenioſis, qui ſuo
acumine peruertunt veritatem. Ioannes Campegius inter conſ. feudal. Brun. conſ. 11. *Cele-*
berrimi Iureconſulti Bartholomæi Socini &c. attenta authoritate tanti patris, ac excellentiſſimi
Conſultoris. Franciſcus Burſat. conſ. 224. tom. 1. num. 52. *Bartholomæus Socinus Iuriſperi-*
tiſſimus, qui clarus habetur. Vincentius Godeminus in epiſtola ad Coſmum Mediceum tūc
Florentinorum Ducem. *Bartholomæus Socinus eminentiſſimus Iuriſconſultus.* Corneus conſ.
61. 133. 294. lib. 1. conſ. 66. 80. 88. 117. lib. 3. *Famoſiſſimus, & inſignis Doctor D. Bartho-*
lomæus Socinus. conſ. 83. lib. 3. *Excellentiſſimus I. V. D. Dominus Bartholomæus Socinus vti*
pater honorandus. Grauat. in vita Alexandri Tartagni. *Diſcipulus memorabilis Alexandri.*
C Idem Alexander conſ. 17. lib. 5. in princ. & conſ. 26. lib. 7. in princ. *Per clariſſimum I.V.D.*
Dominum Bartholomæum Socinum tanquam mihi fratrem honorandum, & dudum acutiſſimū
diſcipulum meum. Antonius Cocchus in ſubſcript. conſ. 255. ipſius Socin. vol. 2. *Clariſſimus*
Doctor, & Præceptor meus obſeruandiſſimus. Io. Bapt. Caccialup. in ſuo conſ. inſerto in conſ.
298. lib. 3. conſilior. Cornei. *Excellentiſſimus & ſubtiliſſimus Doctor D. Bartholomæus Socinus*
mihi frater honorandus. Marianus Socinus iunior conſ. 128. nu. 50. lib. 1. *Legum fons Bartho-*
lomæus Socinus, quem ſolemnem Doctorem vocat idem Franc. Curt. in conſ. 73. in 20. colum. &
cuius authoritas Senis fermè pro lege obſeruatur. Anonymus. *Excelſum I.V. lumen, Aduoca-*
tuſque Conſiſtorialis digniſſimus, ac Iuriſconſultorum noſtræ ætatis princeps. alibi. *Eminentiſ-*
ſimus, famoſiſſimuſque Iureconſultus, ac ſubtilitatum princeps. alibi. *Excellentiſſimus I.V. Inter-*
pres acutiſſimus, Aduocatus Conſiſtorialis benemeritus, & Iuriſconſultorum princeps. alibi.
D *In vtroque iure clariſſimus, Aduocatuſque Conſiſtorialis non immeritò.* alibi. *Socinus no-*
ſtræ tempeſtatis princeps. alibi. *Legum fons, & monarcha.* alibi. *Excellentiſſimus atque*
veri interpres Dominus Bartholomeus Socinus Senenſis Iuris Vtriuſque Doctor, & Aduocatus
Conſiſtorialis meritiſſimus. & alibi. *Excellentiſſimus Monarcha, diuinarum, humana-*
rumque rerum cognitione celeberrimus I. C. Aduocatuſque Conſiſtorialis, ac vir huius
ætatis acutiſſimus. In epiſtola dedicatoria præfixa tractat. de cenſibus a Cincio elabo-
rato. *Bartholomæus Socinus Iuriſprudentiæ fax vibrantiſſima.* Marcus Guazzus in chron.
Fù figliuolo di Mariano Socino Saneſe Bartolomeo Socino in queſti tempi huomo, che per la
ſua dottrina, & ingegno tenne il primo luogo in Toſcana, e di ciò danno ferma fede le ſue let-
tioni, i ſuoi ſcritti, & i ſuoi conſigli à tutti quelli fanno profeſſione de le lettere di legge. Iiſdē
ferè verbis vſus Philippus Bergomenſis in ſupplem. chronic. anno 1489. Leander Alber-
E tus in deſcript. Ital. in Hetruria mediterran. *Bartolomeo ſuo figliuolo* (de Mariano loquutus
fuerat) *che non meno fu riputato dotto nelle leggi, del ſuo padre, quale io conobbi, eſſendo gio-*
uinetto condutto con gran ſalario à Bologna à leggere à gli Studianti, laſciò doppo ſe alcune ope-
re, le quali dimoſtrano, quanta dottrina in lui fuſſe. Angelus Portenarius in hiſtor. Pa-
tauin. lib. 7. cap. 4. *Bartolomeo Soccino da Siena, figliuolo di Mariano Soccino ſeniore fù chia-*
mato l'anima delle leggi, e con gran fama interpretò le leggi Imperiali più di cinquanta anni
in Siena, Piſa, Bologna, e Padoua. De ipſo quoque in Conſiſtorio perorante meminit
Morig. de nobilit. Mediolani lib. 3. cap. 6. *Fu facondiſſimo, e perfetto Oratore* (loquitur de
Iaſone Maino) *per l'Illuſtriſſima Caſa Sforzeſca à Papa Aleſandro Borgia, ſedendo in publico*
Conciſtorio, nel qual' ad'vn tēpo medeſimo orò Bartholomeo Soccino che mancò. Quid miraris, de

memoriæ labilitate? at nihil curandũ in celeberrimo viro: quæ ſis exempla? libentèr affe-
ro. Theophraſtus coram Athenienſi populo de re graui peroraturus, improuiſo rubore A
in vultu affectus, lingua defecit, & vix tribus prolatis verbis, obmutuit. Demoſthenes
Græcæ eloquentiæ princeps ſuggeſtum aſcendens, vt Reipublicæ nomine Philippum
Regem publicè alloqueretur, eò defecit, vt nec verbum quidem protulerit. Herodes
Atticus coram Marco Antonio, & Eraclitus Sofiſta coram Seuero Principe, multitudi-
ne adſtante, alloquuturi, præter opinionem obmutuere. Ipparchion in diſceptationem
cum Ruffino Citaredo adductus, dum propria iura efficacitèr exponere cogitabat, quaſi
elinguis, tacitus obſtupuit ipſe, auditoriſque obſtupuere, vnde prouerbium; *mutus
Ipparchion*. Marcus Tullius Romanæ eloquentiæ citra controuerſiam anteſignanus, co-
ram Pompeio, & numeroſa militum copia verba facturus, ex facundo tacitus, ex elo-
quenti mutus euaſit. Athenis vir quidam eruditiſſimus literarum, quarum doctiſſimus
erat, memoriam penitus amiſit, ictu tamen lapidis in capite percuſſus. Georgius Tre- B
pezuntius, & Franciſcus Barbarus Venetus viri eruditiſſimi, ſenio confecti, literas om-
ſies obliuioni dedere. Philippus Decius fama celeberrimus adeo ſenectute emarcuit, vt
nullius legis, vel paragraphi ex iure noſtro recordaretur, imò ægrè quidquam latinè lo-
qui poſſet: quid plura? Meſſela Coruinus, & Orbilio Beneuentanus Grammaticus pro-
prij nominis obliti fuere: de memoriæ igitur labilitate in Socino ne mireris. Et licèt ex
iam dictis, qualis, quantuſque Bartholomæus extiterit, conſtet abundè, verba tamen
Vgurgerij omittenda non duxi, qui luculentiùs de ipſo hæc ſcripſit pag. 430. tit. 16. *Bar-
tolomeo Sozzini fu famoſiſsimo Legiſta; leſſe qualche anno publicamente in Siena, ma poi eſ-
ſendo dichiarato ribello della Patria, per intereſſe di fazzione, gli conuenne allontanarſi dal-
la medeſima. E ben vero, che preſto fù raccolto da' Fiorentini, che con groſſo ſtipendio lo con-
duſſero alla prima Catedra legale dell'Vniuerſità di Piſa. Reſtituito poi alla Patria, tornò in Sie-* C
*na li 3. di Luglio 1482. come l'Allegretti; e poco doppo fù mandato Ambaſciatore à Fiorenza
per le coſe di Monte Reggioni, e per la reſtituzione delle Terre Fiorentine poſſedute da Saneſi,
come acquiſtate à buona guerra fatta vnitamente con il Re di Napoli contro Fiorentini; i quali
ſeguitò di ſeruire nella Lettura fino alli 27. di Dicembre 1489. nel qual tempo hauendo egli ac-
cettato da Veneziani la prima Catedra di Padoua, i Fiorentini ſdegnati lo rattennero prigione;
per lo che i Saneſi mandarono Ambaſciatore Antonio Bichi à negoziare il ſuo relaſſo, e per ot-
tenerlo biſognò dar promeſſa di diciotto mila Fiorini ch'egli hauerebbe ſeguitato la Lettura di
Piſa. Per queſta cagione ſdegnato Bartolomeo con i Fiorentini ſolleuò i Piſani contro di loro,
e trattò caldamente con Carlo VIII. Re di Francia, e concluſe la libertà di Piſa in diſpetto de'
Fiorentini, da' quali fù bandito. Onde eſſendo andato Ambaſciatore per i Saneſi à Milano,
sfuggì le Terre Fiorentine, per non incontrare in qualche affronto. Poſcia andò alla Lettura* D
*di Padoua, e finalmente fù condotto con gran ſalario à Bologna, come ſcriue Fra Leandro Al-
berti. A sì grand'huomo non ſolamente nelle Leggi, e ne gl'affari politici, ma anco nella Retto-
rica eloquenza, interuenne vn caſo ſtrauagante.* (ſupra indicaui ex Morigia) *Andò egli Am-
baſciatore d'vbidienza ad Aleſſandro VI. Pontefice Romano per la Republica Saneſe, ed' eſſendo
al coſpetto del Papa, atterrito da sì gran Maeſtà, non puote formar parola, non che recitare la
premeditata Orazione. Ed' hauendo il Papa conoſciuto la cagione di queſto accidente in huomo
tale eſſere ſtata la riuerenza, e la modeſtia, gli diſſe. Horsù con il voſtro ſilentio hauete orato
meglio di quanti altri habbiamo ſentito, e tanto ſcriueremo à voſtri SS. de' quali vogliamo eſſe-
re buoni amici; ed' il dichiarò Auuocato Conciſtoriale. Laſciò alle ſtampe de Regulis iuris, &
Fallentijs, & quadam in ff. nou. & Infort. &c. Sciſſe Commentarij ſuper octo partibus iuris ci-
uilis; di più quattro volumi di Conſigli, ſtampati in varij luoghi; ſi vedono ancora quattro vo-* E
*lumi di Conſigli di Mariano ſuo padre, e ſuoi, con l'Appendici di Franceſco Popi, ſtampate in
foglio in Venezia 1572. e Commentari ad Ius ciuile, con l'annotationi di valent' huomini,
ſtampati in Leone 1573. in foglio. Non v' è Legiſta, che in ſcritto, ò in voce non lodi alta-
mente Bartolomeo Sozzini, ed in particolare Marco Mantona.*

NICO-

LIII.

A NICOLAVS BVFALINVS De Caſtello, nempe Tiphernas. Lauda-
tur ab Alphonſo Soto in reg. 3. Innocentij Octaui fol.9. ibi. *Poſtea
conſului D.Nicholaum de Caſtello, vtriuſque cenſuræ monarcham, & Ab-
breniatorem bene ſtilatum*. in reg.10.fol.18. *Et in hoc eſt mecum D.Ni-
colaus de Caſtello doctiſſimus, & reſolutus Doctor, Abbreniator de parco
maiori, Aduocatus Conſiſtorialis*. fol.19. *Et ſic reſpondit mihi D.Nico-
laus de Caſtello, qui fuit conditor iſtarum regularum Innocentij Octaui*.
in reg.14. ſol.23. *legendo hic Romæ tanquam ſubrogatus D. Nicolai de
Caſtello eximij Doctoris, nunc Abbreniatoris de Parco maiori, & Aduocati Conſiſtorialis di-
gniſſimi*.

In humanis egerunt Ventura Bufalinus Romanus, Apoſtolicæ Cameræ Clericus, anno
1498. Tiphernatum Antiſtes dictus, annoque 1499. ad Interamnenſem Epiſcopatū tranſ-
B latus. Riccomanus Bufalinus Epiſcopus Venafrinus anno 1512. Ventura iunior Bufali-
nus Tiphernas anno 1560. Populonij, Maſſæque gregi Paſtor datus.

ANDREAS BENCIVS Senenſis. Pio Secundo regnante, Aduocati
Fiſcalis munere perfungens, in publico Conſiſtorio luculentèr, pro-
lixeque contra Sigiſmundum Malatestam perorauit, teſte ipſo Pon-
tifice in ſuis Commentarijs lib. 5. Anno ab ortu ſalutis 1472. ani-
mam Deo Optimo (vt piè ſperandum) reddidit, corpus autem aua-
ra terra excepit: ipſius Andreæ filij ſaxum hoc lugubre in Diui Eu-
C ſtachij Aede poſuere.

ANDREAE BENZIO SENENSI
DIVINI HVMANIQVE IVRIS CONSVLTISS.
SACRI APOSTOLICI CONSISTORII ADVOCATO
INTEGERRIMO
QVI PER DIVERSA ITALIAE GYMNASIA
CATHEDRAM VTRIVSQVE IVRIS
ANNIS XXXIV. GLORIOSISSIME REXIT
D ELOQVENTIA CLARVS IVSTITIAE DEFENSOR ACERRIMVS
VIR OPTIMVS FVIT AB OMNIBVSQ. HABITVS EST.
VIX. ANN. LXII. MENS. I. DIES V.
PATRI B. M. FILII POSVERE.
OBIIT ANNO SAL. MCCCCLXXII. PRID. NON. MAR.

De ipſo loquutus quoque fuit Vgurgerius titul.16. pag.442. at de Conſiſtoriali Aduoca-
tione altum ſilentium, etiam in Inſcriptione, quam attexuit. *Andrea Benzi nobil Sane-
ſe degniſſimo Giureconſulto. E ſepolto nella Chieſa di S. Enſtachio di Roma con la ſeguente
E Inſcrizione, dalla quale ſi raccoglie l'Eminenza della ſua dottrina. &c. E citato da France-
ſco Pepi Fiorentino nell'annotazione del conſ.150. del Sozz. volum. 1. oue cita vn Conſiglio
di lui*.

E Familia Bencia prodiere S.Benignus Mediolanenſis, anno 472. ad Archiepiſcopa-
lem illam Sedem euectus. Spinellus anno 1562. primus Patriæ ſuæ Montispolitiani
Epiſcopus pronunciatus; vir vndequaque doctus. Cæſar Cherienſis anno 1595. Aſten-
ſis Epiſcopus renunciatus. Sinulphus Spinelli nepos, & illius in Montiſpolitiana Sede
anno 1597. ſucceſſor. Caſſandra Bencia de Monte Politiano, Ricardi Ceruini coniux,
& Summi Pontificis Marcelli II. genitrix. Franciſcus Bencius, Plautus nuncupatus,
Aquipendij ortus, vir ſumma pietate præditus, atque ad admirationem doctus, qui ma-
gni

Digitized by Google

gni Baronij aſſertione fuit vir maximè pius, & inſignitèr eruditus, ac Muſas reddidit
Chriſtianas, ſuauioreque concentu canoras: hic edidit. *De alma Domo Beatæ Virginis Lau-* A
retanæ, Poema. Orationum, & Poematum volumina duo. Poema heroicum inſcriptum,
Quinque Martyres Societatis IESV in India. Opuſculum, cui titulus, *Erogatus, & Philoti-*
mus. Annuas literas de rebus Societ. IESV anni 1586. *& quinque ſequentiũ*. Hugo Senenſis,
Andreæ filius qui ſcripſit *Cõſilia ad omnes ægritudines. Expoſitionẽ in Aphoriſmos Hippocratis,*
& Commentaria Galeni. Expoſitionem in tres libros Microtechni Galeni. Excerpta de Bal-
neis ex Conſiliorum medicinalium libro. Expoſitionem ſuper quatuor primi Auicennæ. In
primum Canonem Auicennæ. Interpretationem de febribus. Regole della ſanità, e della na-
tura de' cibi: ac alia opera. Tripho, qui ſcripſit *Carmina*. Si plura de Familia Beucia
perquiris, percurre epiſtolam nuncuparoriam, operi Ludouici Cencij de cenſibus præ-
fixam, & inſcriptam Amedeo Bentio Albugnani Comiti, Montis ferrati Præſidi, in Pede-
montano Senatu Status Conſiliario. B

MONALDVS DE PARADISIS. Interamnenſi Ciuitate in Vmbriæ
Prouincia oriundus. Franciſci Angeloni calamus in Interamnenſi
hiſtoria anno 1475. hæc ſcribens, me de Collega certiorem fecit.
Fiorina entro quella Città (Interamna) *in grado di virtù nelle materie*
legali Monaldo Paradiſi, le cui ſcritture fattolo famoſo nella Corte di Ro-
ma, cagionarono, che vi fù eletto l'vno degl' Auuocati Conciſtoriali con
ſuo honore. Hic ille eſt Monaldus (vt opinor) quem nondum Con-
ſiſtoriali Aduocatione inſignitum, Eugenius IV. anno Incarnationis
Dominicæ 1444. Vicarium, & Commiſſarium in Inſula Corſicæ deputauerat, mandans C
cunctis eiuſdem Inſulæ Chriſti fidelibus, quòd ipſius Monaldi mandatis pareant &c. Ex
Vaticano Regeſto, ibi *Dilectum filium Monaldum de Paradiſis de Ciuitate noſtra Interam-*
nis Iuris vtriuſque Doctorem.

Laudatur ab eodem Angelono Paulus, Petri, Ioannis de Paradiſis, anno 1333. Flo-
rentinæ Ciuitatis Poteſtas: & anno 1366. Frater Paulus de Paradiſis (me latet, an diuerſi,
nam ambo Interamnenſes) in Siciliæ Inſula Epiſcopus.

CORONATVS DE PLANCA . . . . Ex Burchar-
do Cæremoniarum Magiſtro Coronatum ſacri Conſiſtorij Ad-
uocatum, & Collegij Decanum agnoſco: ſcripſit porrò in ſuis Dia- D
rijs, quòd in publico Conſiſtorio, in quo die 21. Decembris 1492.
Fridericus de Aragonia, ac ſeptem alij Oratores pro Ferdinando de
Aragonia Siciliæ Rege Alexandro Papæ Sexto obedientiam exhi-
buere, Coronatus Planca, Pauli de Planca genitor Commiſſioni
eiuſdem Pauli proponentis ſe oppoſuit: quòdque idem Coronatus
Decanus Aduocatorum alteram Commiſſionem propoſuit die 25. Februarij 1493. in pu-
blico Conſiſtorio, in quo Marchiones Montis ferrati ipſi Alexandro Sexto obedientiæ
penſum perſoluerunt: quòdque demum die prima Februarij 1495. diſceſſerunt ab Vrbe
DD. Hieronymus Porcarius Decanus Auditorum Rotæ, Coronatus de Planca Aduoca-
torum Conſiſtorialium Decanus, & Iacobus de Sinibaldis Magiſter Plumbi, nomine
Populi Romani ad Franciæ Regem ituri, vt Vrbem ipſi Regi commendarent, ac ſuppli- E
ces preces porrigerent, ne ob Cardinalis Valentini receſſum, contra Vrbem, & Roma-
nos indignaretur. Idem cum Friderico III. Imperatore ſeruatum fuiſſe tempore Pauli II.
legitur apud Ciaconium pag. 1248. ibi. *Ex conſilio Patrum Paulus quatuor ex diuerſis Na-*
tionibus Epiſcopos, duos Rotæ Auditores, totidemque Conſiſtorij Aduocatos, poſt Secretarium mi-
ſit, vt eum ſecundo loco ſalutarent &c. Nuncupatur Coronatus ab Alphonſo. Sot. in glo.
ad reg. Innoc. VIII. pag. 18. *D. Coronatus Aduocatus Conſiſtorialis valdè doctus, & ſtilatus*.
ad reg. Iulij II. fol. 1. *literatiſſimus vir, & ſtilatus*.

BALDVS

LV.

A BALDVS DE BARTOLINIS Peruſinus,Baldus nouellus appellatus.Genitorem promeruit Honuphriũ Bartolinum Peruſinũ,de quo lib.1.conſ. vlt.vol.pag.83.conſ.crim.diuerſ. in folio, lib.1.pag.19.& lib.2.in paruis pag.35. 36.39. quiq. Cõmentaria in leges nõnullas edidit. Floruit Baldus diſertiſſimus ſui æui Iuris prudens. Subſcripſit vnà cum Petro Philippo de Cornea conſilio Bartholomæi Socini, quod inter impreſſa eſt in ordine 78. ac denuò conſ. 138. *Ego Baldus de Bartholinis de Peruſio D. V. I. & Aduocatus Conſiſtorialis* & iterum conſ.148. Perutilem, valdeque elaboratum Tractatum *De dotibus, & dotatis mulieribus, earumque iuribus, & priuilegijs*, edidit, in Studio Piſano inchoatum, & anno 1479 in Peruſino Gymnaſio (Summi Pontificis iuſſu ad Patriam reuocatus) abſolutum. Appellatur a Catell. Cotta in memoral. tit. de Iuriſperit. *Baldus Bartolinus Peruſinus Iure-*
B *conſultiſſimus*. A Benedicto Capra conſ.103. in princ. *Famoſiſſimus Iuris Doctor D. Baldus de Bartholinis de Peruſio frater honorandus*. A Corneo conſ. 28. lib.1. *Excellentiſſimus D.Baldus de Bartholinis pater, & dominus meus*. conſ.33. *Famoſiſſimus I. V. D. D.Baldus de Barthelinis primus Conſulens pater, & dominus meus*; ijſdem, ac ſimilibus verbis cõmendatur ab eodem Corneo conſ.38.57.61.85.117.173.178.193.211.291.294.306.309 315.330.& lib.2.conſ.74.92.96.97.106. vbi dicitur *clariſſimus iuris vtriuſque vertex*. 120 & lib.3. conſ. 62. 193. 270. & lib.4. conſ.9. 12. 51. 80. 94.248.255. A Gig. de penſion. q.53. *Famoſiſſimus Doctor D.Baldus de Bartholinis de Peruſio*. A Ludouico Iacobillo de geſtis Sanctorum, & Beatorum Vmbriæ, pag.262. vbi agit de quadam controuerſia exorta in erectione Montis Pietatis Ciuitatis Peruſiæ. *In fine fu rimeſſa la cauſa à quello haueria detto il celebre Dottor Bartolini Perugino, cognominato Baldo nouello, ò il Dottor della ve-*
C *rità, il quale riſoluè, che gli denari auanzati non ſi poteſſero dare à poueri, ma che in fine dell' anno ſe ne daſſe la mercede à gl'Offitiali del Monte: queſta deciſione fu accettata da tutta la Città, non trouandoſi huomo, che oſaſſe contradire à sì buono, e vero Dottore*. A Cæſare Chriſpolto in hiſtor. Peruſ.lib.3.pag.324. *Baldo Nouello de' Bartolini arriuò à sì ſublime ſegno di eccellenza nelle più graui dottrine, e particolarmente nelle ciuili, e canoniche, che nel nome fu ſimiliſsimo non ſolo al famoſo Baldo, ma nel valore corriſpondendo all' iſteſſo, fu il Baldo de' ſuoi tempi. Scriſſe ſopra li Digeſti, e la prima del Codice; e mandò alle publiche ſtampe vn Trattato de Dote, & alcune Repetitioni*. Ipſius oſſa Peruſij iacent in ſacra Aede ad Seruos, & a Suertio pag.185. ſepulchralis inſcriptio deſcribitur; at in obitus anno erratum opinor.

D BALDO SECVNDO PERVSINO
I. V. CONSVLTISS.
FF. PIENTISS. F. C. PROBAVERVNTQVE.
VIXIT ANN. LXXVI. M. IV. D. VI.
OBIIT MCCCCXXVIII. APRIL:

Interpres vtriuſque Iuris ingens,
Orbis gloria, Patriæ decuſq.
Hic Baldus iacet ille Bartholinus;
Hui! Baldum haud tegit hoc, ſed oſſa Baldi
E *Marmor, fama nitens volat ſuperſtes,*
Cœlum ſpiritus innocens recurrit.

Dic Lector, vale, & hinc recede felix:
De ſumma, quæ in illo fuit, iuris cognitione,
notum eſt elogium.

Nemo

LVI.

Nemo, quod hunc latuit, ſciuit; ſi Iura Monarcham
Ferre queant, tanto hic nomine dignus erat. A

Bartolinæ Gentis germina prodierunt in lucem Marianus Peruſinus, a Iulio II. in ſa-
cræ Romanæ Rotæ Auditorio adſcriptus, & Apoſtolicus in Germaniam Nuncius ad Ma-
ximilianum Imperatorem ablegatus. Honuphrius Florentinus, anno 1518. Archiepiſco-
palibus Piſanis infulis decoratus. Marcus Antonius, qui in Peruſina Patria Collegium
erexit, Bartolinum nuncupandum. Ricciardus Peruſinus, qui *Auſtriadem* Poema heroi-
cum. *De expeditione contra Turcas. Itinerarium, & Dietas Principum Germaniæ*, elabo-
rauit. Laurentius author Tractatus *De Balneo Corſenna*. Pius Antonius, qui *Caſtigatio-
nes in Leges* edidit. Gaſpar Danus, qui euigilauit *Miſcellaneas Exercitationes problematum
philoſophicorum, & medicorum nobiliorum, & rariorum. De Vnicornu, eiuſque affinibus, &
ſuccedaneis. De lapide Nephritico, & Amuletis præcipuis. De Pygmæis. De Studio Medico* B
*inchoando, continuando, & abſoluendo. Anatomicas Inſtitutiones corporis humani vtriuſque
ſexus. Controuerſias anatomicas, & affines nobiliores, & rariores. De cauterijs. Aſtrologiam
de Stellis. Syſtema Phyſicum. Logicam Peripateticam. Metaphiſicam. Rhetoricam, & Ora-
toriam. Phyſica, Logica, Rhetorica, Oratoria, Metaphiſica præcepta pro Scholis, iuſſu Regis.*
Thomas Gaſparis filius, cuius ſunt opera. *De latere Chriſti aperto. Hypomnemata de Cru-
ce Chriſti. Hiſtoriæ Paralytici apud Diuum Ioannem Euangeliſtam examen. Anatomia pa-
rentis aucta, & reformata. De luce animalium. De Aneuriſmate hiſtoria Anatomica. Cyni
Anatome, & cantus. De Armillis veterum Schedion. Puerperij veterum ſynopſis. Vindiciæ
Anatomicæ contra Gaſparem Hofmannum. De venis lacteis thoracicis in homine, & animan-
tibus repertis. Vaſa lymphatica in brutis detecta, & hepatis exequiæ. Dubia Anatomica cir-
ca venas thoracicas lacteas. Vaſa lymphatica in homine demonſtrata. De Angina puerorum* C
Campaniæ, Siciliæq. epidemica exercitationes. De Vnicornu obſeruationes nouæ; ac alia.

OCTAVIANVS DE MARTINIS Sueſſanus; Octauianus de Sueſ-
ſa nuncupatus. Floruit illuſtris ſua tempeſtate Iurium Doctor.
Verbis hiſce lib. 1. conſil. vltimar. volunt. conſ. 150. ſubſcripſit. *Præ-
miſſa teneo iuris eſſe, ac tenenda exiſtimo ego Octauianus de Marti-
nis Sueſſanus I.V.D. & ſacri Palatij Apoſtolici Aduocatus Conſiſtoria-
lis*. Pro Beato Bonauentura Balneoregienſi in Diuorum numerum
referendo, anno 1482. in Vaticana Baſilica ſupplex inſtitit, teſte
Ciaconio in vita Sixti IV. vbi *Octanius Aduocatus Conſiſtorij* nuncu- D
patur; Flauio Cherubino in ſchol. 1. ad Conſtit. 21. Sixti IV. vbi
Octanianus de Martinis Sueſſonus ſcribitur; & ſummis præconijs cumulando Luca Vvad-
dingo in annal. Minor. anno 1274. vbi appellatur *Octauianus Sinueſſanus*. Ex Burchar-
di Diarijs pluriès Octauianum Sueſſanum in publicis Conſiſtorijs Commiſſiones propo-
ſuiſſe liquet, præſertim die 19. Septembris 1485. in Conſiſtorio publico pro Oratoribus
Regis, Reginæque Hiſpaniæ conuocato: die 20. Decembris 1492. in prima maiori Pa-
latij Apoſtolici Aula, vbi duo Oratores pro Henrico Angliæ, Franciæque Rege: ijſdem
anno, ac menſe, dum Federicus de Aragonia, ſeptemque alij Oratores pro Ferdinando
de Aragonia Siciliæ Rege Alexandro Papæ VI. obedientiam præſtiterunt: die 19. Ia-
nuarij 1495. qua in publico Conſiſtorio ipſemet Franciæ Rex eidem Pontifici obſequiū,
obedientiamque ſpopondit: die 24. Februarij 1496. in Pontificio Conſiſtorio, in quo E
S. R. E. Cardinales de recenti creati rubenti fuere pileo inſigniti: anno 1497. in Conſeſ-
ſu, in tertia Aula conuocato pro Cardinalis Valentini ad Vrbem reditu è Regno Neapo-
lis, quò pro Neapolitano Rege coronando profectus fuerat: die 22. Ianuarij 1500. dum
in prima Aula Oratores Ioannis Regis, & Catherinæ Reginæ Nauarræ &c. obedientiam
ſponderunt: die denique 2. Octobris eiuſdem anni, quo duodecim purpurati Patres
Cardinalitia ſuſceperunt inſignia. Vitam vſque ad ſenectam perduxit Octauianus, at plo-
rabilis fuit exitus: Duo ipſius familiares, inſidiatores domeſtici, Pedemontanus alter,
alter Beneuentanus, dum die Veneris nocte intempeſta Romæ cubaret Sueſſanus in lecto,

imma-

A immanitèr illum interemerunt; ſceleris exitus aliquantulùm occultus, ſed in eadem vi-
cinia commorantes domum Aduocati præter conſuetum clauſam conſpicientes, noui-
tatem admirantes, ianuis reſeratis, in Octauiani cubile ingreſſi, ipſum in lecto necatum
conſpexerunt: cadauer die 19. Octobris 1500. ad Eccleſiam Diui Auguſtini delatum, ibi
(teſte Burchardo) fuit ſepulchro demandatum. De ipſo Octauiano Conſiſtoriali Aduo-
cato habetur mentio tom.2. ſingular. diuerſor. in addit. Petri de Monteforti ad ſingular. 8.
Andreæ de Capua; quæ impreſſa quoque leguntur inter Gloſſas ſuper Conſtit. Siciliæ
ipſius Bartholomæi pag.456. Laudatur a Gomeſio (licèt *Octauianus de Ceſſa* dicatur) in
reg. de impetran. benef. viuen. q.1. ibi *quendam excellentem Aduocatum Conſiſtorialem, cui
nomen fuit Octauianus de Ceſſa*: & in reg. de triennal. q.28. ibi; *concluſit tunc Octauianus
de Ceſſa apprimè doctus*.

Familiæ de Martinis Alumni extitere Martinus anno 1365. Valuenſi, & Sulmonenſi
B Eccleſiæ Præſul datus. Petrus anno 1590. Montis Peluſij Antiſtes promulgatus. Ludo-
uicus Nicienſis anno 1611. Auguſtæ Prætoriæ in Pedemontana Regione Epiſcopus re-
nunciatus. Dionyſius anno 1616. electus Paſtor Nepeſinus, ac Sutrinus. Petrus Paulus
ſacri Conſiſtorij Aduocatus, de quo infra.

ANGELVS DE VBALDIS Auguſta Peruſia oriundus. Ex Alexan-
dro, Angeli de Vbaldis ſenioris nato, prognatus eſt. Paternarum,
Auitarumque virtutum imitator eximius, ipſe quoque claruit inſi-
gnis. Comitis, militiſq. Dignitate condecoratus vixit. In Patauino
Studio annis quamplurimis Iura ciuilia profeſſus, tandem a Sixto
C huius nominis IV. in Conſiſtorialium Aduocatorum Cœtum coopta-
tus. *Commentaria in Leges* conſcripſit. *Conſilia* quamplura edidit,
quæ ſparsìm impreſſa leguntur, præcipuè conſ. 399. 413. 414. 418.
421. inter conſ. Crot. vol.3. conſ.137. volum. 2. vltimar. voluntat. conſ.30. & 31. vol. 2.
conſ. crim. diuerſor. in folio; conſ.69. 72. 73. 74. & 75. vol.2. conſ. crim. diuerſ. in paruis,
vbi verbis huiuſmodi ſubſcribit. *Ego Angelus q. famoſiſſimi Doctoris D. Alexandri, D. An-
geli de Vbaldis de Peruſio I. V. D. Comes, & Miles, & Sanctiſſimi Domini noſtra Papæ Conſi-
ſtorialis Aduocatus iura ciuilia ordinaria de mane legens in hoc feliciſſimo Studio Paduano*.
Laudatur a Fichard. in vitis Iuriſconſultorum. *A maiorum virtute neutiquam degenerans,
in celebrem Iuris profeſſorem euaſit, & cum publico ſalario multis annis Patauij profeſſus eſſet,
a Sixto Pontifice Maximo Romam vocatus, & in Aduocatorum Conſiſtorij Pontificalis nume-
D rum aſcitus eſt*. A Valentino Forſtero in hiſtoria iuris ciuil. Roman. *Reliquit* (Angelus ſe-
nior) *filium Alexandrum legum profeſſorem, ex quo Angelus ſecundus nepos Angeli Peruſini
natus eſt: hic a maiorum virtute minimè degenerans, in celebrem iuris profeſſorem euaſit, &
longo tempore Patauij docuit; demum ob probitatis, & doctrinæ laudem a Sixto Pontifice Ro-
mam vocatus eſt, & inter Aduocatos Conſiſtorij Romani adſcitus*. Ab Alex. conſ.194. lib.6.
Celeberrimus I. V. D. Dominus Angelus de Vbaldis mihi velut pater obſeruandus. A Corn.
conſ.137. lib.3. *Excellentiſſimus I. V. D. Dominus Angelus de Vbaldis primus Conſulens mihi
ut pater honorandus*: & conſ.125. lib.4. A Cæpol. inter conſ. Crot. volum.3. conſ.413. *Fa-
moſiſſimus, & præſtantiſſimus I. V. D. Dominus Angelus de Vbaldis*. Ab Authore chronicę
vniuerſalis Orbis terrarum. *Angelo nipote del predetto Angelo ne i noſtri tempi in ragione
canonica, & in ragione ciuile Dottor conſumatiſſimo chiaramente ſplendette, il quale nello Stu-
E dio Padouano con publico ſalario condotto, la Lettione ordindria di ragione ciuile ancor lungo
tempo publicamente dichiarò. Il quale conciosiacoſache probatiſſimo, e famoſiſſimo fuſſe tenuto
da Siſto Pontefice Maſſimo, à Roma chiamato, ſubitamente Auocato del Conciſtorio Pontifi-
cale fu dichiarato, & poi Caualiere aureato fatto per la nobiltà del ſuo ingegno. Fra l'altre
coſe vn libro del Digeſto vecchio d'Angelo predetto Auo ſuo, già per lungo commentato, eſſo
quello con molta fatica emendato, e limato all'impreſſori l'ha dato ad imprimere*. A Philippo
Bergomenſi in ſupplem. chronic. verbis non diſſimilibus commendatur. A Leandro Al-
berto in deſcriptione Ital. pag.67. qui de Baldo loquutus, hæc ſubdit. *Lo ſeguitò Angelo
ſuo figliolo* (frater dicendus) *huomo non men ſcientiato del padre, & parimente fece Angelo*

ſuo nepote, dimoſtrando la eccellenza del ſuo ingegno ne' tempi di Siſto Quarto Pontefice Romano. A Cæſare Chriſpolto in hiſtor. Peruſ. pag. 320. *Angelo Secondo, & Aleſſandro Baldeſchi; fu queſti in gran conto tenuto per lo valor ſuo ne' ſtudy Legali, e Biordo Michelotti in quel tempo Signore di Perugia, gli diede vna ſua ſorella per moglie; fu l'altro Auuocato Conciſtoriale, Conte, e Soldato per priuilegio di Federico Terzo Imperatore; leſſe con molta gloria del ſuo nome in Perugia, & in Padoua, oue preſe per moglie vna Dama Venetiana della famiglia Marcella; morì l'anno 1492. hauendo dato alle ſtampe Commentary dottiſſimi ſopra il Codice, e diece volumi de' Conſigli*. A

FRANCISCVS . . . . Patauinus. Dominicæ Natiuitatis anno 1484. dieq. 20. Decembris coram Summo Pontifice perorauit pro adſcribendo Sanctorum Faſtis Leopoldo cognomento pio Auſtriæ Marchione, anno 1136. vita functo, qui ab Innocentio VIII. anno 1485. ſupplicantibus Friderico III. & Maximiliano I. Imperatoribus, fuit Sanctorum conſortio in Orbe adſcriptus. Ex Ciacon. in vita Innocentij VIII. & Flauio Cherubino in appendic. bullar. pag. 5. Die 6. Ianuarij vti procurator Friderici Imperatoris pro eadem Canonizatione (vt aiunt) inſtitit. In publico Conſiſtorio conuocato die 4. Februarij 1487. pro excipienda ab Oratoribus Regis Romanorum obedientia, Commiſſionem propoſuit, & inſcribitur *Franciſcus de Padua Aduocatus Pauperum*. De hoc eodem verba feciſſe autumo Ioannem Burchardum Pontificium Cæremoniarum Magiſtrum, qui ephemerides conſcribens (Diaria vocant) memoriç demandauit poſterorum, die 25. Februarij 1493. in tertia Aula Palatij Apoſtolici Alexandro Papæ VI. Oratores Marchionis Montis Ferrati obedientiam ſpopondiſſe, ac in eodem Conſiſtorio *Dominum de Padua Aduocatum Conſiſtorialem* Commiſſionem propoſuiſſe. B C

HECTOR DE FLISCO Ianuenſis. A quonam Pontifice fuerit inter Aduocatos adſcriptus, adhuc ignoro. Innocentius autem Octauus in Conſtitutione inferius inſerenda (in Paulo de Planca) anno 1485. edita ipſum Aulæ ſuæ Conſiſtorialis nuncupat Aduocatum.

Inter primarias Ianuenſes Familias Fliſca, Lauaniæ Comitatu cōſpicua coruſcat. Ex ea prodiere (alijs omiſſis) Sinibaldus Fliſcus a Gregorio Nono anno 1227. Cardinalis creatus, qui deinceps ad Summi Apoſtolatus apicem euectus, Innocentij IV. nomine ſedit. Guillelmus anno 1244. & Othobonus anno 1251. ab ipſo Innoc. IV. patruo inter Cardinales cooptati, quorum poſtremus anno 1276. S. Petri ſucceſſor euaſit, Hadriani V. nomine aſſumpto. Lucas a Bonifacio VIII. anno 1298. inter Purpuratos Senatores adlectus. Lucas a Gregorio XI. anno 1375. Ludouicus ab Vrbano VI. anno 1384. Georgius ab Eugenio IV. anno 1437. & Nicolaus ab Alexandro Sexto anno 1503. ſacro Cardinalatus oſtro inſigniti. Verùm innumeri ex Fliſcana Ianuenſi proſapia ſacris Epiſcopalibus infulis decorati mihi occurrunt, vt nō ab re Seminarium Epiſcoporum nuncupem. Sinibaldus primò ex Comitibus de Lauania, qui anno 1230. è viuis exceſſit Epiſcopatu Brugnatenſi decoratus. Laurentius, ex eadem Eccleſia translatus ad Aſculanam, denique ad Montis Regalis in Pedemontano Principatu. Antonius anno 1471. Epiſcopus Montis Regalis dictus. Ottobonus recenſiti Laurentij nepos, eiuſdem Eccleſiæ Præſul. Obizzo, Antiochenus primùm Patriarcha, deinde Tranenſis, poſtmodum anno 1288. Ianuæ Archiepiſcopus. Iacobus anno 1383. Ianuæ Archiepiſcopus adlectus. Georgius ex Marianenſi Epiſcopatu in Corſica anno 1436. ad ſuæ Patriæ Archiepiſcopatum translatus, deinde ſacro inſignitus oſtro, de quo ſupra. Princiuallus anno 1317. ſacer Brixienſis Paſtor dictus, deinde ad Derthonenſem Eccleſiam euectus. Emmanuel anno 1343. Vercellenſis Antiſtes renunciatus. Ioannes, qui anno 1348. Emmanueli in eadem Dignitate ſucceſſit. Ludouicus Epiſcopus quoque Vercellenſis anno 1384. deinde Cardinalis, vt ſupra. Ibletus eadem Epiſcopali Sede anno 1412. inſignitus. Ioannes anno 1366. Epiſ- D E

copus

A copus Naulenſis electus. Leonardus anno 1383. in eadem Sede collocatus. Georgius
(Cardinalis) qui anno 1447. hanc Eccleſiam commendatam habuit. Neapoleon ex ceſ-
ſione ipſius Cardinalis anno 1448. eodem Epiſcopatu exornatus. Ioannes anno 1364.
Gibertus circa annum 1390. Neapoleon ex Epiſcopatu Naulenſi anno 1459. & Lucas ex
Adriana Sede anno 1582. ad Epiſcopalem Eccleſiam Albingaunenſem euecti. Iacobus
anno 1537. Nicolaus Iacobi frater anno 1546. & Ioannes Ambroſius vtriuſque
frater anno 1564. Sauonenſes Antiſtites creati. Antonius ex Capellano Benedicti Duo-
decimi, ipſius Pontificis munificentia anno 1338. ad Lunenſem, & Sarzanenſem Epiſco-
patum euectus. Emmanuel (alter opinor) anno 1385. Imolenſis Antiſtes renunciatus.
Petrus denique Vrbis Moderator, & anno 1515. Ceruienſi Eccleſiæ Paſtor attributus.
Ex eadem Fliſcana Familia prodijt Catherina Ianuenſis, Beatæ titulo inſignita, ex Iaco-
bo Fliſco genita, quæ Tractatum conſcripſit *Del Purgatorio. Dialogo tra l'anima, & il*
B *corpo inſieme con l'Amor proprio, ridotto poi allo ſpirito con la humanità.* Flauius origine
Genuenſis, natalibus Conſentinus, è cuius ingenio prodiere. *La Sirena Epitalamio nelle
nozze Barberine. Le Pompe funerali fatte dall'Accademia de gl'Humoriſti al Caualier Gio.
Battiſta Marino. La Valtellina Poema Eroicoſatirocomico. Epigrammata varia. Della
Metafora. L'oſſeruata fede Comedia. Il Prencipe. De ordine iudiciario. De Anagramma-
te.* Poeta quidam venuſtus carmina hæc de Fliſcorum progenie pandidit.

Dum Sol plauſtra vehet, rutilo dum Sydera Cælo
Fulgebunt, rapidi dum fluet vnda maris,
Semper in excultis hominum verſabere linguis
Fliſca Domus, Patriæ gloria rara tuæ.
C *Pontificum ſolio duplici quæ vt Sole refulges,*
Purpureo ſeno lumine clara nites.
Nec non innumero ſacrorum cincta coruſcas
Agmine flamineo Sydera celſa petens.
Cælum Fliſca Domus, Soles duo, Lumina ſexque
Hic fulgent, circum Sydera mille micant.

BALIONVS DE BALIONIBVS Peruſinus Ciuis. Me latet tempus
cooptationis illius inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos, licèt ex indi-
cata Innocentii Octaui Sanctione huiuſmodi munere anno 1485.
condecoratum vixiſſe liqueat. Die 17. Decembris 1492. in tertia
D Pontificij Palatij Aula, quatuor Venetæ Reipublicæ Oratoribus Ale-
xandro Papæ Sexto obedientiam vouentibus, Balionus Conſiſtoria-
lis Aduocatus Commiſſionem propoſuit, teſte Burchardo in
Diarijs.

Balleonam Proſapiam literis, armiſque decoratam vetuſtiſſima temporum ſerie floruiſ-
ſe quis dubitat? Nedum inter primarias Peruſinas familias præfulſiſſe, ſed pluriès, ac
plurièſ præpotenti dominatu Patriæ fræna rexiſſe, & Oppidorum quamplurium domina-
tum apud ſe habuiſſe, infractæ fidei monumenta teſtantur. Bellonæ ſectatores relinquo;
Palladis alumnos percurro. Vixere Ioannes Andreas, ab Eugenio Quarto anno 1435.
Peruſinus Antiſtes electus. Polidorus Miles Peruſinus, eodem regnante Pontifice, Vr-
bis Senator ad ſex menſes promulgatus, eodem officio a Franciſco de Coppolis
E Peruſino Milite dimiſſo. Angelus ſacræ Romanæ Rotæ Auditor, primò Maceratenſis,
ſucceſſiuè Recinetenſis Epiſcopus. Troylus ex Prothonotario Apoſtolico anno 1501.
Peruſinus Præſul promulgatus. Hercules anno 1511. Vrbeuetanus Epiſcopus renuncia-
tus. Malateſta anno 1612. Piſaurenſis Antiſtes, deinceps ſanct. mem. Vrbani Octaui
apud Cæſaream Maieſtatem Apoſtolicus Nuncius, denique anno 1641. ad Aſſiſien-
ſem Sedem translatus: & Auguſtinus (Alexandrinus tamen) anno 1569. ad Sedem
Alexandrinam euectus. Floruerunt Dominicus Balionus Ordinis Prædicatorum, qui
Chronicam Dominicani Cænoby Peruſini. De fuga Chriſti in Egyptum. aliaq. elabo-
rauit, mihi ignota. Lælius Ballionius Florentinus, Theologus, Philoſophus, & Con-

Digitized by Google

cionator, qui conſcripſit *De Prædeſtinatione*. *De peccato originali*. Lucas Balionus, qui A
euigilauit *Artem concionandi iuxta præcepta Rhetorices*. Cornelia Baleona Peruſina, mulier in arte oratoria (teſte Iacobillo de Sanctis, & Beatis Vmbriæ pag. 17.) admodum exculta, cuius quamplures extant *Orationes* coram Paulo Papa Tertio habitæ. Ioannes Baleonus Romanus, qui poſteritati demandauit *Le vite de' Pittori, Scultori, & Architetti dall'anno* 1572. *ſino all'anno* 1642.

RICCHVS DE RICCHIS Senenſis Ciuis. Patet ex præfato Innocentij Octaui Diplomate, anno 1485. promulgato, inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos conſediſſe: annum autem electionis haud teneo.

LVDOVICVS DE ALBERTONIBVS Romanus Ciuis, Legumque Doctor. Ab
Innocentio Octauo anno ſalutis redemptæ 1485. conſortio Aduocatorum ſui B
Conſiſtorij aggregatus. Conſtat ex eiuſdem Pontificis Sanctione infra inſerenda,

DOMINICVS DE IACOBATIIS Romanus Ciuis, & Decretorum Doctor. Chriſtophori Iacobatij de Faceſchis filius. In Aduocatorum Conſiſtorialium ordinem adlectus ab Innocentio Octauo anno reparatæ ſalutis 1485. Conteſtatum hoc facit Pontificia Conſtitutio, de qua infra. Ex Aula Conſiſtoriali ad ſacrum Romanæ Rotæ Auditorium ab ipſomet Innocentio anno 1490. (ſecundùm alium anno 1493.) translatus, vbi Decanus quoque præfuit. Vaticanæ Baſilicæ Canonicus anno 1503. Auditoratu nequaquam dimiſſo, promulga-
tus. Lucerinus mox Epiſcopus delectus. Demum a Leone Papa Decimo anno 1517. C
Purpura inſignitus. Sub Clemente Septimo, anno ſcilicet 1527. Groſſeranam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit. Alia obiuit munia, inferius Andreæ Victorelli verbis recenſenda. Alij anno 1527. alij anno 1528. Romæ fato ceſſiſſe ſcriptum reliquerunt. In ſacra Diui Euſtachii Æde tumulatum opinantur nonnulli, vbi adhuc marmorea Iacobatia inſignia in principe Tribunæ loco conſpiciuntur: at ego pro certo aſſererem, in eadem Eccleſia ſepulturæ demandatum fuiſſe Chriſtophorum Cardinalem Iacobatium, Dominici nepotem, vt ex ipſius poſtrema diſpoſitione liquet: Dominicus autem (Vaticanus Canonicus, & cauſarum ſacri Palatii Apoſtolici Auditor exiſtens, Regionis S.Euſtachii) teſtamentarijs tabulis anno 1509. exaratis diſpoſuit, quòd ipſius cadauer in Eccleſia S.Triphonis conderetur, in eadem capſa, in qua ſui genitoris oſſa collocata iace-
bant. Eruditiſſimè ſcripſit *De donatione Conſtantini Imperatoris*. *De vtroque gladio in* D
Eccleſia. *De Concilio* Tractatum mirabilem, nempe *De loco Concilij*. *Ad quem ſpectet congregare Concilium*. *Quando ſit congregandum Concilium*. *Quales debeant eſſe interfuturi Concilio: An Papa habeat authoritatem a Concilijs generalibus, & an Concilium poſſit reſtringere authoritatem Papæ*. *An Cardinales, qui diſceſſerunt a Papa, poſſint congregare Concilium*. *An Papa poſſit accuſari de hæreſi*. *Ex quibus cauſis, & quomodo poſſit Papa deponi*. *De appellatione a Papa ad Concilium*. Sic a Victorello, qui ſummo ſtudio additamenta Ciaconii hiſtoriæ annexuit, laudatur Dominicus. *Acerrimi iudicij, & præſtantiſſimi ingenij vir a primis annis diſcendi ardorem a pietatis ſtudio non ſecreuit; Cæſarei, & Pontificij iuris ſcientiam hauſit, & mirum de Concilio opus confecit*. *Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus, Romanæ Rotæ Auditor, & poſt nonnullos annos Auditorum Princeps*. *Anno* 1498.
die 6. *Iulij Alexandri Sexti nutu cum Dominico Brigantia Rotæ item Auditore, alijſque viris* E
doctiſſimis delectus, vt diceret, quodnam pœnitentiæ opus Maranis ex Luſitania Romam profectis reſipiſcentibus, & ſcelera Vrbis Gubernatori, & S.Palatij Magiſtro Paulo Monilia Inquiſitoribus ex animo fatentibus iniungendum eſſet. *Anno* 1612. *iam Epiſcopus Lucerinus Synodo Lateranenſi ſub Iulio Secundo, & deinde ſub Leone Decimo interfuit; Ab hoc Cardinalium, & Præſulum Cœtui, ad Curiam, & Miniſtros componendum inſtituto adſcriptus fuit*. *Anno* 1517. *die* 13. *Martij a trium Cardinalium, & plurium Antiſtitum Congregatione non abfuit; & in poſtrema ſeſſione in claſſe Patriarcharum, & Antiſtitum Pontifici aſtantium ſedit*. *Romani Gymnaſij Rector, & Pontificis Vicarius etiam extitit: quæ duo deinde munera, & Lu-*

ceri

A *cerinam Eccleſiam Leo in Andream eius fratrem, virum apprimè doctum, & pium, linguarũ-*
que hebraicæ, græcæ, & latinæ peritiſſimum contulit. Doctiſſimus Dominicus primus nobilis Ia-
cobatiæ familiæ Cardinalis a Iulio Simone ſanctiſſimus dictus eximijs animi ornamentis emi-
cuit: Religioni addictus, pudicus, iuſtus, prudens, otij oſor, ſtudiorum laudabilium amicus,
Apoſtolicæ Maieſtatis, & auctoritatis cultor, in cibo, potuq. frugalis, in omnes, in pauperes in
primis munificus: literatorum omnium præſidium, & decus fuit. Vidiſſes in eo ſeueritatem
cum hilaritate, grauitatẽ cum ſimplicitate, maieſtatem cum humanitate coniunctam, virtutum
concentũ, eaq. exempla, quæ poſteritas ſequi velit, quæ ſibi tribui deſideraſſet antiquitas. Prin-
cipum animis, vt ita dicam, dominabatur; huic illi ſuarum rerum curam apud Pontificem cre-
debant; eorum Legati eumdem ſæpiſſimè adibant, quem ingenio, eloquentia, doctrina, probi-
tate, auctoritate, & ea humanitate, benefaciendiq. ardore præſtare cognoſcebant, vt diceret,
ſe diem illum perdidiſſe, quo aliquem ſibi beneficio non deuinxiſſet. Aditum ad ſe etiam infi-
B *mæ ſortis hominibus patere voluit Dominicus, adeuntes eius munificentia vſuros hilari exci-*
piebat vultu, neminem triſtem dimittebat. Priſcum generis ſplendorem eruditione, hanc mo-
rum candore, omnia inſigni modeſtia, quaſi corona inſigniuit. Non ineptè Iulius Simon Do-
minicum inter doctos Patres nobiliſsimum, inter nobiles doctiſsimum, inter vtroſque optimum,
inter omnes modeſtiſsimum nuncupauit; qui prandens, cœnanſque lectione animum oblecta-
bat, viros doctos adeſſe non iniquo ferebat animo, proponebat ænigmata, explicanteſque præ-
mio afficiebat. Leo Decimus Roma diſcedens, Dominicum ſuum in ea Legatum reliquit. Hæc
Victorellus de tanto viro; de quo alia ſubnectit ibi eruditus, totuſque ſcriptioni deditus
Ferdinandus Vghellus. *Ioanninenſis Stephanus ſæpe citatus Dominicum Iacobatium breui*
hoc elogio proſequutus eſt, vt poſteri huius Cardinalis virtutes, & in rebus gerendis prudentiã
haud ignorarent. Dominicus Iacobatius Patritius Romanus, qui ob virtutes eminentiſsimam
C *laudem, atque ſcientiæ ſuæ fulgorem, ob ipſius inquam auctoritatis, atque doctrinæ perſpicuæ*
decus, & preeminentiam ad Cardineum honorem euectus eſt. Vir namque Apoſtolicæ Sanctio-
nis conſultiſsimus, multiq. iudicij cordatiſſimus, ex duodecim vnus, qui iam Apoſtolicæ Au-
dientiæ in diſcernendo Iure præficiuntur; qui vſque adeo ſummis iuſtitiæ neruis, atque fultu-
ris celebratum illud Audientiæ munus obierat, vt veram nimirum Iuſtitiæ clauam in Iure red-
dendo extorſerit, ſuoq. veluti iure præripuerit. Romani Gymnaſij Archiacademicus, quem
Rectorem appellant, fuit. Præter Lucerinam Eccleſiam, Maſſanam, & Groſſetanam admi-
niſtrauit. Et inferius in vita Chriſtophori Cardinalis Iacobatij. *Dominici patrui ſui Car-*
dinalis ampliſſimi contubernio vſus, ab ipſo veritatem, animi magnitudinem, prudentiam,
pietatemque ſedulò didicit, adeoq. illius virtutis diligens ſpeculator, & imitator fuit, vt per
omnes Ordinum gradus ad ſummum apicem immortalitatis gloriæ ipſum quemadmodum & ille
D *conſcenderit.* In Leonis Decimi Conſtitutione, anno 1513. ad fauorem Studij Vrbis edi-
ta, & impreſſa poſt Fenzonium ad Statut. Vrb. mentio huiuſmodi de Dominico habe-
tur. *Sicut exhibita nuper Nobis pro parte venerabilis fratris Dominici Iacobatij de Faceſchis,*
Epiſcopi Lucerini, Referendarij, & in eadem Vrbe, eiuſq. Diſtrictu in ſpiritualibus Vicarij
noſtri, qui etiam dicti Study Romani Rector exiſtit &c.

Iacobatia Stirps non immeritò vetuſtatis, nobilitatiſq. prærogatiua gloriatur, è qua viros exortos armis, literiſq. decoratos aſpexit Orbis. Romæ in Eccleſia S. Stephani de Trullo lapidea ſepulchralis legitur inſcriptio, Iacobatijs inſignibus inſculptis, ſic proloquens, vnde forſan cognomen exortum.

E Hic requieſcit ſtrenuus Ductor Equitum
nobilis Nicolaus Gaufridij Rentij Iacobi Acci
olim de Auennis
Pater Domini Lucij.
Vixit Ann. LXV. Obijt Ann. MCCCI.
Menſe Nouemb.

Ex hoc Nicolao ſeriē traxit Dominicus noſter: etenim ex Nicolao ortus eſt Lucius,ex Lu- A
cio Laurentius,ex Laurentio Dominicus ſenior, ex Dominico Laurentius Dominus Caſtri
Oliueti,& Montis Leonis,atque Chriſtophorus, ex Chriſtophoro Dominicus Aduocatus.
Familiæ huic alterum de Faceſchis cognomen ſuperadditū,vſque ab anno 1425. in ſepul-
chrali S.Stephani de Trullo marmorea tabula legitur. Matrimonia cū Romanis,exteriſq.
nobilibus Familijs contracta, ipſius quoque Iacobatiæ nobilitatem indicant; præcipuè
Luparella, Simæa, Normanda, Verarda, Victoria, Mazzabubala, Brancaleona, Lentula,
Beneinbene, Margana, Parſengha, Offreda, Muta, Cecchina, Pamphilia, Buccapadulia,
Paluzzella, della Zecca, Corſina, Lilia, Sanguinea,Amodea, Albertonia, Clauaria, Mar-
cheſana, Randola, Aſtallia, Rubea, Carpina, Riccia, Veralla, Spinoſa, Creſcentia, Mag-
dalena de Capiteferreo, Pichia, Millina, Vrſina. Pauca de viris illuſtribus ſuperadden-
da: de Dominico purpurato Patre ſatis abundè diximus. Pontifice Paulo Tertio regnan-
te, alter Vaticanus Senator proſapiæ ſuperaddidit decus Chriſtophorus Iacobatius, Do- B
minici Cardinalis ex Iacobo germano fratre nepos, Epiſcopus prius Caſſanenſis, Papæ
Datarius, & ſacri Palatij Auditor, cuius elogia recenſentur a Victorello, & Vghello in
addit. ad Ciacon. in vita ipſius. Vixit Andreas de Iacobatijs, eiuſdem Dominici germa-
nus frater, Papæ Vicarius generalis in Vrbe, ac Lucerinus Epiſcopus. Aſcanius, vtriuſ-
que Signaturæ Referendarius, in plurimis Eccleſiaſticæ Ditionis Ciuitatibus viginti an-
norum ſpatio Moderator, Epiſcopus Anglonenſis, & Apoſtolicus apud Magnum Etru-
riæ Ducem Nuncius. In re militari tempore Martini Quinti Iacobatius (ſic nuncupatus)
emicuit; hic inter ſui æui ſtrenuos Duces, vnà cum Carmignola, Sfortia, Piccinino, ac
Tartalia recenſitus, in album virorum illuſtrium, cum quibus viriliter prælia commiſit,
meritò laudum cumulo deſcribitur. Nec omittenda eſt Iulia de Iacobatijs noſtri Domi-
nici ſoror, quæ Ioannis Baptiſtæ Veralli coniux, Hieronymum Verallum procreauit, vi- C
rum eximium, & a Paulo Tertio inter purpuratos Vaticanos Senatores adlectum; nec nō
Paulum Emiliū Archiepiſcopū Roſſani,& Epiſcopū Caputaquenſē; & Matthæū, cum Iulia
de Corbaria matrimonio iunctū,è quorum deſcendentia prodijt Fabritius Verallus, inter
S.R.E. Cardinales a Paulo V. cooptatus. Iuliæ Iacobatiæ mox recenſitæ, & Dominici no-
ſtri altera extitit ſoror Martia, vxor Petri Pauli de Riccijs, è quibus Orbi data fuit Con-
ſtantia Coſmi Caſtagnæ vxor, ambo Ioannis Baptiſtæ Caſtagnæ, deinde Summi Pontifi-
cis Vrbani Septimi nomine genitores. Tertium quoque fœminei ſexus ornamentum è
Iacobatio germine prodijt, Hortentia inquam, Antonij filia, quæ Mario Millino coniu-
gio copulata, Ioannem Garſiam Cardinalem Millinum Orbi, & gloriæ peperit.

D

PAVLVS DE PLANCA Romanus Ciuis. Ab Innocentio Octauo
anno 1485. ſui Conſiſtorij Aduocatorum Cœtui aggregatus. in Pō-
tificis illicò recenſenda Cōſtitutione enunciatur *Magiſter Paulus De-
cani Aduocatorum eorundem filius, Literarum Apoſtolicarum Scriptor, &
familiaris noſter*. Eſt autem Conſtitutionis tenor, qui ſequitur, cuius
non ab re ſingula verba ſubnectam. *Innocentius &c. Ad perpetuam
rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ijs, quæ a Prædeceſſoribus ſuis
prouidè ordinata comperit, ſuæ approbationis robur adijcere, & benemeri-
tos ſpeciali fauoris prærogatiua munire; ſicq. rerum cauſas diſcutere, ſicq. etiam vices pen-
ſare temporum, vt ingruentia præſertim ob longæuam Officialium Romanæ Curiæ ab illa abſen-
tiam ſubmouere grauamina, vt ab ipſis cognoſcatur effectibus, Apoſtolicam Sedem non minus* E
*ſtudioſè prodeſſe ſingulis, quàm præſit generalitèr vniuerſis. Sanè dudum fel. recor. Sixtus Pa-
pa Quartus Prædeceſſor noſter numerum Aduocatorum Conſiſtorialium ad decem (Aduocatorū
filijs, & Romanis Ciuibus dumtaxat exceptis) primò per quaſdam, & deinde per alias ſuas Li-
teras ad duodecim Aduocatos dumtaxat ſine exceptione prædicta reduxit; volens, quòd dum
de recipiendis nouis Aduocatis ageretur, etiam pluribus petentibus ſe admitti, cæteris paribus,
Aduocatorū filij, & Romani Ciues alijs præferrentur, prout in ſingulis literis prædictis plenius
continetur. Cum autē, ſicut accepimus, dilecti filij Hector de Fliſco Ianuenſis, & Balionus de Ba-
lionibus noſtræ Peruſinæ, ac Ricchus de Ricchis Senenſis Ciuitatum Ciues, V. I. Doctores, &*

Aulæ

LXIII.

A *Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocati extra Romanam Curiam per aliquod tempus permanſerint,*
& permaneant de præſenti; Nos, ne ob illorum tam diuturnam abſentiam proſequentes litigia
in eadem Curia detrimentum patiantur; prouidere volentes, Motu proprio, non alicuius No-
bis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra liberalitate literas poſteriores præ-
dictas Prædeceſſoris præfati, ac in illis contenta quæcumque authoritate Apoſtolica, & ex certa
noſtra ſcientia approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere; ac eoſdem nunc, & pro tem-
pore exiſtentes Aduocatos Conſiſtoriales noſtros, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis non
fictos, ſed veros, & indubitatos familiares continuos commenſales fore, & nominari, ac vt tales
in omnibus tractari decernimus. Et ſi contingat in poſterum aliquem ex filijs Aduocatorum eo-
rundem, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, pro ſui receptione in Aduocatum ſeruatis ſeruan-
dis diligentiam facere, & vt admittatur, inſtare, talis Aduocati filius, eo prætextu, quòd nul-
lus de numero deſit, aut quòd eius pater ſuperſit, reijci, & excludi non poſſit, dummodo aliàs
B *moribus, ſcientia, & ætate, ac alijs opportunis qualitatibus ad ſui receptionem in tam digno Col-*
legio idoneus, præuio ſolito proceſſu, ac diligenti examine, reperiatur; qui poſt ſui receptionem
ſupernumerarius Aduocatus exiſtat, voce careat, & emolumentis in Collegio eorundem Aduo-
catorum, vſquequo genitor eiuſdem deſit, in cuius locum illicò ſubintret, & numerarius efficia-
tur: interim tamen poſſit omnia alia, quæ poſſet, ſi numerarius foret. Eiſdem motu, ſcientia,
& authoritate ſtatuimus, & ordinamus, ac volumus, dilectos filios Ludouicum de Albertonibus
Legum, & Dominicum de Iacobatijs Decretorum, necnon qui Decani eorundem Aduocatorum
filius, ac Literarum Apoſtolicarum Scriptor, & familiaris noſter exiſtit, Magiſtrum Paulum
de Planca I.V.D. Ciues Romanos ad ipſius Aduocationis Officium recipi, ac Officium ipſum Ad-
uocationis perpetuò exercere, quos Nos tenore præſentium admittimus, & recipi mandamus, nõ
obſtantibus literis Prædeceſſoris, quibus per præmiſſa quoad numeri taxationem, & quæcumque
C *alia in eis contenta aliàs non intendimus derogare, ac mandatis de recipiendo, & admittendo*
aliquos alios Aduocatos Conſiſtoriales, quæ a prædicto Sixto Papa Quarto Prædeceſſore noſtro, &
a Nobis etiam motu, & ſcientia ſimilibus emanarunt, quibus, illorum tenorem, ac ſi de verbo
ad verbum inſereretur præſentibus, pro expreſſo habentes, nominatim, & ſpecificè derogamus,
cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ approbationis, decreti, ſtatuti, ordi-
nationis, voluntatis, admiſſionis, mandati, & derogationis infringere &c. Si quis autem &c.
Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1485. ſeptimo Kal. Februarij. Pon-
tificatus noſtri anno ſecundo. Hìc obitèr prænotandum quoad numerum Aduocatorum
Conſiſtorialium, in errorem incidiſſe Lælium Zecchium in ſuo opere de Republica Ec-
cleſiaſtica, cap. 17. & Fragoſium in ſuo tractatu nuper euulgato de regimine Reipublicæ
Chriſtianæ, in diſp. 13. de Aduocatis, dum ſcripſerunt, decem Iuriſconſultos excellen-
D tiſſimos a Papa eligi, qui facta de eis ſolemni experientia, cauſas in Conſiſtorio agunt,
ad quas alij admitti non poſſunt &c. niſi dicamus, eoſdem cum Veſtrio in praxi Romanæ
Curiæ lib. 2. cap. 18. & cum Tholoſano in ſyntagmat. iur. par. 3. lib. 49. cap. 6. idem ſcri-
bentibus in errorem incidiſſe: conſtat enim ex relata Conſtitutione, vſque a Sixti Quar-
ti Pontificatu Aduocatorum ſacri Conſiſtorij numerum duodenarium eſſe ſtatutum; ta-
liſque viget. Sed ad Coronatum noſtrum redeat calamus. A Paulo de Angelis in deli-
neatione Baſilicæ Liberianæ lib. 3. cap. 7. in cathalogo Canonicorum eiuſdem Baſilicæ
deſcribitur *Paulus Coronatus de Planca Conſiſtorialis Aduocatus Canonicus anno 1486. velut*
in Archiuio. Et inferius. *Antonius Coronatus de Planca Canonicus anno 1487. die 18. Mar-*
tij ex reſignatione Pauli Coronati de Planca. Anno ſalutis humanæ recurrente 1492. die
5. Decembris in tertia Pontificali Aula Ducis Mediolanenſis Oratores obedientiam Ale-
E xandro Papæ Sexto exhibuerunt, & in eadem Paulus Planca Conſiſtorialis Aduocatus
Commiſſionem propoſuit: iterum propoſuit die 21. eiuſdem menſis, & anni, dum in pu-
blico Conſiſtorio Fridericus de Aragonia, ſeptemque alij Oratores nomine Ferdinandi
de Aragonia Siciliæ Regis debitum hoc obſequium reddiderunt: tum die 19. Decembris
1496. in Conſiſtorio conuocato pro pileo tradendo Cardinali Capuano: denuò die 12.
Decembris 1497. dum Pontifex Cardinalis Hippolyti Eſtenſis capiti coccineum pileum
Conſiſtorialitèr ſuperimpoſuit: iterum die 22. Ianuarij 1500. quo in prima Palatij Aula
Oratores Ioannis, & Catherinæ Regis, ac Reginæ Nauarræ &c. ipſi Pontifici Alexandro
Sexto obedientiam præbuerunt: eundem denique propoſuiſſe conſtat die 14. Martij 1502.

dum

dum purpureo galero in publico Conſiſtorio Cardinalis Amanteus de Albreto Gallus ab A
ipſo Pontifice condecoratus fuit, teſte Burchardo in Diarijs. Anno 1494. inteſuit refor-
mationi Statutorũ Vrbis, vt infra in Laurentio de Caſarellis. In ijſdem Burchardi Ephe-
meridibus mentio de ipſo Paulo habetur in publicis Antonij Flores, Rotæ Auditoris ele-
cti, diſputationibus arguente: integrum illius Authoris fragmentum ad rem recenſebo.
*Die 12. Martij 1494. R. P. D. Antonij Flores Secretarius Apoſtolicus, Prothonotarius, inter
Auditores Rotæ in locum Reuerendiſſimi D. Cardinalis Alexandrini recipiendus, Romæ in Eccle-
ſia S. Euſtachij ab hora vigeſima, vel circa in treſdecim Reuerendiſſimorũ Cardinalium, & mul-
torum Prælatorum præſentia, & Auditorum Rotæ, ac aliorum Curialium diſputauit, & repe-
tijt c. 2. de maior. & obed. & contra Concluſiones infraſcriptas arguerunt DD. Guillelmus de
Perecijs* (Peterijs) *Franciſcus Breuius, Petrus de Accoltis, Achilles de Graſſis, & Dominicus
de Iacobatijs Auditores Rotæ, & D. Paulus de Planca Aduocatus Conſiſtorialis. Concluſiones
verò fuerunt per huiuſmodi Cedularum affixionem in locis ſolitis per Vrbem affixæ. Antonius B
Flores I. V. D. S. D. N. Referendarius domeſticus 12. præſentis Menſis Martij, quæ erit dies
Beati Gregorij, in Eccleſia S. Euſtachij repetet c. 2. de maior. & obed. ſibi in punctis aſſignatum,
& infraſcriptas Concluſiones defendet.* Nouem ſubnectuntur Concluſiones. Hinc agno-
ſcitur, Aduocatos Conſiſtoriales vetuſta conſuetudine in publicis Auditorum diſputa-
tionibus arguere conſueuiſſe; cui alterum adſtipulatur ipſius Burchardi fragmentum Dia-
rij, vnde liquet, Raguſinum Archiepiſcopum de licentia, & conſenſu Aduocatorum Cõ-
ſiſtorialium argumenta propoſuiſſe. *Die 29. Decembris 1499. venerabilis vir* (ſcripſit
Burchardus) *Ioannes Vannulius Lucenſis I. V. D. electus Auditor Rotæ in locum bon. me. D. Ia-
cobi Draguti electi Mondroſien.* (ſiue Mindonienſis) *Romæ in Eccleſia S. Euſtachij, pulſata
hora vigeſima, in Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium Neapolitani, Olyſipponenſis, Raca-
natenſis, Beneuentani, S. Praxedis, Vrſini, Alexandrini, S. Crucis, Agrigentini, Capuani, Se- C
nenſis, & Farneſij præſentia, ac multorum Prælatorum, & Curialium repetijt c. cum non ab ho-
mine, de iudic. De huius materia nouem Concluſiones firmauerat, contra quas arguerunt pri-
mò R. D. Epiſcopus Nolanus Rector Studij Vrbis Romæ, ſecundò Gubernator Vrbis Romæ, ter-
tiò D. Felinus Epiſcopus Pennenſis vnus ex Auditoribus cauſarum Palatij Apoſtolici Locumte-
nens, quartò D. Dominicus Iacobatius, quintò D. Antonius de Monte Auditores, ſextò D. Ioan-
nes Archiepiſcopus Raguſinus S. D. N. Papæ Referendarius, de licentia, & conſenſu Aduocatorũ
Conſiſtorialium.* Nec mirum; Martinus quippe Quintus in Pontificio Diplomate, anno
1418. promulgato, poſt recenſitas Auditorum ſacri Palatij admittendorum qualitates, &
in publicis diſputationibus peragendas ſolemnitates, hæc ad rem noſtram ſtatuit. *Quodq.
quatuor vltimi ex Auditoribus, & quatuor vltimi ex Aduocatis prædictis* (ſcilicet Conſiſto-
rialibus) *tunc præſentes arguere ſint adſtricti.* Ex iam dictis, nonnullos temporis vetuſtate D
immutatos ritus agnoſco; quòd nempe nouem defendendæ proponebantur legales The-
ſes, modò ſeptem; quòd ſex, & plures contra Concluſiones inſurgebant, hiſce autem
temporibus quatuor; quòd in Diui Euſtachij ſacro Fano diſputationes huiuſmodi perage-
bantur, hoc verò æuo in maiori Palatij Cancellariæ Aula decertatur. At ſi quiſquam ex-
quirat, cur in Templo Euſtachiano a ſacræ Rotæ Auditoribus, ſacri Conſiſtorij Aduoca-
tis, cæteriſq. virtutis alumnis hæc literaria certamina haberentur? en ab Anonymo alla-
tum documentum. *Heus viator, literator optime, heus iuuenis, ſenex diſertus, en tibi alte-
ra? Qui veterum inſtitutorum indagine verſaris, dicis, ſcirem, cur in Diui Euſtachij potius,
quàm locorum alibi de ſcientiarum laudibus in Luca Euangeliſtæ ſolemnitate annua habetur
Oratio, qua ad diſciplinarum ſtudia veluti claſſico quodam ingenui reuocantur adoleſcentes?
curq. literarum agoniſmata inibi tractentur? Doctoratum* (*ſic enim appellant*) *pompalitèr in- E
eant? cur denique actus omnes publici in ea ſolemnitèr celebrentur? Sed nihil eſt, quòd mira-
ri debeas, namcum Diuus Euſtachius & natione, & nobilitate Romanus extiterit, eius ædem,
quæ in medio ferè Vrbis vmbilico ſita eſt, vtpotè omnibus accommoda Romano Gymnaſio, quaſi
Stoam Porticum ſpecioſa Chriſtianorum dicauit antiquitas, vbi Pontificum Diplomata, quas
Bullas vocant, ad Romanæ Academiæ ſalutem, & honorem ſpectantia, tanquam in Archiuio
adſeruari voluit, præſertim hæc Bonifacij Octaui nuper cum Reliquijs in Sacrario eiuſdem re-
perta, quæ in Literatores cæteris omnibus exemptionibus longè vberiora ſunt. Hinc Iulius Se-
cundus Pont. Opt. Max. non ſine Diuino nutu, vt veteres illos hac ipſa in re imitaretur, quaſi*

Tem-

Digitized by Google

LXV.

A *Templum hoc literarum domicilium eſſe approbans, Alexandrum Farneſium & gratis, & lati-*
nis literis dotatum, Cardineiq. choritarum decus, nec non Iacobum Epiſcopum Marſicanum Ar-
chipresbyterum, Cæſarei, Pontificijq. iuris conſultiſſimum huic Templo praeſſe voluit, quibus
curantibus, Capitulum eiuſdem Eccleſiæ, vt ad vniuerſam diſertiſſimorum ſalutem in apertum
prodirent, hac impreſſoria officina tradere non deſiſtit. Paulus ipſe noſter anno 1503. in
Conclaui, in quo Summus Pontifex Iulius Secundus renunciatus fuit, vnà cum alijs ſub-
ſcriptioni, ac iuramento S. R. E. Cardinalium interfuit, quibus nonnullarum conditionũ
obſeruationi ſe adſtrinxerunt: audiamus Burchardum. *Die Mercurij in Feſto omnium Sã-*
ctorum circa horam decimam ſextam D. Ventura Epiſcopus Maſſanus Sacriſta maior Theſau-
rarius Apoſtolicus dixit Miſſam de Spiritu Sancto, cum Oratione de Sede Vacante, cui inter-
fuerunt omnes triginta octo Cardinales: dedi pacem primis tribus in quolibet Ordine, ipſis ſtan-
tibus. Miſſa finita, conſtitui omnibus Cardinalibus locum circa menſam Scrutinij. Reueren-
B *diſſimæ Dominationes ſuæ ordinauerunt, & ſubſcripſerunt capitula, in quibus dicunt, ſe promit-*
tere, iurare, & vouere illa obſeruare ad vnguem, & hoc ita facere: & ipſis annuentibus, acceſſi
ad Neapolitanum, & ſingulos alios cum libellis iuramentorũ, & poſuerunt omnes manus ſuper
libro, iurantes ad ſacra Dei Euangelia, rogantes nos, vt propter hoc conficeremus inſtrumentũ, &
inſtrumenta. Adfuerunt teſtes Domini Venturu Epiſcopus Maſſanus Sacriſta, Paulus de Plan-
ca, Iuſtinus de Caroſijs, Alphonſus Ricenus Aduocati Conſiſt. & Dioneſis Marunus Scriptor Apo-
ſtolicus. Deinde parata menſa pro ſcrutinio, & Calice in Altari, & cæteris, exinimus Capellam,
& clauſimus Conclauiſtas in loco, vbi ſolebant Congregationem facere; fuit autem ſcrutinium
continentiæ ſequentis &c. Interfuit Lateranenſi Concilio, ſub Iulio Secundo celebrato. Vi-
uebat anno 1512. nedum Conſiſtorialis Aulæ, ſed Populi Romani Aduocatus; *Paulus de*
Planca noſtri Conſiſtorij, & ipſorum Conſeruatorum Aduocatus enunciatur a Iulio Secundo in
C ſuis Conſtitutionibus eodem editis anno, altera ſuper diſtinctione iuriſdictionum, & tri-
bunalium Vrbis, altera ſuper redintegratione Populi Romani ad Ciuitatem Tiburtinã, de
quibus poſt Fenzonium ad Statutum Vrbis. De ipſo fit quoque mentio in Conſtitutione
Leonis Papæ Decimi, fauore Populi Romani anno 1513. euulgata, de qua in Bullar. to. 1.
& apud Fenzonium ad Statutum Vrbis. Anno 1517. fideiuſſit cum aliis quamplurimis
fauore Raphaelis Riarij, olim S.R.E. Cardinalis S. Georgij, pro ſua liberatione a carceri-
bus Arcis S. Angeli; ibi *D. Paulus Plancha Aduocatus Conſiſtorialis pro ſumma mille duca-*
torum, quem D. Angelus de Caſis Aduocatus Conſiſtorialis, & Domini Clemens, & Octauius
eiuſdem D. Angeli filij indemnem releuare promiſerunt. Imò ſedente quoque Adriano Sex-
to (qui anno 1521. ad ſublime Diui Petri ſolum euectus fuit) in humanis agebat Paulus,
vt mihi liquet ex recenſendi tenoris documento. *Antonius Petrutius Artium, & Medicinæ*
D *Doctor, Franciſcus Caffarellus, & Iordanus de Serlupis Conſeruatores Cameræ Almæ Vrbis, &*
Iacobus Cintius Prior Capitum Regionum Vrbis Illuſtriſſimo Senatori, ac Iudicibus omnibus Ca-
pitolinis, & alijs Officialibus Vrbis, & perſonis, ad quas ſpectat, ſalutem &c. Multorum relatu
accepimus &c. Idcircò ex decreto in publico, & ordinario Conſilio Populi facto, huiuſmodi nego-
tij cura delegata clariſſimis Doctoribus D. Paulo Planca Conſiſtoriano, & Cameræ Vrbis Aduo-
cato, & M. Salomonio Albertiſco ſimilitèr Aduocato Conſiſtoriano, qui multis vigilijs errata
(Statutorum Vrbis) *emandarunt, ſuperflua, & contraria reſecarunt &c.*

GVILLELMVS RITIVS (alibi Ricij, alibi Reti) Auenionenſis. Conſtat
ex Vaticano Regeſto, Innocentium VIII. mandaſſe Guittoni Otthoma-
no, & Guillelmo præfato, vt inquirerent de quibuſdam Oppidis occu-
patis a Rege Francorum; ibi ad rem noſtram. *Innocentius &c. Dilectis*
E *filijs Magiſtro Guittoni Otthomano Clerico Aretino, Capellano noſtro, &*
cauſarum Palatij Apoſtolici Auditori, & Nuncio, ac Guillermo Reis (ſiue
Reſi) *I. V. D. Auinionenſi Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocato ſalutem,*
& Apoſtolicam benedictionem. Cuiuſque veſtrum fidem, & deuotionem ad
Nos, & Romanã Eccleſiam, literarum quoque ſcientiã, & conſilij maturitatẽ, ſolertiam paritèr,
& diligentiã in commiſſis ſæpius experti, libentèr in præfata Eccleſia opportunitatibus veſtris
vtimur opera, & induſtria, ex quibus non ſolùm ſperati, ſed perſæpe etiam vberiores fructus per-
cipi conſueuerunt. &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Dominicæ Incarnationis 1486.

LXVI.

IOANNES CAMPEGIVS Bononia oriundus,ibiq. Senator; Bartho- A
lomæi, Faccioli Campegij, & Paulæ de Caualcabobus filius. Flo-
ruit clari nominis Iuriſprudens circa redemptæ ſalutis annum 1489
Patauij iura ciuilia publicè profeſſus eſt, vt ipſemet fatetur in huiuſ-
modi ſubſcriptione conſilij inſerti inter cōſilia feudalia Bruni conſ.2.
*Et ita dico,& conſulo Ego Ioannes Campezius Bononienſis I. V. D. Conſi-
ſtorialis Aduocatus,& Padua iura ciuilia ordinariè legens in prima ſede;*
& conſ.11. Alia ipſius conſilia leguntur tom.2. conſ.crim. diuerſor.
conſ.51.& 53. inter conſilia Crot.to.2.conſ.9.& 78.ac inter conſilia vltimar. volunt.lib.1.
conſ.156. & lib.2. conſ.26.99.100. & 104. & inter conſ. Ruin.lib.3.conſ.1. A Ioan. Crot.
conſ.71. lib.1. nuncupatur *conſumatiſſimus Iureconſultus*. conſ. 141. d.lib.1. & 178. lib.2.
excellentiſſimus Iuris interpres D. Ioannes Campegius maior obſeruandiſſimus. A Hieron.
Grat. reſp.8.tom.2. num.21. *inter modernos noſtra ætatis excellentiſſimus I. V. D. Dominus* B
Ioannes de Campegio ſuo tempore maxima authoritatis in omnibus ferè Studijs Italia, in quibus
interpretatus eſt. Ab Hippolyto de Marſilijs conſ.crim.5.lib.1. *Excellentiſſimus I.V.D. Do-*
minus Ioannes de Campegio Præceptor honorandus. De illo ſic Mantua loquitur in opuſc.de
viris illuſtrib. *Iurisperitorum eloquentiſſimus, & eloquentium Iuriſperitiſſimus, qui multo tem-*
pore hic (Patauij nempe, Patria Mantuæ) *docuit, Bentiuolis Bononia imperantibus, quibus a*
Iulio Secundo Pont. Max. poſtea expulſis, in Patriam reuerſus eſt, ibiq. vſque ad ſupremum vi-
ta exitum, vt I.C. ſcribit, eodem interpretandi munere functus eſt: ſcripſit multa in ordinarias
partes matutinas, non edita tamen, qua apud multos manu ſcripta reperiuntur, & præter hac
Tractatus varios, præcipuè De dote, De exactione dotis, & De pactis dotalibus: fuitq. non ſo-
lùm Doctor, & Iuriſconſultus egregius, ac illuſtris, verùm etiam Aduocatus Conſiſtorialis. Petr.
And.Gambar.in tract.de extenſionib. in princ.vol.5.tract.pag.248. *Inſignis præceptor, ac* C
dominus meus Ioannes Campegius legum fons, & lucerna, cui tantum in legibus enodandis na-
tura tribuit, vt qui non illum audieris, adhuc perfectam legalis ſapientia cognitionem deſideret,
neceſſe eſt. Iacobus Philippus Bergomenſis in ſupplem. chronic. anno 1489. *Gioanni*
Campegio per patria Bologneſe, & eſſo della ragione canonica, e de la ciuile monarca, & philoſo-
pho, & di Aleſſandro magno da Imola eccellentiſſ. eſpoſitore de le Legge auditore, in queſta noſtra
etate non ſolamente in Bologna, & in Padoua, oue già gran tempo cō grande moltitudine di ſco-
lari publicamente ha letto, ma per le coſe da quello diligentemente miniſtrate, & per la grande
ſua virtute la noſtra etate è fatta illuſtre, il quale (com' è detto) conciofiacoſache ſia egregiamēte
dotto, ancora eſſo nella ſua facultà ha ſcritti molti egregij commentarij, & trattati, per li quali il
ſuo nome alli ſucceſſori ha fatto manifeſto &c. Marcus Guazzus in chron. *Per patria Bologneſe,*
filoſofo, di ragione canonica, e ciuile gran Dottore, e l'vno de' primi di queſto tempo, fu Giouan-
ni Campegio, d'Aleſandro da Imola eccellentiſſ. eſpoſitore; leſſe con publico, & honoratiſſimo D
ſalario in Padoua, & in Bologna con gran numero d'auditori. Scriſſe queſto Giouanni molti de-
gni commentarij, trattati, e conſigli, che ſono veri teſtimoni della dottrina, & ingegno ſuo. An-
gelus Portenarius in hiſt.Patauin.lib.7.cap.4. *Giouanni Campeggio da Bologna Leggiſta pre-*
clariſſimo, & Oratore facondiſſimo, il quale fu padre di Lorenzo Campeggio Cardinale, è ſtato
Lettore famoſo di ragion ciuile in Bologna, Pauia, & in Padoua. Valerius Rincrius in opere
manuſcripto,de quo ſup. *Giouanni di Bartolomeo Campeggi, e di Paola della nobiliſſima Fa-*
miglia de' Caualcabuoi di Bologna nacque l'anno 1448. e dell'anno 1470. preſe il Grado Detto-
rale. Fù marito di Dorotea Tebaldi da Milano, la qual morta, andoſſene à Roma, doue fu dal
Ponteſice fatto Auuocato Conciſtoriale. Morì nel Monaſterio di S.Benedetto alli 30. di Settembre
nell'anno 1511, eſſendo vno del numero del Regimento della ſua Patria. Alidoſius de Iuriſcō- E
ſultis Bononienſib.pag.121. *Giouanni di Bartolomeo Dott. de' Campeggi 1470. Era nel Colle-*
gio de' Giudici, nel ciuile, e nel canonico. Nelle ſcritture era chiamato eccellentiſſ. e conſumatiſſ.
& Monarca Iuriſconſulto. Fu diſcepolo d'Aleſſandro da Imola in Bologna, e di Franceſco Are-
tino in Piſa; & di queſto tempo, che non era anco addottorato, leſſe nello Studio di Pauia die-
ci anni con buona prouiſione. L'anno 1483. andò à leggere nello Studio di Padoua, oue
ſtette cinque anni; poi venne alla ſua Patria, e vi leſſe due anni; ritornò poi à Pado-
ua, doue era concorrente di Iaſone, & in capo à cinque anni fu confermato per altri cin-
que anni, con prouiſione di mille ſcudi l'anno; e quando la detta ſeconda volta vi ritor-

nò,

A *nò, fu incontrato da' Magiſtrati, e da tutto quel Studi con molte allegrezze. Del 1505. fu richiamato à leggere nella patria, e l'anno ſeguente fù creato Senatore. Hà in ſtampa Trattati de Dotibus, Statutis, Teſtibus, & Conſegli: o manoſcritto ſi tronano Queſtioni, e Letture ſopra la prima, e ſeconda parte del Codice, e ſeconda dol Digeſto vecchio. Morì l'anno 1511. à 30. di Settembre in Mantoua.* Idem in Appendic. *Giouanni Campeggi 1470. Fu Auuocato Conciſtoriale, & Ambaſciatore à Papa Giulio Secondo. Nell' Epitaſi del Caualier Caſia è queſto ſua.*

Il Campeggio, che delle Leggi il vanto
Hebbe in lettura, circolo, o conſiglio,
Profeta non fù accetto, ondo in eſiglio
Andò, e morì nella Città di Manto.

Petrus Creſcentius de nobilit. Ital. par. 2. narrat. 9. cap. 1. *Giouanni fratello del Veſcouo*
B *Campeggi, & anch'eſſo figliuolo di Paola Caualcabò, hebbe per precettori nelle leggi l'Imola, e l'Aretino celebratiſſimi Giureconſulti, nè addottorato ancora, fu inuitato da Piſani, e Paueſi alla Lettura publica, con ſalario honoreuole, e priuilegi: leſſe in Pauia dieci anni, ſi acquiſtò titolo di famoſiſſimo, dottiſſimo, eloquentiſſimo Giureconſulto. Mantenne nella Patria contra de' Bentiuogli la fazione di S. Chieſa; e il luogo del Senato, che da quelli gli fu leuato, glie lo reſtituì Papa Giulio Secondo. Battiſta Pio così ne ſcriue. Ipſe inter cæteros Iuriſconſultos tanquam Iuppiter inter Deos dicendi facultate, & copia eminebat. Molti anni leſſe in Padoua à concorrenza di Bartolomeo Soccini, e di Giaſon del Maino. Auuenne, che accreſcendo i Venetiani il ſalario al Soccini, ed'al Maino, e non à lui, ſdegnato ſi dipartì da Padoua, e con molti ſcolari, che lo ſeguiro, ſen ritornò alla Patria, quiui inuitato da Bologneſi. Alla fine da i Venetiani con honori più degni della ſua rara virtù vn'altra fiata inſtantemente richieſto, ripi-*
C *gliò il camino alla volta di Padoua, doue da i Preſidenti dello Studio con tutta quanta l'Vniuerſità Padouana venne incontrato ſin fuori della porta, e con publichi applauſi quaſi in trionfo condotto alla ſua caſa. Afferma il gran Sabellico, nulla hominum memoria Profeſſorem honorificentiùs acceptum Patauinã Ciuitatem vidiſſe. In Bologna altresì già molto vecchio hebbe ſtipendio di ſcicento ducati l'anno, prouiſione, che mai più per l'auanti ſi era data ad alcuno publico Profeſſore di Giuriſprudenza. Scriſſe diuerſi libri, e di già alcuni ſi leggono alle ſtampe.* Præter Tractatum *De dote, dotis conſtitutione, & priuilegijs eius*, Tractatus quoque *De conſenſu præſtando in contractibus mulierum; De Statutis; ac De Teſtibus;* mirificè conſcripſit.

Ex ipſo Ioanne ortus eſt anno 1474. Laurentius Campegius, qui Patauij, & Boniæ vnà cum genitore Iura docuit: fuit inter ſacræ Romanæ Rotæ Auditores adſcriptus, deinde Feltrenſis Epiſcopus renunciatus, denique a Decimo Leone Vaticana Purpura do-
D natus: quamplures Legationes obiuit: acerrimus vixit Apoſtolicæ Sedis defenſor, & conſeruator: nonnulla conſcripſit, potiſſimùm *Aduerſus ſui temporis hæreticos. Reformationem Cleri Germaniæ. Epiſtolas:* ſi plura ipſius præconia, muniaque perquiris, perlege fuſiſſimè conſcripta a Garimberto, Sandero de ſchiſmate Anglicano, Mantua de viris illuſtribus, Sigonio de Epiſcopis Bononienſibus, Ciaconio, & Addentibus in vita illius, Creſcentio de nobilit. Ital. narrat. 9. cap. 4. atque Vghello in Italia ſacra de Archiepiſcopis Bononienſibus, & Epiſcopis Sabinenſibus. Legitimus Laurentij filius vixit alterum Purpuræ decus Alexander Campegius, qui primùm Apoſtolicæ Cameræ Clericus, & Decanus, Bononiæ deinceps Epiſcopus, Auenionenſis Vicelegatus, tandem a Iulio Tertio anno 1551. Cardinalis creatus: laudarunt Alexandrum Sigonius de Epiſcopis Bononienſibus, Ciaconius, Addenteſque in illius vita, & Vghellus in Italia ſacra
E de Archiepiſcopis Bononienſibus. Ex eadem nobili Bononienſi Proſapia quatuor prodierunt Epiſcopi, qui ſacroſancto Tridentino Concilio interfuere, nempe Ioannes Campegius Alexandri Cardinalis Conſobrinus Parentinus Epiſcopus, deinde Bononienſis, Pontificius apud Coſmum primum Florentinorum, ac Senenſium Ducem, & ad Philippum Secundum Hiſpaniarum Regem Nuncius, de quo plura apud Sigonium de Epiſcopis Bononienſibus. Thomas Epiſcopus Feltrenſis, Ioannis filius, vir doctiſſimus, auctor (vt opinor) Tractatus *De Annatarum inſtitutione, & earum definitione. De authoritate ſacrorum Conciliorum. De Beneficiorum commendis. De Beneficiorum pluralitate. De beneficiorum reſeruationibus. De coadiutore Epiſcoporum. De Epiſcoporum reſiden-*

nia, *An Papa poſſit dirimere matrimonium ab hæreticis contractum*. *An Papa poſſit incurrere labem ſimoniæ*. *De penſionibus*. *De regreſſuum reſeruatione*. *De reſeruatione omnium* A
fructuum. *De vnionibus Eccleſiarum*. *De officio Principis Chriſtiani in Eccleſia*. Ioannes
Baptiſta Alexandri frater, Epiſcopus Maioricenſis. Marcus Antonius demum, Thomæ,
ac Laurentij Cardinalis germanus frater, Groſſeti Præſul. Vixere Hieronymus Campegius, anno 1516. Parentinus Antiſtes. Philippus Maria Coadiutor primùm, deinde
Epiſcopus Feltrenſis. Camillus Campegius (Papienſis tamen) anno 1568. a Pio Quinto Sutrinus Epiſcopus creatus, qui Concilio quòque Tridentino interfuit, quique Tractatum Zanchini Vgolini, de hæreticis inſcriptum, *Additionibus* aureis locupletauit. Alter Laurentius Campegius Conſiſtorialis Aduocatus, anno 1582. Ceruienſi Eccleſia nobilitatus, de quo infra. Tertium denique Laurentium Campegium Bononienſem noſtra
hæc vidit ætas, plurimarum Eccleſiaſticæ Ditionis Vrbium, & Prouinciarum Moderatorem, ſacræ Congregationis Epiſcoporum, Regulariumque Secretarium, Epiſcopum B
Cæſenatenſem, deinde Senogallienſem, in Hiſpaniam denique Apoſtolicum Nuncium,
de quo multa apud Vghell. in Italia ſacra de Senogallien. Epiſcop. Ex eadem prodiere
Ioannes Campegius, qui conſcripſit *Cathalogum librorum Galeni Pergameni, & quo hi ſint ordine legendi*. Symphorianus Campegius, qui *De Archiepiſcopis Lugdunenſibus*, & *Hiſtoriam Lotharingiæ*, edidit. Symphorianus (forſan idem) Campegius Lugdunenſis, qui
euigilauit *Practicam in medicina*. *De omnibus febrium generibus*. *Hortum Gallicum*. *Analogiam medicinarum Indarum, & Gallicarum*. *Campum Elyſium Galliæ amænitate refertum*. *Speculum Medici Chriſtiani*. *De theriaca Gallica*. *Periarchon, ideſt de principijs vtriuſque Philoſophiæ*. *De Dialectica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Aſtronomia, Muſica, Philoſophia naturali, Medicina, & Theologia*. *Categorias medicinales in libros Demonſtrationũ Galeni*. *Clyſteriorum Camporum ſecundùm Galeni mentem, libellum*. *De Phlebotomia*. *Vi-* C
tam Meſuæ. *Vitam Arnoldi de Villanoua*. *Cribrationem, limam, & annotamenta in Galeni, Auicennæ, & Conciliatoris opera*. *Annotamenta, errata, & caſtigationes in Auicennæ, & Petri Apponenſis opera*. *Gallicum Pentapharmacum*. *Symphoniam Galeni ad Hippocratem, Celſi ad Auicennam cum Clyſteriorũ Campis*. *Symphoniam Platonis cum Ariſtotele, Galeni cũ Hippocrate*. *Hippocraticam philoſophiam*. *Caſtigationes Pharmacopolarum, ſiue Apothecariorũ, ac Arabum Medicorum*. *De corporum, animorumque morbis, & eorundem remedijs*. *De claris medicinæ Scriptoribus veteribus, & recentioribus*. *De roſa Gallica*. *Margaritam pretioſam de medici, atque ægri officio*. *Speculum, ſiue epitome Galeni*. *Medicinæ propugnaculum*. *Galeni vitam*. *Paradoxa in artem paruam Galeni*. *Cribrationes medicamentorum ferè omnium*; aliaq. vix innumera. Annibal Campegius Papienſis, Iuriſconſultus, & eruditione
ſingulari refertus; ſcriptioni deditus, ſuæ doctrinæ monumenta reliquit. *Nomicopoliticus* D
Com. in quatuor priores titulos Pandectarum. *Amor Vernalis, luſus Vernus*. *Cicada, luſus Eſtiuus*. *Admonitio ad Criticos, & Antiquarios, luſus Autumnalis*. *Nox, ſeu de origine prouerbij, luſus Hiemalis*. *Icon B. Alexandri Saulis Papiæ Epiſcopi*. *Satyricon de Regimine Principum*. *Carmina*. *Epiſtolas*. *Nouelle due nello ſtile di Gio. Boccaccio*. *Diſcorſi Accademici*. Rodulphus Campegius Bononienſis, Duciæ, ac Tuſcanellæ Comes, vir eruditiſſimus, vt ipſius impreſſa opera indicant, præcipuè *Le lagrime di Maria Vergine, Poema Eroico*. *Encomi di Maria Verigne di Regio*. *Dell'Imagine di Maria Vegine dipinta da S. Luca*. *Delle Poeſie parte prima, cioè l'Opere Liriche*. *Delle Poeſie parte ſeconda, cioè l'Opere Drammatiche*. *Il Filarmindo, Fauola Paſtorale*. *Il Tancredo*. *L'Italia conſolata, Epitalamio nelle nozze del Prencipe di Piemonte con Madama Reale di Francia*. *La Naue, Panegirico al Sommo Ponte-*
fice Gregorio XV. *Il Racconto de gl'Eretici Iconomiaſti giuſtitiati in Bologna l'anno 1622.* cæ- E
teraq. eleganti ſtilo deſcripſit. Benedictus Campegius Bononienſis, author Poematis inſcripti *Italido*. De ipſa Campegia Gente quid addam? Clariſſima ſemper floruit, Summis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, ſummoperè chara, & ab iiſdem mirificè decorata, vtq. verbis Stephani Ioanninenſis vtar, nobiliſſima Purpuratorum, ac digniſſimorũ Præſulum habita ſemper fuit Seminarium. Plura de Familiæ ſplendore apud Creſcentiũ de nobilit. Ital. par. 2. pag. 395. & ſeqq. vſque ad 415.

IOAN-

LXIX.

A IOANNES BAPTISTA CACCIALVPVS de Sancto Seuerino in Agro Piceno, licèt Valentinus Forſterus in hiſtoria iuris ciuilis Romani Bononienſem ſcripſerit, Floruit Doctor præſtantiſſimus. Anno 1441. Iuri Cæſareo ſe totum addidit. Ioannis Petrucij, & Angeli de Periglis, vnà cum Ludouico Pontano, & Petro Philippo Corneo, fuit diſcipulus. In Senenſi Vniuerſitate Iuris ciuilis ordinariã Cathedram tenuit. Anno 1468. Senis degebat, vt ex authentico documento, ibi; *præſentibus clariſſimo Iuriſconſulto D.Io.Bapt. de Caccialupis de S.Seuerino Iudice Reformationum magnificæ Communitatis Senarum &c.* Die 12. Ianuarii 1486. in publico Conſiſtorio, conuocato pro obedientia Oratorum Regis Scotiæ, Commiſſionem propoſuit: iterum die 4. Februarij 1487. occaſione obedientiæ Oratorum Maximiliani Romanorum Regis: ac tertiò die 12. Decembris 1492. in tertia Pon-
B tificali Aula, in qua Alexandro Papæ Sexto quatuor Reipublicæ Ianuenſis Oratores obedientiam exhibuerunt. Scripſit *Repetitiones* quamplurimas in Digeſtum, & Codicem; præcipuè *ad l.omnes populi, ff. de inſt. & iur. l.diem functo, ff.de offic. adſeſſor. l. Imperium, l. iubere caueri, ff. de iuriſd.omn. iudic. l.in hac, ff.de cond.tritic. l.ſi vt certo, §.ſi duobus vehiculũ, ff. commod. l.admonendi, ff.de iureiur. l.frater a fratre, ff.de cond.indeb. ad l.1.C.de ſum.Trinit. l.precibus, C.de impub.& alijs ſubſtit. l.ſi qua illuſtris, C.ad S.C.Orfic.* Tractatus quoque edidit *De Aduocatis. De debitore ſuſpecto, & fugitiuo. De pactis, & conſtituto. De tranſactionibus. De feudis. De ludo. De penſionibus. De vnionibus Eccleſiarum, & Beneficiorum De modo ſtudendi in vtroque iure. Defenſorium iuris. Diſputationes* quatuor, inter ipſum, & Bartholomæum Socinum ventilatas. Aliquando conſuluit, vt conſtat ex 1. vol. conſilior. Socin.ſen. conſ.150. & conſ.152. inter conſilia Corn. conſ.298. lib.3. inter conſilia
C crimin. diuerſor. tom.1. conſ. 92. inter conſilia Crott. volum.3. conſ. 417. *Ego Io. Bapt. Caccialupus de Comitibus de Traſchia de S.Seuerino I.D. Comes, & Aduocatus Conſiſtorialis.* & in calce Commentar. in Infort. Barthol.Soc. fol. mihi 324. A Fichardo in vita Petri Philippi Cornei appellatur Caccialupus *clariſſimus vir*: ab eodem Corneo conſ.61. 119. & 291. lib.1. *famoſiſſimus Doctor D.Io.Bapt.Caccialupus*, conſ.67. & 106. lib.2. conſ.217. lib.3. *clariſſimus iuris vtriuſque vertex*. A Barthol. Socin. in l.ſi quis arbitratu, ſub num. 27. ff. de verb.oblig. *& ſubſcripſit ſe inſignis Doctor, & Præceptor meus D.Io.Bapt. de S.Seuerino in præſentiarum primus Aduocatus Conſiſtorialis*. Ab Hippol. Marſil. de bannit. in verb. ſententia, num.30. *inſignis Doctor, & ſolemnis D.Io.Bapt. Caccialup.* A Vinc. de Franch. deciſ. Neap. 573. *Caccialup. fuit Aduocatus Conciſtorialis, vt dicit Coſta in loco prædicto, & vir doctiſſimus appellatur a Grauatio in vita Alex. prout ita refert Capriola vbi ſup.* A Gig. de pen-
D ſion. q.53. & 56. *Caccialupus ſolemnis Doctor*. Ab anonymo *famoſiſſimus I. V. D. Io.Bapt. de Gazalupis de S.Seuerino Aduocatus Conſiſtorialis Rotæ, & Palatij Apoſtolici*: & alibi *clariſſimus, ac toto terrarum Orbe celeberrimus I.C. Dominus Io.Bapt. de Caccialupis*. A Sebaſtiano Brant in quadam elegiaca commendatione *celeberrimus I. V. D. eximius, ac doctiloquus vir*. A Grauatio in vita Alexandri Tartagnæ *doctiſſimus Io. Bapt. Caccialupus*. Ab Alexandro Tartagna conſ.2. lib.3. in princ. *excellentiſſimus Iuriſconſultus D. Io.Bapt. de Caccialupis de S.Seuerino mihi pater obſeruandus*. A Ludouico Gomeſio ad reg. Cancellar. in reg. de valore exprimen. q.4. *Io.Bapt. de Caccialupis quondam Aduocatus celeberrimus*. A Crotto conſ.131. lib.1. *eximius Doctor D.Io. Bapt. de S.Seuerino olim primarius Aduocatus Conſiſtorialis*. Ab Ant. Maſſa Galleſ. in tract. de exercitat. Iuriſperitor. lib.2. num.75. *Doctor ille ſincerus Ioannes Baptiſta Caccialupus*, & M. Mantua in memoral. titul. de Iuriſperit. inter
E clari nominis Togatos deſcribitur.

In Ciuitate Bononiæ eadem Familia viguit, è qua præ cæteris prodijt Ludouicus de Gazalupis, anno 1455. ſucceſſor in Officium Senatoris Vrbis, quod Aaron Cibo dimiſerat.

ANGE-

LXX.

ANGELVS CÆSIVS Romanus,Petri Senatoris Vrbis,& Brigittæ Areæ A
Narnienſis filius. E Franciſcina Cardula ipſius coniuge duodecim
ſuſcepit liberos, quatuor præcipuè fama ſuperſtites; Paulũ, ſeu Paulũ
Aemilium, Fridericum, Veſpaſianum, ſeu Lucidum Veſpaſianum, &
Octauium Maximilianum. Paulus iuris ſcientia clarus, Prothonota-
rius Apoſtolicus, Cancellariæ Regens, demum S. R. E. Cardinalis vi-
xit, mortalium vitam anno 1537.ætatis ſuæ quinquageſimo ſexto de-
ſeruit. Fridericus Iuriſta eximius, Epiſcopus Tudertinus, ſacræ de-
nique Purpuræ honore inſignitus claruit; obijtq. anno 1565. ætatis ſuæ ſexageſimo quar-
to: ipſorum cadauera in Liberianæ Baſilicæ Cæſiorum Sacello, ab ipſo Friderico conſtru-
cto, tumulata, ſepulchralibus additis inſcriptionibus, requieſcunt: vtriuſque præconia
apud Ciaconium, & Vghellum percurrere libet. Veſpaſianus, tertius Angeli filius, inter
Conſiſtoriales Aduocatos ſedit, de quo infra. Octauius Maximilianus, Epiſcopatu Cer- B
uienſi inſignitus, genitori, familiæq. decus addidit. Pluriès in Burchardi Diarijs de An-
gelo noſtro habetur mentio. Die ſcilicet 21. Decembris 1492. Commiſſionem in publi-
co Conſiſtorio proponente, in quo Fridericus de Aragonia, ſeptemque alij Oratores pro
Ferdinando de Aragonia Siciliæ Rege Alexandro Papæ Sexto obedientiam dedere. Die
19. Ianuarij 1495. in Conſiſtorio non abſimili, in quo ipſemet Franciæ Rex obedientiam
Pontifici pollicitus fuit. Die 19. Decembris 1496. in traditione Pilei Cardinali Capuano,
Die 11. Decembris 1503. in tertia Palatij Vaticani Aula, in qua Oratores quatuor Ducis
Ferrariæ Iulio Papæ Secundo obedientiæ debitum perſoluerunt. Interfuit die 6. Martij
1504. veluti Auditoris Cameræ Locumtenens, vnà cum ipſo Auditore, Vrbiſque Senato-
re, degradationi (quam vocant) cuiuſdam Presbyteri, qui Cardinalem S. Angeli (Ioannẽ
Michaelium Venetum) veneno ſuſtulerat. Iulio Secundo regnante, Concilio Latera- C
nenſi, vnà cum alijs quatuor Aduocatis, interfuit. In Conſiſtorio habito die Lunæ 4.
Aprilis 1518. pro referendo inter Cœli Ciues Beatum Franciſcum de Paula, illius mores,
ac geſta luculentèr recenſens, perorauit. Tandem anno Dominicæ Natiuitatis 1528.
mortalitatis tributum pendit. Romæ cernitur in Templo Diuæ Mariæ de Pace, non mi-
nus penicillo, quàm ſcalpro Sacellum elegans, ſub inuocatione SS. Annunciationis, e
Friderico Card. Cæſio (alij ab ipſomet Angelo, ſiue à filio, iuſſu paterno, aſſerunt) ex-
tructum, exornatum, atque dotatum: ibi duo lateralia extant eiuſdem ſtructuræ marmorea
ſepulchra, Angeli noſtri alterum, alterum Franciſcinæ Coniugis: conſpicitur in primo
lapideum illius ſimulachrum, ſolemni Aduocati Conſiſtorialis toga indutum (habet hæc
manicas laxiores, quæ temporibus hiſce nequaquam deferuntur) ſupra Sarcogaphum
extenſum, capite dexteræ ſuperimpoſito requieſcens, ſiniſtra papyrium inuolutum tenens, D
& voluminum ſupellectile redimitum: in huiuſmodi honorarij tumuli marmorea baſi hoc
ſculptum legitur epitaphium.

D. O. M.
ANGELO CAESIO
PETRI ITERVM SENATORIS VRBIS
FILIO
ADVOCATO CONSISTORIALI PRIMARIO
PAVLI ET FEDERICI CARDINALIVM E
PATRI
FEDERICVS FILIVS CARDINALIS
POSVIT
VIXIT ANNOS LXVI. MENSES IIII. DIES IX.
OBIIT ANNO SAL. MDXXVIII:
DIE VI. FEBRVARII.

Coniugis

Digitized by Google

LXXI.

A Coniugis monumentum è conſpectu collocatum eadem induſtria elaboratum extat, ipſa ſuper leuam capite impoſito quieſcente: huiuſmodi verba ſcalprum in baſi inſculpſit.

D. O. M.
FRANCISCINAE CARDVLAE
ANGELI CAESII VXORI
CATAMELATAE VENETORVM EXERCITVS IMPERATORIS
NEPTI
CARDINALIVM MATRI
FEDERICVS FILIVS CARDINALIS
B POSVIT.
VIXIT ANNOS LVII. MENSES II. DIES XI.
OBIIT ANNO SAL. MDXVIII.
DIE XV. APRILIS.

Sacellum hoc bini quotidiani Sacrificij oneri ex Angeli diſpoſitione ſubiacet. In manuſcripto nequaquam ſpernendo hæc de Angelo noſtro perlegi. *Et quod aliqui dicunt, quòd Officium Cancellariatus accepit incrementum, & auxit dignitatem a tempore, quo fuit Cancellarius D. Angelus de Cæſis propter ſuæ perſonæ auctoritatem, & non antea, respondetur,*
C *quòd cum Innocentius Octauius Genebram Cibo ſororis filiam dediſſet vxorem Mario Mellino, vt affinem ſuum maximè honoraret in Ciuitate ſua, creauit Cancellarium Vrbis, & Senatus, & Populi Romani: atque itidem cum Alexander Sextus dediſſet neptem ſuam vxorem Petro Mattucio* (forſan Matteio) *vt ſequeretur veſtigia ſui Prædeceſſoris, ſimilitèr creauit illum Vrbis Cancellarium.* At quoniam hiſce exaratis, incidi in plumbatum Leonis Decimi Diploma (alijs forſan ignotum) quo communis ſcribentium opinio refellitur, aſſerentium, Iulium Mediceum (deinde Clementem Septimum) fuiſſe illegitimo complexu prognatum, illius tenorem ex integro attexendum duxi, tum vt id, quòd vno calamo, ſcripſerunt Hiſtorici, interturbetur, tum vt Angeli noſtri Cæſij intima cum Iulio familiaritas innoteſcat: en verba. *Leo Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Ad Romanum Pontificem in primis pertinet non ſolum Saluatoris Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſingulas*
D *actiones, quæ ad noſtram ſunt inſtructionem, verùm etiam eius verba, quæ non abſque profundi ſenſus miſteri o protulit, quiq. dixit, Ego ſum lux Mundi, quæ pulſis ignorantiæ tenebris, veritate præuia, per rectam iuſtitiæ ſemitam cuncta ducit, imitari. Quocirca Nos eiuſdem Saluatoris noſtri, licèt immeriti, vices gerentes in terris, ac in Sede iuſtitiæ Diuina diſpoſitione locati, ex debito Paſtoralis officij, vt quarumcumque perſonarum ſtatus, & conditio, prout decet; æquo libramine penſitentur, & vnicuique ſuum tribuatur ius, curare tenemur, & comperta veritate, declarationis oraculo clara, & plana facere, vt exinde erronea opinione, & contraria fama ſublatis, omnis dubietatis fomes remoueatur. Cum nuper fide dignorum relatione perceperimus, quòd dilectus filius Iulius electus Florentinus, quem hactenus de quondam Iuliano de Medicis Ciue Florentino ſecundùm carnem Patruo noſtro, ac Floreta Antonij muliere Florentina tunc in humanis agentibus, genitus, defectum natalium pati reputatum, ſecumque*
E *tanquam defectum huiuſmodi patiente, in prouiſionibus Beneficiorum ſibi factis per Prædeceſſores noſtros, & per Nos, cum nuper de Perſona ſua Eccleſiæ Florentinæ tunc certo modo vacanti prouidiſſemus, ipſumque illi præfeciſſemus in Archiepiſcopum, & Paſtorem, vt illi præeſſe poſſet, diſpenſatum fuit, quòd in veritate ex legitimo matrimonio inter eoſdem Iulianum, & Floretã, per verba legitime de præſenti contracto, & carnali copula conſumato, procreatus erat, ac quòd aliqui ex teſtibus, qui tunc, quando matrimonium huiuſmodi inter eos contractum fuit, præſentes fuerant, adhuc viuebant. Nos ne erronea huiuſmodi, & vaga fama veritati noceat, in Conſiſtorio noſtro ſecreto Franciſco SS. Ioannis, & Pauli, & Leonardo S. Suſannæ titt. Presbyteris Cardinalibus dilectis filijs noſtris, vt ſuper cauſa, & negotio legitimitatis, vel illegiti-*

mitatis,

mitatis, ac natalium Iulij electi huiuſmodi, etiam eo, vel alio pro eo non inſtante, vocatis ſua A
in præmiſſis intereſſe putantibus, ex officio inquirerent, & cognoſcerent veritatem, ipſis inui-
cem, vnum ex eis, aut alium, vel alios, prout eis videbitur, ſubdelegandi ad procedendum in
præmiſſis, etiam ferijs de menſe Septembris per Nos indictis non obſtantibus, facultatem tribuen-
do, ac poſtmodum quicquid ſuper huiuſmodi legitimitate, vel illegitimitate inueniretur, in eo-
dem Conſiſtorio referendi, viuæ vocis oraculo, vt in ſimilibus fieri conſueuit, commiſimus, ac
etiam ſuper hoc Commiſſionem manu noſtra ſignatam per duos ex noſtris Curſoribus præſentari
mandauimus, ac fecimus, ipſiq. Cardinales Commiſſionis huiuſmodi vigore ſe ipſos ad inuicem,
& dilectos filios Ioannem Paſchalis, & Gentilem de Carlenis Clericos eorum Auditores ad in
huiuſmodi inquiſitionis cauſa procedendum, & quicquid per eos in eadem inuentum foret, eis re-
ferendum, ſubdelegarunt, ac dilectus filius Magiſter Angelus de Caſis Aulæ noſtræ Conſiſtorialis
Aduocatus, aſſerens ſe eiuſdem Iulij electi intimum, ac præcipuum amicum, ac ſua intereſſe, ne
quis indebitè, vel iniuſtè diffamaretur, tanquam talis, ac aliàs vt vnus de populo coram præ- B
fatis Cardinalibus comparens, proceſſum in huiuſmodi cauſa per edictum publicum in alma Vr-
be noſtra, & valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, ac acie Campi Flori affigendum contra omnes, &
ſingulos ſua in præmiſſis communitèr, vel diuiſim intereſſe putantes, ſi qui forent, inſtituendũ,
& continuandum, ac citationem per edictum contra ſua intereſſe putantes in valuis, & acie
prædictis affigendam, contra ipſos ſua intereſſe putantes ad dicendum, & excipiendum quicquid
verbo, vel in ſcriptis contra ipſam præfatis Cardinalibus, vt præfertur, factam, & præſentatam
Commiſſionem dicere, ſiue excipere vellent, ad certum peremptorium tunc expreſſum competen-
tem terminum decerni obtinuit. Ac poſtmodum in eodem termino coram præfatis Franciſco Car-
dinali Commiſſario, ac Ioanne, & Gentile Auditoribus, vt præfertur, ſubdelegatis comparens,
edictum citationis huiuſmodi in valuis, & acie prædictis per vnum ex dictis Curſoribus debitè
affixum, & legitimè executioni publicæ demandatum, iudicialitèr reproduxit, ac citatorum ini-
bi contentorum non comparentium, nec aliquid contra ipſam Commiſſionem dicere, ſeu excipere C
curantium contumaciam accuſauit, ipſoſque contumaces per ipſos Franciſcum Cardinalem, ac
Ioannem, & Gentilem Auditores reputari fecit, ac etiam obtinuit; nec non poſtmodum coram
ipſis nonnullos articulos ſuper natalibus, & legitimitate prædictis obtulit, & aliud citationis
edictum contra ipſos intereſſe putantes ſimilitèr affigendum, & exequendum ab eiſdem Cardi-
nalibus ad dicendum, & excipiendum quicquid ſimilitèr contra ipſos articulos dicere, ſiue exci-
pere vellent, ac ad videndum, & audiendum ipſos articulos ad probandum admitti, & teſtes
ſuper illis, ac tota cauſa huiuſmodi iurare, & ad iurandum admitti ad certam diem iuridicam
tunc expreſſam, terminum quidem etiam peremptorium competentem, ac ad dandum interro-
gatoria, ſi qua dicti citati pro ipſis teſtibus interrogandis dare vellent per totam illam, & ſe-
quentem dies, more ſolito decerni fecit, ac eadem die adueniente, edictum poſterioris citatio-
nis huiuſmodi in valuis, & acie prædictis per vnum ex dictis Curſoribus ſimilitèr affixum, & D
executioni demandatum in illius termino prædicto coram ipſis Franciſco Card. ac Ioanne, &
Gentile Auditoribus etiam reproduxit, & citatorum prædictorum non comparentium, nec ali-
quid contra ipſos Cardinales dicere, vel excipere curantium, per ipſum Angelum contumacia
accuſata, ipſiſq. contumacibus reputatis, per ipſum Franciſcum Cardinalem, ac Ioannem, &
Gentilem Auditores dictos articulos ad probandum admitti petijt, & obtinuit, ac coram eis non-
nullos teſtes fide dignos ſuper ipſis articulis, & tota cauſa inquiſitionis huiuſmodi induxit, &
per Franciſcum Cardinalem tam ſuo, quàm Leonardi Cardinalis, & Collegæ nominibus, ac
Ioannem, & Gentilem Auditores præfatos etiam recipi, & admitti ad iurandum, prout iura-
runt, tactis per eos, & eorum quemlibet ob hoc Scripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei Euangelia,
de dicendo puram, meram, & ſinceram, quam ſuper his ſcirent veritatem, amore, fauore, ira &
inuidia penitus poſtpoſitis. Et ſucceſſiuè, ne ab aliquibus tempore procedente, de fide, & legali- E
tate dictorum teſtium aliquid poſſit haſitari, præfatus Angelus certos alios articulos legalitatis
ipſorum teſtium comprobatorios coram præfatis Franciſco Cardinali, ac Ioanne, & Gentile Au-
ditoribus apud acta cauſæ inquiſitionis huiuſmodi exhibuit, & deinde alio ſimili citationis edi-
cto ſimilitèr ad dicendum, & excipiendum contra illos, & videndum eos admitti, ac iurare te-
ſtes, tam ſuper illis, quàm tota cauſa huiuſmodi ab ipſis Cardinalibus decreto, & emanato, ac
pari modo publicè affixo, & debitæ executioni demandato; ac ipſis teſtibus, ſic vt præfertur, iam
inductis, & iuratis, & conſpectui eorundem Franciſci, & Leonardi Cardinalium præſentatis,

& per

A *& per eos ſuper dictis articulis, & contentis in eis prius, ac deinde per ipſos Ioannem, & Gen-*
tilem Auditores, etiam ſecretò, & ſigillatim examinatis, eorumq. dictis, & depoſitionibus in
ſcriptis fideliter redactis, ipſoſque poſterioris citationis edicto, coram ipſis Franciſco Cardinali,
ac Ioanne, & Gentile Auditoribus in illius termino reproducto, & citatis in eo contentis, per ipſos
Franciſcum Cardinalem, ac Ioannem, & Gentilem Auditores contumacibus reputatis, dictos
poſteriores articulos ſimiliter ad probandum admitti, & nonnullos alios teſtes ſuper ipſis poſterio-
ribus articulis, & tota cauſa huiuſmodi ſimiliter induxit, & ad iurandum recipi obtinuit, prout
ſimiliter iurarunt, & termino ad dandum interrogatoria pro illorum examine competenti prius
lapſo, examinati fuerunt, dictis, & depoſitionibus eorum in ſcriptis pariter redactis. Et tandē
ipſi Franciſcus, & Leonardus Cardinales actis ſuper præmiſſis factis, & in eis contentis per eos
viſis, ac diligenter inſpectis, ac omnibus, & ſingulis, quæ in cauſa ipſa acta, & actitata fuerunt,
diligenter, & accurate per eos etiam examinatis, in Conſiſtorio præfato præmiſſa omnia, & ſin-
B *gula, etiam teſtiū depoſitiones coram Nobis, & alijs venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Card.*
nobiſcum inibi cōſiſtorialiter ſedentibus, magna cū maturitate retulerunt, expoſuerunt, & narra-
runt. Nos viſa citatione ad audiendum ſententiā noſtram ad hanc diem facta, ac relatione hu-
iuſmodi audita, & intellecta, ac illis, & alijs, quæ ex proceſſu, & depoſitionibus teſtiū huiuſmodi re-
ſultabant, ſimili maturitate penſatis, & libratis, ac ex illis clarè comperto, quòd Iulianus, & Flo-
reta parentes dicti Iulij electi, fuerunt, dum viuerent, legitimi coniuges, & matrimoniū inter ſe
per verba legitimè de præſenti contraxerant, quodq. dictus Iulius electus, iure dictante, eorū filius
naturalis, & legitimus exiſtit, quodq. propterea nullum natalium defectū paſſus fuit, nec patitur,
de dictorum Cardinalium conſilio, & vnanimi conſenſu, illorum nemine diſcrepante, proceſſum
in præmiſſis habitum primitus, & ante omnia approbantes, & confirmantes, ac omnes, & ſin-
gulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in præmiſſis, dictiq. proceſſus ſo-
lemnitates forſitan minus ritè ſeruatas, aut etiam in totum omiſſas, Apoſtolica auctoritate, ac
C *de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupplentes, in dicto Conſiſtorio pro Tribunali ſedentes, talem*
in negocio, & cauſa huiuſmodi ſententiam damus in his ſcriptis, & proferimus in hunc, qui ſe-
quitur modum. Supremi, æterniq. Tribunalis Iudex, cuius, Diuina diſponente clementia, vices
in terris gerimus, Nos verbo, & exemplo docuit, in rebus omnibus, præſertim grauibus, neque
fama decipi, neque aliàs geſtorum noſtrorum defenſioni nimium inniti, dicente Domino, deſcen-
dam, & videbo, vtrum clamor, qui ad me peruenit, opere compleuerint; & eodem iubente, ſer-
uum corā ſe rationē reddere villicationis. Nos igitur geſta noſtra corrigere, & ad veritatis ſemitā
reducere, iuxta Apoſtoli, Nicolaiq. prædeceſſoris noſtri ſententiam, vt par eſt, volentes, quanquā
vſque in hæc tempora fama ſuadente, pro comperto haberemus, dilectū filium Iulium electū Flo-
rentinū nataliū pati defectum, ideoq. cum eo in promotione ad Eccleſiam Florentinā prædictam
de venerabiliū Fratrum noſtrorū S.R.E. Card. conſilio diſpenſauerimus, prout aliàs ſuper eodem
D *defectu a pluribus Prædeceſſoribus noſtris diſpenſatū fuiſſe cōperimus; Quoniam tamen nonnulli*
antiquiores, etiam ſanguine coniuncti, vt in rebus grauibus fieri ſolet, rem aliter ſe habere ar-
bitrabantur, & Nobis retulerunt, Nos de præmiſſis certam notitiam non habentes, ſtimulis con-
ſcientiæ agitati, veritatem rei ſerioſiùs inquiri cupientes, ne illegitimum pro legitimo, & legi-
timum pro illegitimo haberemus, dilecto filio Franciſco SS. Ioannis, & Pauli, & Leonardo S. Su-
ſannæ titt. Presbyteris Cardinalibus dedimus in mandatis, vt ſuper præmiſſis ſe diligentiùs in-
formarent, etiam quorum intereſt, citatis, ex quorum, poſt plurium teſtium examen per eos di-
ligenter factum, in Conſiſtorio noſtro ſecreto relationibus, dilectum filium Iulium electum præ-
fatum legitimum eſſe, atque ex legitimo matrimonio natum fuiſſe reperimus. Veritate itaque
manifeſtata, cum iuxta canonicas ſanctiones cedat opinio veritati, Omnipotentis Dei, eiuſque
indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti nomine inuocato, per hanc noſtram dif-
E *finitiuam ſententiam, quam ex noſtro officio ad nullius partis inſtantiam, & de plenitudine po-*
teſtatis quoad validitatem proceſſus, & ſententiæ huiuſmodi procedentes, de eorundem fratrum
noſtrorum conſilio, & aſſenſu in his ſcriptis ferimus, pronuntiamus, decernimus, & declaramus
in cauſa, & cauſis, de, & ſuper natalibus dilecti filij Iulij electi præfati, rebuſque alijs in actis
cauſæ huiuſmodi latius deductis, præfatum Iulium electum legitimū, & ex legitimo matrimonio
natum fuiſſe, & eſſe, eumque pro legitimo, & ex legitimo matrimonio procreatum in omnibus, &
per omnia pleno iure, verè, & nō fictè, prout in literis ſuper huiuſmodi noſtra ſententia conficiē-
dis pleniùs exprimetur, haberi, & reputari, teneri, & tractari debuiſſe, & debere, ac de cætero per-

petuis futuris temporibus habendum, reputandum, tenendum, & tractandum fore, fama, diſpen- A
ſationibuſq. predictis, caeteriſq. in contrarium facientibus, prout re vera non obſtant, non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae approbationis, confirmationis, ſuppletionis, pronunciationis, prolationis, declarationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario cantraire. Siquis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae 1513. Duodecimo Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno primo.

✠ *Ego Leo Decimus Eccleſiae Catholicae Epiſcopus ſubſcripſi.*

B



✠ *Ego R. Epiſc. Oſtien. Card. S. Georgij Camerarius.* C
✠ *Ego B. Epiſc. Sabin. Card. S.* ✠
✠ . . . .
✠ *Ego Ia. Epiſc. Alban. Card. Arboren.*
✠ *Ego F. Epiſc. Tiburtin. Card. Vult.*
✠ *Ego M. Epiſc. Praeneſtinus Card. Seneg.*
✠ *Ego T. Presb. Card. Strigonienſis tit. S. Martini in Montibus manu propria ſubſcripſi.*
✠ *Ego F. tit. SS. Ioannis, & Pauli Presb. Card. Surrentin. manu propria.*
✠ *Ego N. tit. S. Priſcae Presb. Card. de Fliſco manu propria.* D
✠ *Ego Hadrianus tit. S. Chryſogoni Presb. Card. Bathonienſis manu propria.*
✠ *Ego R. Presb. Card. tit. S. Anaſtaſiae Nannetenſis ſubſcripſi manu propria.*
✠ *Ego L. Presb. Card. tit. S. Suſannae.*
✠ . . . .
✠ *Ego C: Presb: Card: tit. S. Ceciliae de Finario. ſubſcripſi:*
✠ . : : : : : :
✠ *Ego Chri: Eboracen. tit: S. Prax: Presb: Card. ſubſcripſi:*
✠ *Ego A: tit. S. Vitalis Presb. Card.*
✠ . : : : . . . E
✠ *Ego P. tit. S. Euſebij Presb. Card.*
✠ *Ego B. tit. S. Sabinae Presb. Card. de Saulis.*
✠ . . . .
✠ *Ego F. Diaconus Card. S. Angeli de Sancto Seuerino.*
✠ *Ego Hip. Diac. Card. Eſtenſis.*

Ego

LXXV.

✠ *Ego A. S. Euſtachij Diac. Card. de Farneſio.*
A ✠ *Ego L. S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card. de Aragonia.*
✠ *Ego M. S. Mariæ in via lata Diac. Card. Cornelius.*
✠ *Ego Al. S. Theodori Diac. Card. Petruccius.*

P. Bembus.

D. de Comitibus.

Locus † Plumbi.

De priſcorum Cæſiorum præcipua Peſteritate quamplures clari nominis Seriptores
egerunt, præcipuè Iulius Iacobonius, Ioannes Baptiſta Fonteus, Vincentius Cartarius,
B de Cæſia Familia ex profeſſo pertractantes; Abraham Bzouius in vita Syluestri II. Pon-
tificis Maximi Cæſij Aquitani, & Franciſcus Stellutus vir eruditione elarus in ſatyris Per-
ſij ſatyra 6. Gentem hanc primùm Chitanam, deinde Æquitanam, denique Cæſiam nun-
cupatam aſſerunt. A Friderico Aquitano Gallo Proſapiam hanc circa redemptæ ſalutis
annum 900. in Italiam iterum traductam ferunt. Ex Friderico (vt ipſi aſſerunt, & ego-
met in pluribus infradicendis ex indubijs erui documentis) prodiere Petrus, & Probus
Epiſcopus Narnienſis: Ex Petro Fridericus ſecundus, & Gerebertus, deinde ad Ponti-
ficium ſolium euectus Syluestri ſecundi nomine: Ex Friderico Valerius, & Ioannes Ba-
ptiſta: Ex Valerio Richardus: Ex Richardo Petrus ſecundus: Ex Petro Carſilius, qui
circa annum 1160. (Petro Ricordato teſte in Hiſtoria Monaſtica nonnullas Ecelcſias fun-
dauit, reſtaurauit, ac dotauit: Ex Carſilio Angelus Dominus Chitani: Ex Angelo An-
C dreas, Petrus tertius S. Franciſci diſcipulus, innocentis vitæ; & Richardus ſecundus Co-
mes Terræ Arnulphæ: Ex Andrea Angelus ſecundus Iuriſconſultus præſtantiſſimus:
Ex Angelo Petrus quartus Comes Terræ Arnulphæ, Dulcius, qui Mutinam domicilium
transferens, nobiliſſimæ Mutinenſi Cæſiorum Proſapiæ initium dedit, quæ iam deſijt, &
Andreas ſecundus Præſes Romandiolæ: Ex Petro quarto Petrus quintus Iuriſta eximius,
Ioannes miles ſtrenuus, & Angelus tertius Gubernator Vmbriæ: Ex Petro, & Margarita
Varana Andreas quartus in vtroque iure laurea decoratus, Simon Comes Palatinus,
Franciſcus, Benedictus Comes Palatinus, & Arnulphus: Ex Simone, & Helena Caroceia
Tudertina Arnulphus, Ioanna vxor Franciſci Camporealis, & Angelus, ex quo prodijt
nobilis Familia de Filijs Interamnenſis, nuncupata de Filijs Angeli: Ex ſupra indicato
Andrea quarto, & Firmina Liuiana prodiere Antonius, N, & N ex improuiſo interfecti:
D Ex Antonio, & Angela Tornabilia Narnienſi Petrus Senator Vrbis: Ex Petro, & Brigi-
da Arca Natnienſi Petrus Donatus paritèr Senator, Angelus noſter Aduocatus Conſi-
ſtorialis (de cuius ſucceſſione dicam infra) Andreas ſextus, coniux Alexandrinæ Hu-
manæ abſque ſobole, Bartholomæus (a Clemente Septimo anno 1524. Narnienſis Epiſ-
copus creatus) Cæſar Senator Vrbis, coniux Helenæ Humanæ, Catherina vxor Franciſci
Ancaiani Spoletani, Cæſarina vxor N. Manentis, Sophoniſba vxor N. Cãpelli, & N. vxor
Iordani Poriani Reatini, domini Podij baſtoni: Ex Petro Donato, & Lucretia de Attis
Tudertina Venantius Chiappinus, Ioannes Petrus, Franciſcus, Iulius ſecundus (pater
Cæſaris, & Claræ vxoris Andreæ Heruli) Ioannes Andreas (Ceruiæ primùm, deinde
anno 1545. Tudertinus Paſtor) & Hieronyma vxor Simonis Andreozzini Narnienſis:
Ex Venantio Chiappino, & Philippa Vffreducia Tudertina Petrus decimus, Petrus Do-
E natus, Apoſtolicæ Cameræ primùm Clericus, deinde a Pio Quinto Purpura cohoneſta-
tus, Rodulphus Miles, Angelus (ſacri Conſiſtorij Aduocatus, Clericus Cameræ Apoſto-
licæ, annoque 1566. Tudertinus Antiſtes, de quo infra) Romulus, ex Petri Donati Car-
dinalis ceſſione anno 1566. Narnienſis Epiſcopus, Marcellus Iuriſprudens illuſtris, & Lu-
douicus Apoſtolicæ Cameræ Clericus: Ex Petro decimo, & Iulia de Attis Tudertina
Paulus Aemilius Marchio Riani, Marcus Antonius coniux Paulæ Sabellæ abſque ſobole,
Fridericus, Flaminia vxor Troili Sabelli, & Lucretia vxor Iulij Landi Tudertini: Ex Fride-
rico, & Pulcheria Vrſina Petrus Donatus (Apoſtolicæ Cameræ Clericatu primùm deco-

ratus, genetali deinde Theſaurariatų auctus, tandem ſacro Murice ab Vrbano Octauo
inſignitus, vixit a ſuis Maioribus non degener ad diem vſque trigeſimam Ianuarij 1656.) A
Ludouicus, Iordanus Marchio, Martiſq. præclarus aſſecla, Portiæ Cæſiæ coniux abſque
prole, Franciſcus, Signaturæ primùm Referendarius, deinde Margaritæ Manzolæ coniux
ſine ſobole, Venantius Chiappinus Miles, Domitilla Adriani Balleoni vxor, N.N. & N.
Moniales: Ex indicato Paulo Aemilio Friderici fratre, & Portia Cæſia Andreas Dux
Cere, & Conſtantia: Ex Andrea & Cornelia Vrſina Franciſcus Maria Dux Cere coniux
primùm Iuliæ Picæ Comitis Mirãdulani filiæ, deinde Mariæ Aldobrandinæ ex Petro Al-
dobrandino genitæ, adhuc vſque ſine ſobole, Anna Maria vxor Peretti Principis Venafri,
Sixti Quinti nepotis, Ioanna vxor Iulij Cæſaris Borromæi, Portia vxor Iordani Cæſij,
Catharina, Magdalena, & Flauia Moniales. Sed ad Angelum noſtrum, dudum ſacri
Conſiſtorij Aduocatum celeberrimũ, redeamus, in cuius poſteritate, Ducatu Aquæſpar-
tæ inſignita, nobiliſſima Cæſiorũ Proſapia perennis erit. Ex ipſo igitur Angelo, & Fran-
ciſca (ſeu Frranciſcina) Cardula Orbi dati fuere Ioannes Iacobus, Ioannes Clemens, B
Pyrrhus, Brutus Romulus, Lucidus Veſpaſianus (Aduocatus Conſiſtorialis, de quo infra)
Octauius Maximilianus (anno 1528. Ceruienſis Antiſtes) Ioannes Fridericus, & Paulus
Aemilius S. R. E. Cardinales (de quibus ſupra) Virginia vxor Angeli de Attis, Brigida
vxor Ioannis Baptiſtæ Montorij. Nicoloſa vxor Honuphrij Sanctacrucij, & Firmina Mo-
nialis: Ex Ioanne Iacobo, & Iſabella Liuiana Angelus, & Aemilia vxor Iordani Vrſini:
Ex Angelo, & Beatrice Caietana Fridericus Dux Aquæſpartæ, Paulus Abbas, Bartholo-
mæus (poſt Clericatum Cameræ, a Clemente Octauo Purpura cohoneſtatus) Octauius
S. Iacobi Eques, & Angela: Ex Friderico, & Olimpia Vrſina Fridericus Princeps S. An-
geli, & Dux Aquæſpartæ, Franciſcus, Henricus, Ioannes Iacobus, Octauius, Ioannes, An-
gelus (anno 1627. Ariminenſis Antiſtes, deinceps Innocentij Decimi Apoſtolicus apud
Venetos Nuncius) Maria vxor Ioannis Angeli ab Altemps, Iſabella, Beatrix, Catharina C
vxor Iulij Roborei, & Portia Monialis. Ex Friderico, qui binas duxit vxores, Artemiſiã
nempe Columnam, & Iſabellam Saluiatam, exortæ ſunt Franciſca, Cecilia, Maria Mag-
dalena, Firmina, in infantili ætate ad ſuperos euolatæ, Thereſia Monialis, Olimpia vxor
primùm Ludouici de Lantes, deinde Pauli Sfortiæ, ex Duce Alexandro Sfortia geniti;
geminos quoque procreauit maſculos, immaturè tamen præmortuos: Ex Ioanne demũ,
& Iulia Veronica Manzola exorti ſunt N. qui infans mortalia deſeruit, Ioſeph, & Fride-
ricus, ex quibus vtinam germina, ſicut nouellæ oliuarum producantur, ad Cæſiæ vetuſtiſ-
ſimæ, nobiliſq. Familiæ perennitatem. Infractæ fidei documentum me edocet, Paulum
ſecundum Summum Pontificem iniunxiſſe *Petro Cæſio Militi Narnienſi Romanæ Vrbis Se-
natori* (forſan Angeli noſtri genitori) vt cauſam per Senatorem prædeceſſorem contra
Chriſtophorum, & Marcellum de Cancellarijs, aliàs de Bubalo, incœptam, proſeque- D
retur. Decus Cæſiorum ſtirpi addidere Petrus Lemouicenſis, Vaſſionenſis Epiſcopus a
Clemente VI. renunciatus, deinde Patriarcha Hieroſolymitanus, qui ſcripſit *Sermones de
præcipuis Deiparæ Feſtiuitatibus*. Bernardus Mutinenſis, Philoſophus, ac Theologus clari
nominis, qui *Mineralogiam, ſiue de Mineralibus* ſcripſit. Pamphilus Cæſius a Caſſia, qui
Carmina. Eulogia Virorum illuſtrium Tudertinæ Ciuitatis edidit. Át Cæſianam hanc Nar-
rationem Heros ille, multiplici ſcientiarum genere celeberrimus, coronet, Fridericus
inquam Princeps S. Angeli, & Dux Aquæſpartæ, viuentis Friderici Patruus, qui totus in
ſtudijs, totus in virtute noctes traducebat inſomnes, literatorum ſui ſæculi Mœcenas mu-
nificentiſſimus ipſos alebat, cuius præconia vnanimi omnium ore celebrantur: nobiliſſi-
mus, eruditiſſimuſq. Princeps, præter cætera, elaborauit, ac edidit *Apiarium. De Cælo. Ta-
bulas Philoſophicas. Metallophytum. Phyſicam matheſim. Naturæ theatrum. Vniuerſale ra- E
tionis ſpeculum. Prodigioſorum omnium Phyſicam expoſitionem. Cæleſtis naturæ expoſita.
Moralia. Paradoxa. Monita*. Ad ſyllabi ſeriem redeamus.

FABIANVS

Digitized by Google

LXXVII.

A FABIANVS DE MONTE, è Monte S. Sabini in agro Aretino oriundus. Floruit Iureconſultus inſignitèr doctus, vſuque forenſi exercitatiſſimus. Legitur ipſius conſilium, quod in lib. 1. conſilior. vltimar. voluntat. eſt in ordine 149. habens huiuſmodi ſubſcriptionem. *Ita viſum eſt mihi dicendum de iure, indicio potiori ſemper ſaluo, Fabiano de Monte Aduocato Conſiſtoriali, & in fidem me ſubſcripſi, & ſolito meo ſigillo ſubſignaui Romæ 20. Iunij 1492.* & inter conſilia Crot. vol. 3. conſ. 417. Commiſſionem in Conſiſtorio expoſuit die 5. Decembris 1492. obedientiam Alexandro Papæ Sexto Mediolani Ducis Oratoribus in tertia Palatij Pontificij aula reddentibus. Antoniũ procreauit, qui Iuriſconſultiſſimus æquè ac integerrimus, anno 1493. inter ſacræ Romanæ Rotæ Auditores cooptatus, mox Archiepiſcopus Sypontinus renunciatus, demum a Iulio Secundo anno 1511. in Senatorium Vaticanum Ordinem delectus, cuius geſta a

B Ciaconio, & ab Vghello recenſentur, ſepulchralique inſcriptione, quæ in gentilitio Sacello Diui Petri in Monte aureo Templi legitur, indicantur. Alterum genuit filium, Vincentium nempe, ſacri Conſiſtorij Aduocatum, Iulij Papæ Tertij genitorem, de quo infra. Fabianus Tractatum edidit vtiliſſimum *De emptione, & venditione, ac de omnibus contractibus in genere. De pactis inter emptorem, & venditorem. De periculo, & commodo rei venditæ.* A Io. Baptiſta de Roſellis lib. 1. conſilior. vltimar. voluntat. conſ. 151. vocatur *præſtantiſſimus Iuriſconſultus*. ab Anonymo nuncupatur *digniſſimus Aduocatus Conſiſtorialis*: de ipſo Aduocato Conſiſtoriali habetur mentio apud Alex. Raudens. de analog. in appendic. par. 1. nu. 153.

Proſapia de Monte è Giocchia Familia ſua ſtemmata refert; a natali loco, Oppido nempe S. Sabini, cognomen deinde traxit. Ex ipſa, vltra recenſitos, prodiere Ioan-

C nes Maria Vincentio natus, Archiepiſcopus primùm Sypontinus, Papienſis deinde Antiſtes, mox purpuratus Senator, demum ſupremus in Vaticana Sede Vrbis, & Orbis Paſtor, Iulij Tertij nomine nuncupatus. Chriſtophorus de Monte, ipſius Iulij conſobrinus, Betlcem Epiſcopus, deinde Callienſis, poſtmodum Patriarcha Alexandrinus, denique ab eodem Pontifice inter Purpuratos adlectus. Ioannes de Monte, Sebaſtiani filius, Iulij Tertij affinis, anno 1550. Callienſis Epiſcopus. Petrus de Monte, filius Cecchi Guidalotti, & Margaritæ Fabiani noſtri filiæ, ſororis Vincentij, Iulij Tertij patris, in Familia de Monte vnà cum Chriſtophoro Cardinali ab eodem Pontifice adoptatus, anno 1553. Aeſinus Epiſcopus. Gabriel de Monte, Fabiani, & Catherinæ Roſſettæ Typhernatis filius, Petri nepos, Iulij Tertij pronepos, anno 1554. Aeſinus Antiſtes. Andreas de Monte Comenſis, circa annum 1540. Nicomediæ Epiſcopus. In humanis magna ſui nominis fama egit

D Franciſcus Maria ex Marchionibus S. Mariæ, a Sixto V. in ſacrum Purpuratorum Collegium cooptatus, cuius deinde Decanus euaſit, Cardinalis de Monte nuncupatus, vir ſanè vberiori, quàm meo calamo commendandus, prout extollitur ab erudito Vghello in addit. ad Ciacon. in ipſius Cardinalis vita. Nec minorem promeruit laudem Alexander ipſius nepos, ad Epiſcopatum Eugubinum euectus. Floruit Hieronymus de Monte Brixianus, & vtriuſque Signaturæ Referendarius, qui *Tractatum De Finibus regundis. Quæſtiones Iuris* edidit. Guilielmus de Monte Brixienſis, qui *Schedulare Magiſtratuum ciuilium* conſcripſit. Petrus a Monte Venetus, Epiſcopus Brixienſis, qui elaborauit *Repertorium. Tractatum Conciliorum generalium*; vbi de primatu Papæ, ac maieſtate Imperatoris. Alia de Familia de Monte vide apud Creſcentium de nobilit. Italiæ par. 1. pag. 691. & ſeq.

E

IVSTINVS

Google

LXXVIII.

IVSTINVS CAROSIVS Veliternus: Pluriès in Conſiſtorijs propoſuit, nempe die 12. Decembris 1492. quatuor Ianuenſis Reipublicæ Oratoribus Alexandro Papæ VI. in tertia Palatij aula obedientiam exhibentibus: die 20. eiuſdem menſis, & anni, qua duo Henrici Angliæ, & Franciæ Regis Oratores in prima Aula munus non abſimile obierunt: die 25. Februarij 1493. qua in tertia aula Marchionis Môtis ferrati Oratores obedientiam ſpoponderunt: ac die 22. Ianuarij 1500. qua Ioannis, & Catherinæ Regis, & Reginæ Nauarræ Oratores in prima aula debitum huiuſmodi exſoluerunt. Anno quoque 1497. in Conſiſtorio habito pro reditu ad Vrbem Cardinalis Valentini, dudum ad Regem Neapolitanum coronandum ablegati. In alijs etiam Conſiſtorijs, pro nouis Cardinalibus oſtro exornandis, congregatis, præcipuè die 24. Februarij, & die 19. Decembris 1496. die 12. Decembris 1497. die 18. Iunij 1501. & die 14. Martij 1502. Interfuit anno 1503. ſubſcriptioni capitulorum, & iuramento Cardinalium, vt in Paulo de Planca recenſui. Ab anno 1492. B
Aduocati Fiſci prærogatiua inſignitum Iuſtinum reperio. Die 24. Februarij 1510. adfuit pollicitationibus Iulio Secundo, ac S.R.E. Cardinalium Collegio factis a ſex Venetis Oratoribus, ibi, *nec non Dominis Iuſtino de Caroſijs Aduocato, & Mariano de Cuccinis Procuratore fiſcalibus*. Eodem Iulio ſedente, ad conficiendum accuſationum capita (proceſſum dicunt) producendum iura, allegandum contumaciam tam in ſecreto, quàm in publico Conſiſtorio contra Bernardinum Caruagial, Guillelmum Briſonettum, & Franciſcum de Borgia, qui a Iulii obedientia defecerant, & Conciliabulo Piſano adhæſerant, fuit Iuſtinus accerſitus, ipſo atteſtante Pontifice in Conſtit. ſub dat. Romæ Kal. Octobris anno 1511. Lateranenſi Concilio interfuit, ſub ipſo Iulio conuocato. De eodem Caroſio mentio habetur in citatione per contradictas contra Adrianum tit. S. Griſogoni Preſbyterum Cardinalem, & alios ad comparendum coram Leone Papa Decimo, & Collegio Cardinalium in Conſiſtorio ſecreto, ad ſententiam audiendam ſuper exceſſibus per ipſos perpetratis, *inſtantibus egregijs viris I. V. Doctoribus DD. Iuſtino de Caroſijs Aduocato, & Mario de Peruſchis Papæ, Fiſcique, Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ Procuratore Fiſcali, anno* 1518. Quo anno Iuſtinus mortalitatem expleuerit, mihi incertum; hoc indubium, quòd tempore Clementis VII. (anno 1523. ad ſummi Pontificatus apicem euecti) in humanis agebat, vtrumque munus gerens. Tullium procreauit, ad cuius fauorem Aduocati Conſiſtorialis, & Aduocati Fiſcalis munia renunciandi a Leone X. facultatem obtinuit; verùm ab Adriano Sexto regula quadam circa Romanæ Curiæ Officia deinceps promulgata, Leonis gratia eneruata remanſit: in ſacro Romanæ Rotæ Auditorio fuit controuerſia huiuſmodi inter ipſos Caroſios ex vna, & Veſpaſianum de Cæſis, ac Antonium (hunc eſſe opinor, de quo infra ante Ioannem Baldaſſinum) ex altera exagitata, tandem contra Caroſios deciſa, vt in deciſ. 8. de præbend. aliàs 139. coram R.P.D. Creſcentio. D

In Ciuitate quoque Capuana Caroſia Familia floruit, è qua Franciſcus prodiit, a Ioan. Vigeſimo tertio anno 1412. Epiſcopus Melphienſis electus, deinde anno 1418. ad Archiepiſcopalem Tranenſem tranſlatus, de quo Michael Monachus in Sanctuario Capuano, & ex eo Vghellus in Italia ſacra.

LAVRENTIVS DE CAFARELLIS . . . . Ex Alexandri Sexti Diplomate, anno 1494. circa Statutorum Vrbis reformationem emanato, Laurentium inter Conſiſtoriales Aduocatos vixiſſe, aſſerendum opinor; en verba. *Alexander Papa Sextus. Dilectis filij Alexio Bocchaccy de Vrſis, Auguſtino Martini, & Silueſtro Cola* E
Pauli Silueſtri Conſeruatoribus Cameræ almæ Vrbis noſtræ &c. Eapropter prudentiæ veſtræ non paruam in Domino fiduciam ſumentes, mandamus vobis, atque committimus, vt aſſumptis vobiſcum præſentibus Capitibus Regionum, ac quatuordecim alys Ciuibus Romanis infraſcriptis electis, & deputatis, videlicet Chriſtophoro Buſali de Cancellarijs perpetuo Vrbis Cancellario, Paulo Planca vtriuſque iuris Doctore, & Aduocato Conſiſtoriali, ac Paterio, cum Laurentio de Cafarellis eius ſocio, & Collega,

A *lega* (in Aduocatione dicendum) *Luca de Caſalibus V.I.D. Camillo de Bene' in bene Legum Doctore, Mario Salamonio cauſarum Procuratore, Ioanne de Palonibus, Alto de Nigris, Lælio de Subactarys, Franciſco de Fuſcis, Bernardino de Perleonibus, Antonio Gratiani de Perleonibus Romanis Ciuibus, quibus plenam, & omnimodam concedimus poteſtatem, & auctoritatem, vt prædictas, & alias quaſcumque &c. Conſtitutiones, Statuta &c. addere, corrigere, mutare &c. pro veſtro arbitria poſſitis, & valeatis &c,*

BVRGVNDIVS LEOLVS Patria Piſanus, Iuſiſprudentia, & mira dicendi facundia præditus. Die 24. Februarij 1496. die 12. Decembris 1497. iterum die 2. Octobris 1500. ac denuò die 18. Iunij 1501. in publicis Conſiſtorijs propoſuit, in quibus nonnulli S.R.E. Cardinales de recenti ab Alexandro Sexto creati Cardinalitijs infulis in-
B ſigniti fuere. Anno 1495. Piſani armis arreptis, ſe a Florentinorum dominatu eximentes, Burgundij Conciuis oraculo Carolo Francorũ Regi, adſtantibus Florentinorum Oratoribus, capeſſendæ libertatis cauſas expoſuerunt: reſpondit Leolo Franciſcus Soderinus Volaterranus Epiſcopus vnus ex Florentinis Oratoribus. *Introduſſe* (ait Guicciardinus lib. 2. hiſtor. Ital.) *mentre era in Roma, gl'Ambaſciatori de' Fiorentini à vdire in preſenza ſua le querele, che gli faceuano i Piſani, per i quali parlò Burgundio Lolo Cittadino di Piſa, Auuocato Conciſtoriale nella Corte di Roma &c.* Die 23. Decembris 1501. Hippolyto Card. Eſtenſi Herculis primi Ferrariæ Ducis filio Romã ad nuptias Lucretiæ Borgiæ, & Alphonſi Eſtenſis ipſius Hippolyti germani fratris celebrandas ſolemnitèr proficiſcenti, Burgundius Leolus, cum alijs Vrbis Officialibus obuius fuit. *Die 23. Decembris* (ſcripſit Burchardus in Diarijs) *ingreſſus eſt Vrbem ſolemnitèr*
C *Cardinalis Eſtenſis, cui obuiam ierunt Cardinales, Gubernator Vrbis, Senator, & Conſeruatores, Regens Cancellariæ, Prothonotary participantes, Abbreuiatores de Parco maiori, Alexander de Buccabellis Vicereſcribendarius cum Scriptoribus Apoſtolicis ſeparatìm a Regente, & illis de Parco maiori; deinde Auditores Rotæ, videlicet Petrus de Accoltis Decanus, Achilles de Graſſis, Dominicus Iacobatius, Antonius de Monte, & Ioannes Vannulius, & cum eis D. Burgundius Leolus Aduocatus Conſiſtorialis, qui Cardinali venienti reuerentiam facientes, nihil dixerunt: tandem prope vineam Cardinalis Senenſis venit Dux Valentinus cum magna pompa, equeſtribus circitèr ducentum, & pedeſtribus circitèr centum &c. Dux equitauit ad ſiniſtram Cardinalis.* Pantaſileam Grypham coniugem habuit Burgundius: tandem Romæ obijt anno 1501. In ſacra Diui Auguſtini Æde in marmorea tabula hæc legitur inſcriptio.

D

D. O. M.
BVRGVNDIO LEOLO PISANO
DIVINI HVMANIQVE IVRIS CONSVLTISSIMO
ADVOCATO CONSISTORIALI
PRVDENTIA AC FIDE PROBATISSIMO
CLARIS NATALIBVS
ATQVE ANIMI ET CORPORIS DOTIBVS
ORNATISSIMO
E PAVPERVM OPPRESSORVMQVE FAVTORI PIISSIMO
INNOCENTIO VIII. ET ALEXANDRO VI.
ROMANIS PONTIFICIBVS
ADMODVM CHARO
DE SEDE APOSTOLICA DEQ. MORTALIBVS OMNIBVS
BENEMERITO

PAN-

LXXX.

PANTASILEA GRYPHA CONIVGI A
ET LEONORA LEOLA PARENTI OPTIMO
QVI AETATIS SVAE ANNO XLVIII.
INTEMPESTIVE OCCVBVIT
MONVMENTVM POSVERE
ANNO SALVTIS MDI.

Vixit alter Burgundius Leolus de Griphis, ſacri Conſiſtorij Aduocatus de quo infra.

ANSELMVS BITONTVS . . . . Burchardus in Diarijs hoc mihi tantùm indicat, quòd in Conſiſtorio, die 24. Februarij pro nouis Cardinalibus conuocato, Anſelmus Commiſſionem propoſuit. B

ALPHONSVS RECENATVS Neapolitanus. In ſæpius memoratis Burchardi Diarijs Alphonſus anno 1496. inter Conſiſtoriales Aduocatos, annoque 1497. inter eoſdem, ac Abbreuiatores deſcribitur. Anno 1500. proteſtationem emiſit, de qua Burchardus ipſe teſtatur, videlicet. *In Feſtiuitate SS. Corporis IESV Chriſti D. Alphonſus Ricena Aduocatus Conſiſtorialis, Abbreuiator de prima viſione proteſtatus eſt coràm Gubernatore pro ſe, & ſocijs Abbreuiatoribus, quòd per abſentiam Abbreuiatorum non debet Officio eorum, ſeu Collegio præiudicium exoriri.* Die 18. Iunij 1501. & die 14. Martij 1502. in publicis Conſiſtorijs, pro Cardinalibus C Borgia, & de Albreto conuocatis, iterumque die 11. Decembris 1503. qua Ducis Ferrariæ quatuor Oratores in tertia Palatij aula Summo Romano Antiſtiti obedientiam polliciti fuere, ipſe Alphonſus de more propoſuit. Eodem anno 1503. S. R. E. Cardinalium ſubſcriptioni conditionum, ac iuramento interfuit, de quibus ſupra in Paulo de Planca. Demum in quoddam incidi probatæ fidei documentum, anno 1504. exaratum, in quo verba huiuſmodi leguntur, *præſentibus DD. Alphonſo de Racanata Aduocato Conſiſtoriali, & Bernardino Ciue Romano Regiſtratore Bullarum Apoſtolicarum, tunc temporis almæ Vrbis Conſeruatoribus*. Bina in Eccleſia Deiparæ de Pace Vrbis qualibet hebdomada celebrantur Sacrificia pro animæ Alphonſi ſuffragio. Ingenuè, mi lector, fateor, me diù in ea ſententia perſtitiſſe, Alphonſum hunc Recinatenſem patria, non autem cognomine ſcribendum eſſe; ex ruinis etenim peruetuſtæ Ciuitatis Heluiæ Recinæ, Vrbem, quam Recana- D tenſem nuncupamus, extructum fuiſſe, ſcripſere Coſmographi; imò imbecillem nonnullorum opinionem exiſtimaui, patriam pro cognomine vſurpantium, cum multotiès Paulus Ricenus deſcriptus reperiatur: at volumen quartum Italiæ ſacræ a nunquam ſatis laudato Abbate Vghello elaboratum percurrens, meam agnoui erroneam opinionem, dum ipſe de Hieronymo Recenato Nicienſi Epiſcopo, deinde S. R. E. Cardinali, vulgo de Capite ferreo nuncupato, Alphonſiq. noſtri filio ſcribens, hæc ex publicis tabulis aſſerit; audiamus. *Hieronymus Recenatus, ſeu de Recenatis, Alphonſi Neapolitani Ciuis, & Aulæ Romanæ Aduocati Conſiſtorialis, ex Bernardina Capoferrea nobili Romana filius, Romæ natus, excelſi animi vir, ſub Clemente Septimo, Pauloq. Tertio ad maximas res euocatus, Theſaurarius Apoſtolicus, & ad Regem Galliæ Nuncius: in demortui Anzagi locum Nicienſem Epiſcopatum conſequitur anno 1542. die 6. Februarij. Ex Datario paulò poſt, hoc eſt anno* E *1544. S. R. E. Diac. Card. S. Georgij creatus eſt ab eodem Paulo, vulgò Cardinalis Capoferreus nuncupatus. Aemiliæ Legatus fuit, alijſq. muneribus functus vir egregius Romæ deceſſit anno 1559. Kal. Oct. in Aede S. Mariæ de Pace ſepultus fuit. Eccleſiam Nicienſem rexit annis tantùm paucis, eamque cum regreſſu reſignauit ad fauorem Ioannis Baptiſtæ Prouanæ. Hic ſororem habuit Antoninam lectiſſimam fœminam, quæ duos maritos habuit Franciſcum Colæ de Rubeis nobilem Romanum, & Fabium Mignanellum nobilem Senenſem, qui demortua vxore, eccleſiaſticam vitam amplexus, euaſit ſub Iulio Tertio S. R. E. Cardinalis.* Extat in Archi-

uio

A *nio Capitolino Bernardina de Capiteferreo relicta q. Alphonſi Recenati de Neapali Aduocati Conſiſtorialis, matris Hieronymi, teſtamentum, ſub die 13. Auguſti 1510. per Andream Caruzium, notarium, & fidantiam inter Antoninam ſororem Hieronymi de Recenatis, & Fabium Mignanellum anno 1331. Stephano de Arnandis notario, & alia etiam inſtrumenta vidimus, quibus Alphonſus Recenatus Hieronymi pater ciuis recenſetur Neapolitanus. Hæc diximus, vt videant illi, qui Hieronymum Cardinalem, vulgo de Capiteferreo, oriundum ex Vrbe Recenatenſi faciunt, quantum a veritate aberrent.*

ANTONIVS DE LEONIBVS . . . . Anno recurrente 1496. Maximiliano Cæſari, Friderici Imperatoris prædefuncti filio, ad Vrbem Diadema Imperiale ſuſcepturo properanti, Pontificius Legatus Bernardinus Carauagial Presbyter Card. S. Crucis in
B Hieruſalem obuius occurrit, & præ cæteris cum ipſo Achilles de Graſſis ſacræ Romanæ Rotæ Auditor, Antonius de Leonibus Aduocatus Conſiſtorialis, ac Franciſcus de Parma Abbreuiator de Parco maiori inceſſerunt. Ex Burchardo in Diariis, vbi hæc ſubduntur. *Die 3. Auguſti in Ciuitate Fulginei dictus Legatus declarauit Officiales, inter cæteros ſeptem Referendarios, qui habeant referre Dominationi ſuæ Reuerendiſſimæ ſupplicationes, quæ per ipſum D. Legatum ſignabuntur, videlicet Reuerendos in Chriſto Patres DD. Lucam Fulginatenſem, & Hieronymum Aſſiſienſem Epiſcopos, ac R.D. Achillem de Graſſis SS. D.N. Capellanum, & ſacri Apoſtolici Palatij Auditorem, & venerabiles, & circumſpectos viros DD. Antonium de Leonibus Aduocatum Conſiſtorialem, & Franciſcum de Parma de maiori Præſidentia Literarum Apoſtolicarum Abbreuiatorem, Decretorum Doctorem &c.* Præpoſuit Antonius anno
C 1497. in Conſiſtorio habito pro reditu ad Vrbem Cardinalis Valentini; die 12. Decembris eiuſdem anni, ac die 14. Martii 1502. in Conſiſtoriis conuocatis pro purpureis galeris Cardinalibus Eſtenſi, & Albreto tradendis Antoninam de Naris vxorem duxit. Antonii natale ſolum, tempuſq. obitus ignoro; hoc mihi compertum, quòd anno 1510. in humanis agebat, vt indicat Aracœlitani Templi ſepulchralis inſcriptio.

ANTONINAE DE NARIS ROMANAE
CONIVGI SVAE HONESTISSIMAE
AC FEDERICO FILIO NATO SVO
D VNICE DILECTO
ANTONIVS DE LEONIBVS I. V. D.
CONSISTORIALIS ADVOCATVS
BENEMERENTI POSVIT. MDX.

Leonia gens tam in Veneta, & Patauina Ciuitate, quàm in Anconitana, Capuana, & Romana emicuit. Vixerunt Petrus nobilis Venetus, ex Epiſcopatu Auxerenſi ad Cenetenſem anno 1445. translatus. Antonius Patauinus, anno 1579. Ferrarienſis Epiſcopus pronunciatus. Hieronymus Anconitanus, anno 1567. Sagonenſis Præſul, deinde anno 1578. Theatinus Archiepiſcopus. Ioannes Capuanus, anno 1493. è Caſertana Eccleſia ad Aquilanam translatus. Leo Romanus anno 1529. Caſtrenſis Epiſcopus dictus. De
E Patauina, & Romana ſcripſit etiam Creſcent. de nobilit. Ital. par. 2. pag. 86. Floruere viri eruditi Sibrandus Leonius Belga, qui exarauit *Hiſtoriam Horti Beatæ Mariæ in Phriſia*. Franciſcus Antonius de Leonibus a Rutiliano, qui ſcripſit *Pias Inſtructiones pro Chordigeris*. Ioannes de Leonibus Granatenſis, qui euulgauit Opus *Paeſi dell'Africa, il ſito, i coſtumi, le leggi, e le inſtitutioni di quei Popoli. Hiſtoria. Grammatica*. Bernardinus Leonius, qui elaborauit *la Patienza de' Poueri*.

Digitized by Google

LXXXII.

LVDOVICVS BOLOGNINVS Bononienſis, Ioannis filius. Floruit circa annum 1499. vir omni literatura perpolitus, & Iuriſta eximius. A
In Bononienſi, ac Ferrarienſi Lycæis iura ciuilia *ſacri Palatij Apoſtolici Aduocatus Conſiſtorialis* profeſſus eſt. Vixit Chriſtianiſſimi Francorum Regis Conſiliarius, item & Ducalis, ac vnus ex Collegio Iudicum Bononienſis Ciuitatis: liquet ex eiuſdem Conſiliorum ſubſcriptionibus, & ex proœmio ad Conſilia Ioannis de Anania. Scripſit *Repetitiones quamplurimas in iure canonico. Interpretationes legum. Conſilia. Tractatum de Indulgentijs. Tabulam in Decretales concordantem Decretales cum Decreto. Epitome Decretorum. Collectionem florum in Ius canonicum. Singularia. Additiones, ſummaria, & repertorium ad Conſilia Ioannis de Anania. Additiones ad Tractatum Nicolai de Vbaldis de ſucceſſionibus ab inteſtato Clericorum Regularium, & ſecularium. Additiones ad opuſculum Signoroli de Homodeis, vtrum præferendus ſit Doctor, an Miles. Additiones ad Tractatum Matthæi Matheſilani de ſucceſſionibus ab inteſtato. Additiones ad Tractatum Guidonis de Suzaria de tormentis, ſiue de indicijs, & tortura. Additiones, & correctiones ad Tractatum Cataldini de Boncompagnis de translatione ſacri Concilij Baſileæ ad inclitam Ciuitatem Ferrariæ:* & ipſius ope, ac labore Conſilia Abbatis Siculi prius ferè incognita, & quartum volumen Conſiliorum Andreæ Barbatiæ, ſunt edita: de aliis ipſius operibus, infra ex atteſtatione Alidoſii. Ioannam de Ludouiſiis vxorem duxit. Obiit denique, & ipſius cadauer Bononiæ in ſacra Diui Dominici Æde, breui hac inciſa inſcriptione, conditum iacet. B

OMNIA BONA MEA MECVM PORTO.

Aliud affertur ſepulchrale elogium a Valentino Forſtero in hiſtor. iur. ciuil. Roman. lib. 3 videlicet. C

DEO OPT. MAX.
LVDOVICO BOLOGNINO I. C. AC EQVITI
QVI CVM BONONIAE FERRARIAEQVE IVRA INTERPRETATVS
ET AB INNOCENTIO VIII. PONT.
CAROLO VIII. GALLORVM REGE
LVDOVICO MARIA SFORTIA INSVBRVM DVCE
AD RESPONDENDVM SIBI DE IVRE ASCITVS
FLORENTIAEQVE LITIBVS IVDICANDIS D
QVINQVE VIR ET PRAETOR FVISSET
AB ALEXANDRO VI. PONTIF.
SENATVS ROMANI DEFENSOR
ET A IVLIO PONTIF.
QVADRAGINTA VIRATVM ADEPTVS
AB EOQVE LEGATVS
AD LVDOVICVM FRANCIAE XII. REGEM
ROMAM LEGATIONEM RETVLISSET
BONONIAM REDIENS E
ANNO LXI. AETATIS MDVIII. FLORENTIAE OBIIT
BARTOLOMAEVS EQVES ET SENATOR BONONIENSIS
FILIVS PATRI
IOANNES MARIA EQVES PATRVO
FIERI CVRARVNT. MDLIII.

At

Digitized by Google

At Marcus Zuerius inter monumenta illuſtrium virorum cenotaphium idem aliquantu-
A lùm varium reſcripſit. Mantua de viris illuſtrib. ſic de Ludouico loquutus eſt. *Ludouicus*
Bologninus Bononienſis, Doctor, Eques, Aduocatus Conſiſtorialis, & Ducalis, ac Regius Conſi-
liarius, floruit anno 1499. *& ſumma cum laude vixit, ac docuit in Patria toto tempore vitæ*
ſuæ (docuit etiam Ferrariæ, vt dixi) *multa ſcripſit, quæ edita ſunt, repetiones, interpretatio-*
nes legum veteres, & nouas, conſilia, tractatus, additiones ad conſilia Ioannis Ananiæ, aliaq.
pleraque arguentia ipſum talem fuiſſe, qualem Orbis totus prædicat, & extollit. Ab Anony-
mo nuncupatur *Iureconſultus clariſſimus, Eques auratus, & Aduocatus eminentiſſimus, Con-*
ſiſtorialiſq. in Palatio Apoſtolico Aduocatus: alibi *clariſſimus iuris Interpres:* alibi *egregius*
Legislator: alibi *clariſſimus I. V. D. & Eques, ſacri Palatij Apoſtolici Aduocatus Conſiſtorialis.*
A Bonifacio Elephantucio inter conſ. Crot. tom.3.conſ.381. *tantus pater D. Ludouicus Bo-*
logninus olim Præceptor meus. Ab Anonymo inter tract. de ſucceſſ. Matheſilan. *D. Ludo-*
uicus Bologninus Bononienſis legum exactiſſimus, approbatiſſimuſq. Interpres, nec non Eques
B *clariſſimus:* ac alibi *I. V. D. clariſſimus, & Eques inſignis.* A Valentino Forſtero in hiſto-
ria Iuris ciuilis Romani inter Iuriſconſultos clari nominis deſcribitur. A Nicolao Anto-
nio Grauatio in vita Alexandri Tartagni inter Doctores memorabiles connumeratur.
Ab Andrea Scoto in itiner. Italiæ, par. 1. pag. 79. *principale, e famoſo Dottor di Legge.* A
Valerio Rinerio vbi ſup. *Ludouico Bolognini Auuocato Conciſtoriale, del quale ragionaremo*
ampiamente nel ſecondo libro della ſeconda parte, mentre trattaremo di lui tra i Dottori. Ple-
niori calamo ab Alidoſio de Iuriſconſultis Bononien. pag. 158. *Lodouico di Giouanni Bolo-*
gnini 1470. *Era nel Collegio de' Giudici, nel ciuile, e nel canonico. Fu Commend. di S. Anto-*
nio, e poi Auuocato Conciſtoriale. Ha in ſtampa letture ſopra tutto il Ius ciuile, e canonico, vn
libro de Conſegli, & vn libro, che commenta il Priuilegio di Teodoſio allo Studio di Bologna,
le Additioni de' Conſegli dell' Anania, al Mattaſſelani nel Trattato de ſucceſſione, Abbreuia-
C *tione del Decreto, & De Indulgentijs, vna Iſtoria de' Sommi Ponteſici, la Vita di S. Floriano,*
e quella di Santa Giuliana, e la Morte di S. Procolo, che indrizzò à Franceſco Gonzaghi: e ſono
preſſo all' Eccellentiſſ. Franceſco Odofredi, e molte altre ſue Opere manoſcritte. Fu Senatore
della ſua Patria, e Podeſtà di Fiorenza. Nella Chieſa di S. Domenico, e nel Monaſtero ſi
vedono le ſeguenti memorie.

Diui Dominici capitis venerandi translatio,
& conſtructio, & ornatus trium Sacellorum aſtantium,
cum pio Saluatoris Sepulchro,
D facta ſunt per nobiles Conſortes D. Ludouicum, & D. Ioannam de Bologninis
ære proprio tantùm
Anno Dom. MCCCCXCIII.

Sacelli huius ampliſſimi ſtruct. ornatuſq.
facta ſunt per nobiles Conſortes D. Ludouicum, & D. Ioannam de Bologninis,
& iuſſu ſpect. ac generoſi Nicolai de Ludouiſijs,
ſumptibus hæredum eius,
nec non dictorum Conſor. pro maiori parte.
E Anno Domini MCCCCXCVIII.

E nel Refettorio è

D. O. M.
Diui Dominici ſacro Præd. Ord. Fundatori opus dicatum,
cura, & impenſis Ludouici Bolognini Equ. ac Iureconſ.

Digitized by Google

& Ioannæ de Ludouiſijs eius Conſortis pudiciſſimæ.
Anno Sal. MD. Cal. Auguſti. A

Nella Colonna, ſopra la quale è vna Figura di S.Domenico, nel primo Clauſtro è.

Anno Domini MDVII. die XXVII. Februarij,
quo die hic fuit Iulius II. Pont. Max. Bonon. Liberator;
Diuo Dominico Aduocato ſuo
Conſortes de Bologninis D. Ludouicus, & D. Ioanna dicarunt.

Del 1508. à 19. di Luglio morì in Fiorenza, e ſopra la porta della Sagreſtia di detto S. Domenico è queſta altra memoria. Omitto, quia ſupra attexui ex Forſtero, & Zuerio. Subdit idem Alidoſius in Appendic. pag.42. *Lodouico Bolognini 1470. Gli fù fatto queſt'Epitafio dal Caualier Caſio.* B

In l'vna, e l'altra legge Lodouico
Eccelſo fù il Felſineo Bolognino,
Reſtaurator d'ogni Tempio Diuino,
E più de' poueri aſſai, che di ſe amico.

E Bolognina Bononienſi Familia Bartholomæus prodijt, cuius memoria in ſepulchrali elogio in Aracœlitano Romano Templo legitur poſteritati demandata, nempe. C

Bartholomæo Bolognino Patritio Bononienſi
ob eximiam in iure dicendo prudentiam, ac Religionem
a Iulio II. Pont. Max. inter Vrbanos XII. viros aſcito.
Obijt MDX. Menſe Septembris.
Vincentio fratri,
dum Tribunorum Plebis Bononienſis ad Paulum III. Legatus ageret,
vita functo Anno M DXXXIX. die XIV. Auguſti.
Ioannes Maria Bologninus Eques, D
S.P.Q.B. apud Pium IV. Orator gentilibus ſuis poſuit
MDLXIV.

Alter ex eadem Familia Bartholomæus prodierat, anno 1439. Doctorali laurea Bononiæ inſignitus, qui *Repetitiones ſuper Codice* elaborauit, Alidoſio teſte; & de hoc Bartholomæo (vt opinor) loquitur Mantua de Viris illuſtrib. pag. mihi 30. ſubdens, in Patria docuiſſe, multaq. præclariſſima conſcripſiſſe *Commentaria*, ea tamen in *Auth. habita, C. ne fil. pro patre*, tantùm reperiri. Angelus Bologninus Bononienſis, qui edidit *De cura vlcerum exteriorum, & de vnguentis communibus in ſolutione continui.* E Bolognina Fulginatenſi oriundus vixit Antonius Nicolai, ex Nucerina Eccleſia ad ſuæ Patriæ Sedem anno 1444. translatus. E

CATAL-

LXXXV.

CATALDINVS DE BONCOMPAGNIS de Viſſo. Ex ipſius aſ-
A ſertione mihi conſtat, vixiſſe Aduocatum Conſiſtorialem; videlicet
lib.1. conſilior. vltimar. voluntat. conſ.113. *Nos Cataldinus de Boncompagnis de Viſſo, & Franciſcus Maria Plotus de Nouaria, ambo Aduocati Conſiſtoriales ita conſuluimus vnanimes:* & iterum conſ.63. Emicuit ſui æui Iuriſprudens præſtantiſſimus, & in forenſi vſu verſatiſſimus. Nonnulla ipſius *Conſilia* leguntur impreſſa inter conſ.crimin. diuerſor. præcipuè lib.1. in paruis, conſ.52.53.54.55.56.57.58.59. lib.1. eorundem in folio, conſ.68. & lib.2. conſ.22. Opuſculum edidit *De translatione ſacri Concilij Baſileæ ad inclitam Ciuitatem Ferraria, ac de viribus, & importantia literarum eiuſdem, & de poteſtate Papæ*. Tractatum quoque *De Syndicatu*, ſummoperè commendatum. Quo anno in humanis eſſe deſierit, me latet, ad ſenectam tamen peruenit, vt liquet ex prooemio eiuſdem Tractatus, & indicat Anton. Scap. in tract. de iure non ſcript. lib.4.
B cap.34.num.7. ibi, *vt legitur de Cataldino de Boncompagnis in ſuo tract. de Syndic. in princip. vbi aſſerit, ſe imitaturum in cõpoſitione dicti Tractatus Catonem, qui annum agens octuageſimum ſextum, græcis literis poſt latinas appetijt erudiri*. Ab Anonymo nuncupatur *Excellentiſſimus V.I.D. Comeſque*. Durantes Dorius in hiſtoria familiæ Trinciæ pag. mihi 187. hæc de ipſo Cataldino, ſuaque progenie conſcripſit. *Nel medeſimo anno 1402. creò* (Vgolinus Trincius) *Vicario in tutto il ſuo Stato Miſſer Apollonio* (genitorẽ Cataldini noſtri) *di Miſſer Cataldino Boncompagni da Viſſe Conte di Macereto, ch'era Podeſtà di Foligno, e gli conceſſe vna caſa in eſſa Città, oue introduſſe la ſua fameglia de' Boncompagni, e vi habitano i ſuoi ſucceſſori ſino al preſente: perſeuerò Vicario ſino al 1427. e fu anche Podeſtà di Foligno nel 1408. e 1409. e Podeſtà di Fiorenza del 1423. Troilo ſuo figlio fu del 1423. Podeſtà di Siena, e del 1425. Capitano di Giuſtitia del Popolo di Fiorenza; da Sigiſmondo Imperatore fu*
C *creato Conte Palatino, con facoltà di crear Notari, ligitimar baſtardi, di poter vſar l'arme dell'Imperio, come per vn priuilegio dato in Ferrara à 17. di Settembre 1433. intitolandolo Nobile, e Conte di Macereto già Caſtello appreſſo Viſſe. Cataldino, altro ſuo figlio fu celebre Iuriſconſulto, e publicò li libri de Syndicatu, & de translatione Concilij Baſileæ. Vno de' Boncompagni da Viſſe andò ad habitar Bologna, da doue diſceſe Papa Gregorio Decimo terzo, & vn' altro in Arezzo.*

Boncompagna Familia Orbi præ cæteris peperit Troilum Militem de Viſſo, Cataldini noſtri (vt opinior) germanum fratrem, anno 1436. creatum Senatorem Vrbis ad ſex menſes poſt Pazinum Domini Pallæ de Strozijs Domicellum Florentinum. Carolum de Viſſo, anno 1460. in eandem Senatoriam Dignitatem ſucceſſor Ioannis de Barbiano Comitis, & Equitis Mediolanenſis. Hugonem Bononienſem, virum legali ſcientia non
D mediocritèr excultum, vitæque integritate, atque Chriſtianæ Religionis zelo celeberrimum, qui poſt varios Dignitatum gradus tandem ad ſupremum Petri ſolium, Gregorij Decimi tertij nomine, conſcendit, cuius præclara facinora vbique eluceſcentia, mirum quantum gloriæ, quantum immortalis famæ Hugoni, & quantum decoris poſteris pepererint. Philippum, Pontificis Gregorij ex fratre Boncompagno Senatore nepotem, qui ſacro oſtro a Patruo condecoratus, degener nequaquam vixit. Franciſcum Romanum, a Gregorio Decimoquinto inter S.R.E. Cardinales cooptatũ, Fanenſem Epiſcopum, deinde Neapolitanum Archiepiſcopum creatum, virum mira præditum eruditione, nec minori pietate refertum. Chriſtophorum Bononienſem, Gregorij Decimi tertij nepotem, a Patruo Archiepiſcopum Rauennatenſem, dictum. Troilum Fulginatenſem, Ripæ Tranſonis primùm Antiſtitem, deinde anno 1582. ſacrum Fulginatenſium Paſtorem. Viuit Hie-
E ronymus Boncompagnus Romanus, Ducis Soræ filius, vtriuſque Signaturæ Referendarius, non minus generis nobilitate, quàm prudentia, literis, vitæ integritate, & morum ſuauitate ſummoperè commendandus, qui Decimi Innocentii munificentia, poſt Secretarii Congregationis ſacrorum Rituum munus egregiè expletum, anno 1651. Sedem Archiepiſcopalem Bononienſem, a Nicolao Card. Ludouiſio Maiore Pœnitentiario dimiſſam, conſcendit.

LXXXVI.

FRANCISCVS MARIA PLOTVS de Nouaria. Liquet ex imme-
diatè recenſita ſubſcriptione, Plotum quoque Aduocati Conſiſtoria- A
lis munere perfunctum fuiſſe; ex conſ. 107. & 111. d. lib. 1. Nonnulla
leguntur conſilia elabarata a Franciſco Maria de Plotis, quæ Ploti
noſtri eſſe autumo, præſertim tom. 1. conſil. criminal. diuerſ. in folio,
conſ. 65. 66. & 67.

Floruit Ioannes Baptiſta Plotus, Pernati Dominus, qui Tractatum
edidit *De in litem iurando. De blaſphemia. De damnis datis. De interpretatione Decre-
torum, ſeu nouarum Conſtitutionum Dominij Mediolanenſis, & aliorum Statutorum totius Or-
bis. Commentaria in Leges varias. De indicijs ad inquiſitionem, & torturam*; cuius etiam
Conſilia leguntur tom. 2. conſ. criminal. diuerſor. in folio, pag. 103. 109. & lib. 2. in paruis,
pag. 286. 306. 312. & alibi. *Giouan Battiſta Piotti è nato in Nouara* (ſcripſit eruditus Ghi-
linus[1]) *da Giouan Maria Piotti, huomo per l'antica nobiltà del ſangue riguardeuole, che ne i*
publici biſogni preſtò a quella ſua Patria con ogni ſodisfatione l'opera ſua &c. Vixit celebris B
Iuriſprudens alter Franciſcus Maria Plotus, Ioannis Baptiſtæ ſupradicti filius, qui *Ad-
ditionibus* locupletauit Conſilia Martini Garrati Laudenſis; ibique verbis hiſce ſubſcrip-
ſit. *Franciſcus Maria Plotus, Eques, & Comes, filius magn. & illuſtris Iureconſulti D. Io.
Bapt. Ploti, menſe Auguſti* 1567. *prædictas fecit addit.* De Plotorum origine, ac nobili-
tate vide tom. 1. conſ. crimin. diuerſor. in folio, pag. 4. 5. 167. & tom. 2. pag. 4. 9. 11. & lib. 2.
in paruis, pag. 295. & in in addit. Ploti ad conſ. Martini Garrati 52. num. 7.

FRANCISCVS GERONA . . . . . Inter Conſiſtoriales Aduocatos anno 1500.
in locum Octauiani de Martinis Sueſſani cooptatus. Die 18. Maij 1501. in Con-
ſiſtorio, pro Cardinali Borgiæ rubenti galero tradendo, conuocato, propoſuit. C

IOANNES BARTHOLOMAEVS DE DOSSIS Papienſis. Aduo-
catorum Conſiſtorialium conſortio anno 1500. vti ſupra numerum
aggregatus, Pontificio emanato Diplomate (teſte Burchardo in Dia-
riis) quòd in locum primi cedentis, vel decedentis Aduocati, ipſe
Ioannes Bartholomæus (cæteris, qui numerum excedebant, excluſis)
ſuccederet. De ipſo habetur mentio in ephemeridibus anni 1505.
quo in publico Conſiſtorio perorauit: iterum anno 1507. die 30.
Aprilis, prout de ipſo ſcripſit in hæc verba Burchardus. *Cum Orato-
res Regis Aragoniæ tardè veniſſent ad Conſiſtorium publicum, fuerunt propoſita quatuor Com-
miſſiones, & vna replicata, quaſi Papa non intellexiſſet; eaque etiam finita, & Oratoribus ad-
huc non venientibus, D. Ioannes Bartholomæus de Doſſis Papienſis Aduocatus vnam doctiſſimè* D
*ex tempore fingens compoſuit, & recitauit cum ſua laude ampliſſima, & omnium admiratione,
maximè eorum, qui ſciebant, qualitèr ille ex tempore orabat.* Caſus non abſimilis eodem
euenit anno, die 3. Iulij; etenim in Conſiſtorio conuocato pro Oratoribus Regis Caſtel-
læ, ob ipſorum tarditatem fuit opus proponere vltra quatuor Commiſſiones, & nouas ef-
fingere ex tempore proponendas, itaut vltra decem propoſitiones factæ fuerint, priuſquã
Oratores applicuiſſent. Ad Doſſium redeo. A Ludouico Gomeſio in commentar. ad
reg. Cancellar. in reg. de triennal. poſſeſſor. q. 5. ſic memoratur. *Et hoc idem Bartholomæus
de Doſſis quondam Aduocatus Conſiſtorialis in quibuſdam apoſtillis manu ſua ſcriptis refert ſe
audiuiſſe a D. Vannulio Rotæ Auditore pro iſta parte plurièſ pronunciaſſe.*

VINCENTIVS DE MONTE è Monte S. Sabini. Fabiani de Mon- E
te celeberrimi ſacræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocati (de quo ſupra)
filius; Antonij S.R.E. Cardinalis de Monte germanus frater, & Ioan-
nis Mariæ (deinde Romani Pontificis) genitor. Fabiano in Aduoca-
ti Conſiſtorialis munere Coadiutor datus. Vixit Romæ probus, atque
illuſtris Iureconſultus. Paternarum virtutum ipſe imitator, in filium
mirificè eaſdem transfudit, Ioannem Mariam inquam, quem Apoſto-
licæ Cameræ Auditorem, Archiepiſcopum Sypontinum, Epiſcopum
Papien-

Papienſem, S.R.E. Cardinalem, denique ſupremum Vrbis, Orbiſque totius Antiſtitem;
A Iulij Tertij nomine, conſpexit Mundus. Laudatur Vincentius a Ciaconio. *Patrem ha-
buit* (Iulius Tertius) *Vincentium de Monte, Fabiani filium, Iuriſconſultum egregium, matrem
verò Senis Vrbe ortam, & generis nobilitate illuſtrem.* A Panuino. *Il Padre di Giulio fu
Vincenzo figliolo di Fabiano, il qual Vincenzo fu fra i più celebri Giuriſti, che fuſſero in Roma
nel tempo ſuo, eccellente Auuocato delle cauſe, che ſi agitano in preſenza del Papa: la madre di
Giulio fu Seneſe, e nobilmente nata.* Ab Vgurgerio in opere, cui titulus, *Le pompe Saneſi,*
par. 1. pag. 54. *Giulio Terzo fu figlio di Vincenzo Gnocchi, uno de' più celebri Giuriſti, che
fuſſero in Roma al tempo ſuo, ed'eccellente Auuocato delle cauſe, che ſi agitano in preſenza del
Papa.* Romæ in Eccleſia Sancti Petri in Monte aureo elegantèr extructum Iulij Tertij
iuſſu Sacellum conſpicitur, in quo ſupra marmoreum ſarcophagum togati viri, conſiſto-
riali veſte induti, ſtatua, magiſtro ſcalpro ad viuum efformata admiratur; at inſcriptione
nondum inciſa, anceps adhuc ſum, an Vincentij, vel Fabiani de Monte effigiem repræ-
B ſentet. Pontifex Iulius amantiſſimus Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium, è quo pa-
ter, auuſque, ac, vt nonnullis placet, ipſe quoque (quod adhuc vſque non reperi) prodie-
rant, perpetuò valitura Sanctione, vetuſta eiuſdem Collegij iura, de laurea in vtroque
Iure tradenda firmauit. Ipſius Prædeceſſor Sixtus Quartus Diplomate non abſimili hac
in re ſanxerat. Vtriuſque Conſtitutionis tenorem ſubnectam, vt Pontificiæ munificentiæ
memoria perpetuò vireſcat in nobis, Collegiique preeminentiæ omnibus innoteſcant.
Hæc verba Sixti.

*Sixtus Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Solicitudo Paſtoralis
officij Nobis licèt immeritis ſuperna diſpoſitione commiſſa ſtudia noſtræ mentis ſolicitare non de-
ſinit, ſic rebus ſingulis prouidere, quòd ea, quæ minus ritè, & in aliorum præiudicium procedere
dignoſcuntur, ad ſtatum debitum reducantur, & quæuis Romanæ Curiæ officia in ſuis iuribus, &
C authoritate conſeruentur. Sanè, ſicut accepimus, nonnulli Apoſtolica, & Imperiali ſimul, ſeu
altera earum authoritate, facultatem promouendi ad Doctoratus, & Licētiæ gradum in vtroque,
vel altero Iurium habentes, in Vrbe, in qua cum Romana Curia reſidemus, & extra, ac prope
eam huiuſmodi facultate eis conceſſa vti, & ad huiuſmodi gradus minus idoneos promouere non
verentur, in Apoſtolicæ Sedis, & dilecti filij Raphaelis S. Georgij ad velum aureum Diaconi
Cardinalis, noſtri, & pro tempore exiſtentis Romani Pōtificis Camerarij, qui Vniuerſitatis Stu-
dij Curiæ, & Vrbis earundem Cancellarius generalis exiſtit, & in hoc Apoſtolica, & Imperiali
fungitur poteſtate, auctoritatis, ac Collegij Aduocatorum prædictorum, ſub quorum promotione,
examine, & approbatione in Vniuerſitate prædicta promouendi ad gradus prædictos hactenus
promoueri conſueuerunt præiudicium, & grauamen. Nos igitur abuſioni huiuſmodi obuiare
volentes, vt debemus, Motu proprio, non autem ad eorundem Cancellarij, & Aduocatorum,
D aut alterius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex
certa noſtra ſcientia omnibus, & ſingulis, qui huiuſmodi facultatem in præſentiarum habent, &
pro tempore habebunt, auctoritate Apoſtolica præſentium tenore diſtrictius inhibemus, ne facul-
tate prædicta in præfata Vrbe, & quouis alio loco, in quo Romanam Curiam pro tempore reſi-
dentiā facere, aut ex quauis cauſa eſſe contigerit, aut extra Vrbem, & locum huiuſmodi in locis
illi vicinis infra duas dietas vti præſumant: itaut ſi ſecus fecerint, tam ipſi, quàm illi, qui ab
eis promoti fuerint, & illorum examini, & promotioni huiuſmodi intereſſe præſumpſerint, ex-
cōmunicationis ſententiā incurrāt; & promouētes facultate huiuſmodi ſine ſpe reſtitutionis ſint
priuati eò ipſo; & tales ſic promoti, & graduati pro nō promotis, & graduatis habeātur, & repu-
tentur; & ſi huiuſmodi facultate ſic abutentes de numero eorundē Aduocatorū fuerint, præter hu-
iuſmodi pro prima vice ſuſpenſionis ab officio Aduocationis pęnam ad annū ex tunc proximè ſe-
E quētem eò ipſo incurrant; & ſi ſuſpenſione durante, ſe in Aduocatorū officio quomodolibet inge-
rerent, & ſimilitèr ſi vltra quàm ſemel contrauenire præſumpſerint, officio Aduocationis eò ipſo
priuati exiſtant, & eorum nomina de Aduocatorum matricula deleantur. Statuimus inſuper
& ordinamus, quòd ſi aliquando contingat per Sedem Apoſtolicam alicui committi, vt aſſumptis
ſecum aliquibus in Iure Doctoribus, aliquem examinet, & ſi eum idoneum repererit, illum pro-
moueat ad Licentiæ, & Doctoratus gradus huiuſmodi, vel alterum eorum, talis, cui huiuſmodi
Commiſſio fiat in eadem Curia, ſeu extra, & prope locum eius, in huiuſmodi examine alios, quàm
dicti Collegij Aduocatos ſecum habere non poſſit, etiamſi in Commiſſione ſibi facta huic Statuto
deroga-*

Digitized by Google

derogaretur expreſsè: Et ſi ſub aliorum Doctorum examine illum promouere præſumpſerit,talis A
ſic promotus pro promoto nullatenus habeatur, ſi non doceat,ſe ſub examine, & approbatione tot
ex dictis Aduocatis in promotione huiuſmodi interueniſſe,quot Doctores cum promouente in eius
examinatione aſſumi mandabuntur. Nec liceat eidem promouenti pro promotione ipſa maiora
quàm Locumtenent dicti Cancellarij percipere ſolitus eſt, directè,vel indirectè emolumenta per-
cipere,ſub pęna Interdicti ingreſſus Eccleſiæ,ſi Epiſcopus, vel Superior, & excommunicationis,ſi
inferior Epiſcopo fuerit, eò ipſo incurrenda. Decernentes per quaſcumque etiam derogatoria-
rum derogatorias clauſulas nũquam præſentibus Literis cenſeri derogatum,niſi illis, earum in-
ſerto tenore de verbo ad verbum,contigerit derogari,vel quotiens præfatum Collegium eorundem
Aduocatorum a Nobis,& pro tempore exiſtente Romano Pontifice, noſtro, & illius viuæ vocis
oraculo, aut aliàs certificati fuerint, noſtræ,& eiuſdem Pontificis intentionis eſſe ea vice præſen-
tibus Literis derogare,ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis authori-
tate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitucionibus, & Ordina- B
tionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Et ne de præmiſſis quiſpiam valeat
ignorantiam allegare, volumus,quòd præſentes Literæ in Cancellaria Apoſtolica publicentur, &
in quinterno eiuſdem Cancellariæ deſcribantur, & cuicumque petenti earum tenor, ſicut& alia-
rum inibi deſcriptarum Apoſtolicarum Conſtitutionum, detur, eique ſic dato ſtetur ad plenam
probationem,ſicut originalibus Literis ſtaretur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omni-
no hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, ſtatuti, ordinationis,& voluntatis infrin-
gere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno
Incarnationis Dominicæ 1483. xiv. Kalen. Octobris, Pontificatus Noſtri anno xiij. Lecta, &
promulgata fuit ſupradicta Bulla Romæ in Cancellaria Apoſtolica die Martis 4.menſis Nouem-
bris anno Dom. 1483. Pontific. Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Sixti Papæ IV.
anno 13. Die 7.Nouembris affixa fuit ad valuas S. Petri, durante audientia, deinde in Campo
Floræ per me Colin.Foliot Farſonen.1483.& regiſtrata in primo Quinterno Cancellariæ f.253 C
Senſus autem Conſtitutionis Iulii Tertii his verbis exprimitur.

Iulius Papa Tertius. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut fide
dignorum relatione nuper accepimus, multi iuris ciuilis,& canonici ignari ad Doctoratus gra-
dum aſpirantes indebitè,ſub prætextu,quòd in aliqua Vniuerſitate Studij generalis operam dan-
do in tantum profecerint,quòd idonei exiſtant,licentiam a Nobis,& Sede Apoſtolica extorquent,
vt ab aliquo Prælato, ſeu perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, etiam de proprijs extor-
quendo, inſignia Doctoratus in Romana Curia ſuſcipere valeant, ac eiuſdem licentiæ prætextu,
examine ad id requiſito, & alijs neceſſarijs deſuper minimè adhibitis, contra ſacrorum Cano-
num ſtatuta, & iuris diſpoſicionem,in ipſius Doctoralis Dignitatis opprobrium ſe ad illius gra-
dum faciant promoueri: vnde plura abſurda ſequuntur,& Clerus repletur indoctis,multis aſpi-
rantibus ob priuilegia graduatorum Beneficia aſſequi: & cum plures Magiſtratus ex conſuetu- D
dine, & Statutis locorum per Iuris Doctores debeant exerceri, a pluribus indoctis ſic doctoratis
ſæpe illi adipiſcuntur,cum iuſtitiæ ſupremo detrimento, ſicque bonis etiam, & induſtrijs, litera-
tiſque Doctoribus animus concidit, cum paritèr doctis, & indoctis gradus pateat Dignitatis,
iamque ex præmiſſis vileſcat in populo Doctoralis Dignitas. Nos igitur præmiſſis, prout ex de-
bito Paſtoralis officij tenemur, obuiare volentes, præſertim in Vrbe, ex qua vtrumque ius pro-
fluit, ac deſcendit, & a cuius exemplo Orbis partes ſolent regulari; ac de literarum ſcientia,vir-
tutibus,& meritis veſtris, quibus, & veſtro Collegio Doctores in vtroque iure ciuili, & canoni-
co creandi, & illis inſignia conferendi ex diuerſis priuilegijs, & antiqua conſuetudine ius, fa-
cultas, & poteſtas competunt, & in quibus etiam poteſtas S.R.E. Camerarij, Gymnaſijque almæ
Vrbis noſtræ Cancellarij pro tempore exiſtentium repræſentatur, Motu proprio, & ex certa
noſtra ſcientia, non ad veſtram, ſeu alicuius inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione teno- E
re præſentium ſtatuimus,& ordinamus,quòd ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus nul-
lus, etiam prætextu cuiuſuis licentiæ, ſeu facultatis ſibi conceſſæ, ſeu priuilegiorum, indultorum,
& literarum Apoſtolicarum quibuſuis perſonis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, conditio-
nis, preeminentiæ, nobilitatis, & excellentiæ exiſtentibus, etiam Romanæ Curiæ Officialibus, eo-
rumque Collegijs, ac quacumque dignitate, & honore fulgentibus, aut illorum contemplatione,
ſeu intuitu, etiam motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, & ex titulo oneroſo, & ex quibuſuis alijs
etiam quantumcumque maximis, & vrgentiſſimis cauſis, ſub quibuſuis verborum formis, &
expreſſio-

Digitized by Google

expreſſionibus, ac cum quibuſuis efficaciſſimis, & inſolitis, etiam derogatoriarum derogatorijs
A *clauſulis, etiam talibus, quòd illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma in eis con-*
tentis derogari poſſit, irritantibuſque, & alijs Decretis per Nos, & Prædeceſſores noſtros, ac Se-
dem eandem, ſeu aliàs pro tempore conceſſorum, ad gradum Doctoratus in vtroque, ſeu altero
Iurium huiuſmodi ab alio, quàm a vobis, & Collegio veſtro in dicta Curia aſſumi, ſeu in vtro-
que, vel altero Iurium Doctor creari poſſit. Ac aſſumptiones, & creationes Doctorum, ac Inſi-
gnium Doctoralium traditiones per vos faciendas huiuſmodi validas, & efficaces exiſtere, ſuoſq.
effectus ſortiri, ac quaſcumque alias in vtroque, ſeu altero Iurium huiuſmodi Doctorum creatio-
nes, ac Inſignium prædictorum traditiones per alios, quàm per vos de cætero in ipſa Curia in fu-
turum faciendas, cum inde ſecutis, irritas, & inanes, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe, &
cenſeri, ac nemini ſuffragari, ipſique ab alijs, quàm a vobis ad gradum Doctoratus huiuſmodi
aſſumpti pro non Doctoribus haberi. Voſque quoſcumque pauperes, vel egenos, quos ad ſuſce-
ptionem graduum huiuſmodi habiles, & idoneos repereritis, ad Doctoratus in vtroque, ſeu altero
B *Iurium gradus huiuſmodi gratis pro Deo, & abſque aliqua pecuniarium ſolutione ab eis facien-*
da aſſumere, ſeu Doctores creare debere. Ac præſentibus ex quauis cauſa, vel occaſione etiam
per Nos, & Sedem prædictam in genere, vel in ſpecie, etiam per Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu
Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas editas, ac quaſcumque alias literas Apoſtolicas, etiam in
forma Breuis, & quòd tenores, & formæ illarum habeantur pro expreſſis, ſeu alias clau-
ſulas, & Decreta quæcumque in ſe continentes, etiam Officialibus, Collegijs, & perſonis
præfatis pro tempore conceſſas, etiam vigore implicitæ derogationis latiſſimè extendendæ
in ſupplicationibus deſuper pro tempore ſignatis appoſita, derogari, ſeu illas reuocari, caſ-
ſari, ſuſpendi, aut in aliquo alterari minimè poſſe, neque reuocatas, ſuſpenſas, vel altera-
tas, & quotiens illa emanabunt, totiens eaſdem præſentes (per præſentes) *ab illis exce-*
ptas, & vobis conceſſas, ac in priſtinum, & eum, in quo nunc, & ante reuocationem, & ſuſpen-
C *ſionem huiuſmodi erant, ſtatum reſtitutas, & repoſitas eſſe, & cenſeri. Sicque per quoſcumque*
Iudices, & Commiſſarios quauis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Au-
ditores, & eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alitèr iu-
dicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & interpretari debere, ac ex nunc,
ſi ſecus ſuper his a quoque quauis authoritate ſcientèr, vel ignoranter contigerit attentari, irri-
tum, & inane decernimus. Et nihilominus Camerario noſtro, & Curiæ cauſarum Cameræ A-
poſtolicæ generali Auditori pro tempore exiſtentibus per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel
alter eorum præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando, & quotiens opus fue-
rit, ac pro parte noſtra deſuper requiſiti fuerint, ſolemnitèr publicantes, faciant illas, & in eis
contenta quæcumque integrè, & inuiolabilitèr ab omnibus obſeruari; non permittentes quicquam
per quoſcumq. in contrarium attentari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cen-
D *ſuras, ac etiam pecuniarias, & de quibus eis videbitur, pœnas, appellatione poſtpoſita, compe-*
ſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas præfa-
tas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſe-
cularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtoli-
cis, nec non Statutis, & conſuetudinibus, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis
firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, prædictis, & quibuſ-
uis alijs cuiuſcumque Dignitatis, & preeminentiæ exiſtentibus, & quacumque etiam Epiſcopali,
Archiepiſcopali, aut alia maiori Dignitate fulgentibus, in contrarium quomodolibet conceſſis,
quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus
ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas ge-
nerales idem importantes mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma
E *ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus,*
pro ſufficientèr expreſſis habentes, illiſque aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat
ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud
Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ſexta Februarij milleſimo quingenteſimo quinqua-
geſimo ſecundo, Pontificatus Noſtri anno ſecundo. Clemens quoque Octauus eiuſdem
Collegii Aduocatorum ſui Conſiſtorij (in quo ipſius genitor, fratres, ac ipſemet glorioſè
præfulſerant) iura, altero Diplomate, infra ſuo loco inſerendo, roborauit; & ante ipſum
Sixtus huius nominis Quintus.

M CEN-

XC.

CENNINVS CENNINVS Patria Senenſis. A ſummo An-
tiſtite Pio Tertio ipſius Conciue anno 1503. Conſiſtorialis Ad- A
uocati munere cohoneſtatus; conteſtatum hoc facit Andreas Vi-
ctorellus in addition. ad Ciacon. in vita ipſius Pontificis, ibi, *Cen-
ninum Cenninum Senenſem nobilem Iuriſconſultum Aduocatum Con-
ſiſtorialem creauit, cuius meminit Socinus in conſilys*. Legitur ipſius
ſubſcriptio volum.5, conſilior. Marian. Socin. ſen. conſil.95. verbis
hiſce exarata. *Ego Cenninus de Cenninis V.I.D. Senenſis, & Ad-
uocatus Conſiſtorialis*. Vgurgerium audiamus, de ſuo Conciue, tit.16. pag.445. ita
loquentem. *Cennino di Nicolò Cennini nobil Saneſe, fu Legiſta egregio, adoperato in
molte occorrenze dalla Republica di Siena, dalla quale fu mandato Ambaſciatore à di-
uerſi Prencipi, e particolarmente alli Suizzeri. Per l'eminenza della ſua dottrina fu
dichiarato in Roma Auuocato Conciſtoriale da Pio Terzo Pontefice Romano, di cui era pa-
rente, e dal quale ſarebbe ſtato promoſſo à gradi maggiori, ſe Sua Santità non foſſe paſſata B
à miglior vita il giorno venteſimo del ſuo Ponteficato. Di lui ſi vedono conſigli ſtampati
tra quelli di Mariano Sozzini, nel quinto volume, e particolarmente il conſiglio nouante-
ſimo quinto*.

Floruit Clemens Cenninus Senenſis, circa annum 1340, ad Cluſinam Eccleſiam eue-
ctus. Nicolaus Cenninus, noſtri Aduocati genitor, Philoſophus, ac Medicus clariſſimus,
de quo apud Vgurger. tit.17. pag.510. Vixit noſtro æuo ad annum vſque 1645. Fran-
ciſcus Cenninus Senenſis, Patriarcha Hieroſolymitanus, Epiſcopus Amerinus, Apo-
ſtolicus apud Catholicum Hiſpaniarum Regem Nuncius, a Paulo Quinto ad am-
pliſſimum Purpuratorum Collegium euectus, deinde ſedente Vrbano Octauo Ferra-
riæ Legatus, Fauentinus Epiſcopus, mox Sabinenſis, denique Portuenſis Anti-
ſtes. Viuit alter Franciſcus Cenninus, recenſiti Cardinalis ex Marchione Roberto C
germano fratre nepos, inter vtriuſque Signaturæ Referendarios cooptatus, & in Ro-
mandiolæ Legatione Prolegatus: nec prætereundus Dominicus Cenninus, Cardinalis
affinis, anno 1646. ad Grauinenſem Eccleſiam euectus.

IACOBVS SIMONETTA Mediolanenſis. Reparatæ Salutis anno
1505. a Iulio Secundo Conſiſtorialium Aduocatorum cœtui adſcri-
ptus, mox ad Romanæ Rotæ Auditorium translatus, denique a Pau-
lo Tertio Vaticana Purpura inſignitus. Edidit Tractatum *Reſerua-* D
tionum Beneficiorum, deinde a Paulo Granutio auctum. *Epiſtolas*. In
Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio Sacellum cernitur,
habens Iconam cum myſterio flagellationis Seruatoris Noſtri IESV
Chriſti; hoc olim de anno 1524. Iacobus Cardinalis Simonetta
conſtruxit, exornauitque, cum onere quatuor Anniuerſariorum per annos quinquaginta.
Tanti viri geſta certatim recenſuerunt Victorellus, & Vghellus in addit. ad Ciacon. in
ipſius Iacobi vita: hæc primus conſcripſit. *Vir ſapiens, prudens, integer, iuſtus, humanus,
inter Iureconſultos ſuæ ætatis omnium ſententia conſultiſſimus, in alyſque liberalibus diſciplinis
verſatus. Pontifex eidem libellorum ſignandorum, & dandorum iudiciorum ius tradiderat.
Nonnullis ante Purpuram annis Auditor cauſarum ſacri Palatij, Concilio Lateranenſi, Iulio
Secundo Pontifice, interfuerat*. Hæc alter ſubdidit. *Qui ex gente nobiliſſima (Matthæo Va-* E
*lerio in elogijs nondum editis teſte) natus, præclaris ingenij ſui dotibus ſupra genus ipſum emi-
cuit. Patrem habuit Ioannem, Franciſci Sfortiæ Mediolanenſium Ducis rerum ſcriptorem, ma-
trem verò Catharinam* (Cæſarinam ſcripſit idem Vghell. tom.1. Ital. ſacr. de Peruſin. Epi-
ſcop.) *Barbauariam ſummæ nobilitatis, ac prudentiæ matronam. A primis annis inter viros
doctiſſimos verſatus, breuique tantum profecit, vt præter alia ingenij ſui monumenta luculen-
tiſſimum de Reſeruationibus Tractatum in lucem ediderit, quo clarius nomen eius diffundi coe-*

ptum

Digitized by Google

ptum eſt, vt Iulius Secundus Pontifex, celebri eius virtutum fama permotus, eundem anno 1505.
A *Aulæ Conſiſtorialis Aduocatum elegerit, & inter Iudices Sacræ Romanæ Rotæ adnumerauerit.*
Leo Decimus eum Florentiam miſit, vt Ciues inter ſe ſe diſſidentes ſua ſingulari prudentia ſe-
daret, quod Simonetta non ſine maximo labore effecit. A Clemente Septimo Epiſcopus Piſau-
renſis 1529. (ſiue 1528. vt idem Vghell. in Ital. ſacr. tom. 2. de Piſaur. Epiſcop.) *in locum*
Paridis de Craſſis electus. Quem tandem Paulus Papa Tertius ob ingentia in Sanctam Sedem
Apoſtolicam merita Presb. Card. tit. S. Cyriaci in Thermis, mox S. Apollinaris creauit, ac Pe-
ruſinum Epiſcopum, Laudenſem, Nepeſinum, & Caſſanum adminiſtratorem fecit, illumque cum
alijs Cardinalibus pro rebus ad Concilium ſpectantibus deputauit, ac Signaturæ Gratiæ Præfe-
ctura inſigniuit. Ad Concilium indictum Vicentiæ celebrandum anno 1539. *Legatus cũ Brun-*
duſino, & Iporegienſi creatus. In Henricum Octauum Angliæ Regem ob legitimam ab eo vxo-
rem repudiatam, diſtricta egit Cenſura, in eundemque ſuffragia Eccleſiaſtico Principe, & Apo-
ſtolica ſeueritate digna tulit, quod etiam effecerat, antequam ad ſacrum Cardinalatus apicem
B *aſcenderet. Diſcordias, & ſimultates inter Florentinos, & Senonſes ob Montis politiani domi-*
nium, & poſſeſſionem natas arbiter datus, mira dexteritate ſuſtulit. Tandem ampliſſimis Ec-
cleſiæ Dei muneribus perfunctus, Romæ migrauit è ſæculo, & in Aede Sanctiſſimæ Trinitatis ad
Montem Pincium tumulatus. Præſtantiſſimi huius viri nonnullæ extant Epiſtolæ, vt habet
Nomenclator. Eum virum multarum ſcientiarum, gloria, laudeque inſignem vocat Sadoletus,
de quo Laudenſium Epiſcoporum Cathalogus, & monumenta apud me M. S. plura habent.
Iiſdem vix verbis idem Vghellus ipſum extollit in Ital. ſacr. tom. 1. de Peruſinis Epiſco-
pis, ac de eodem meminit inter Nepeſinos, deinde inter Piſaurenſes Antiſtites. Paulus
Moriga de nobilit. Mediol. lib. 2. pag. 71. hæc perſcripſit. *Vn'altro nobile Milaneſe hora*
ſi mi è appreſentato alla memoria, che fu della nobiliſſima Caſa Simonetta degna di lode: queſto
hebbe nome Giacobo, e Veſcouo di Peſaro, e per la ſua dottrina, & integrità di vita, fu creato
C *Cardinale da Papa Paolo Terzo Farneſe l'anno* 1535. *& veramente fù huomo meriteuole di*
tanto grado. E prima fu Auditore di Rota, e Dottore del noſtro Illuſtre Collegio, e compoſe vn'
opera degna del ſuo valore. Cæſar Chriſpoltus in ſua hiſtoria Peruſiæ Auguſtæ, lib. 2. *Vaca-*
ta per la ſua morte (Auguſtini Spinulæ) *la Chieſa di Perugia, il Sommo Pontefice la prouidde*
di vn'ottimo, e vigilantiſſimo Paſtore, che fu Giacomo Simonetta; queſto nacque in Milano di
nobiliſſima ſtirpe, e fu per lo ſuo valore nelle lettere inalzato à varie Dignità Eccleſiaſtiche:
Giulio Secondo lo fece Auuocato Conciſtoriale, & vno de' Giudici della Ruota Romana: Cle-
mente Settimo li conferì il Veſcouato di Peſaro: e finalmente Paolo Terzo lo promoſſe al Cardi-
nalato nella ſeconda ſua Promotione, e lo fece Veſcouo di Perugia &c. Eruditi quoque Hiero-
nymi Ghilini calamus, quæ ſequuntur, de Card. Simonetta, elegantèr more ſuo exara-
uit. *Tutti coloro, che haueranno, ò per fama, ò per via delle Iſtorie conoſciuto il Cardinale Gia-*
D *como Simonetta, confermeranno eſſer ſtato veramente grande, e nella bontà di vita, e nel va-*
lore delle ſcienze; & hauer eſpreſſa, e nell'vno, e nell'altro viuamente l'immagine di buon Let-
terato, e di vero Eccleſiaſtico Prencipe. Nacque egli in Milano di nobiliſſima ſtirpe, e ſuo pa-
dre fu quel Giouanni Simonetta, la cui memoria viuerà per tutti i ſecoli famoſa, per hauer ec-
cellentemente ſcritti in lingua latina i magnanimi fatti del Duca Franceſco Primo Sforza,
nella qual fatica imitò, e nello ſtile, e nell'ordine dell'opera, i Commentarij di Ceſare; la madre
poi chiamoſſi Caterina Barbauara Matrona principale Milaneſe. In Giacomo riluſſero con
grandiſſima lode la ſauiezza, la prudenza, la giuſtitia, la corteſia, e l'integrità, le quali ſe-
gnalate virtù accompagnò egli con l'eccellenza delle lettere: imperoche fu in amendue le leggi
eſpertiſſimo Dottore, come anco riuſcì in altre ſcienze dottiſſimo al pari d'ogn'altro famoſo let-
terato dell'età ſua. Perciò hauendo i Sommi Pontefici meſſo in conſideratione il valor ſuo,
E *Giulio Secondo lo fece Auuocato Conciſtoriale, ed'vno de' Giudici della Rota Romana; Leone*
Decimo, nell'occaſione delle differenze ſeguite in Fiorenza tra quei Cittadini, lo mandò ad ag-
giuſtarli tra di loro; nel che ottenne con molta ſua riputazione quanto deſideraua; Clemente
Settimo li conferì il Veſcouato di Peſaro Città dell'Ombria: e finalmente Paolo Terzo lo pro-
moſſe al Cardinalato; lo fece Veſcouo di Perugia; lo deputò inſieme con altri Cardinali alli
negotij al ſacro Concilio concernenti; l'honorò della Prefettura della Segnatura di Grazia, e
l'impiegò in altri principali carichi, ne' quali, e ne' ſudetti ſi fece ſempre valere, & all'hora in
particolare, quando grauemente ſcommunicò Henrigo Ottauo Re d'Inghilterra, per hauer ſenza

Digitized by Google

legitima cauſa repudiata la moglie. Di queſte, & altre veramente heroiche azioni degne di lui, non ſi contentò egli per conſecrare il nome ſuo all'immortalità, ma vuolſe anco maggiormente A *ſtabilire la perpetuità di eſſo con i parti felici del ſuo fertiliſſimo ingegno, hauendo laſciate alcu ne Opere, delle quali ſi vedono publicate ſolamente queſte, cioè. Tractatus Reſeruationum Beneficiorum. Epiſtolæ. Dopò hauer'egli aſſaiſſimo faticato in ſeruigio della ſanta Sede Apoſtolica, finì di viuere in Roma l'anno 1539. e fu data al ſuo cadauero ſepoltura nella Chieſa della Santiſſima Trinità de' Monti.*

E nobili Simonetta Proſapia prodiere Ioannes, Iacobi Cardinalis nepos, ex Mediolanenſi Senatore, Laudenſis Antiſtes creatus. Ludouicus, eiuſdem Iacobi nepos, ex cuius ceſſione promulgatus fuit Epiſcopus Piſaurenſis, deinde Pij Quarti munificentia inter Vaticanos Senatores adlectus anno 1561. ſcripſit *De hæreticis*. Franciſcus Bernardinus Mediolanenſis, noſtri Iacobi Cardinalis propior affinis, cui in Peruſinum Epiſcopatum anno 1559. ſucceſſit. Iulius Ludouici nepos, Piſaurenſi Sede anno 1560. cohoneſtatus. Franciſcus Mediolanenſis Cardinalis Ludouici nepos a Paulo Quinto anno 1606. Fulgi- B natenſibus Paſtor datus. Bonifacius Simonetta Abbas, vir doctiſſimus, qui tempore Bonifacij Octaui Pontificis floruit, & opus *De Chriſtianorum perſequutione* conſcripſit. Petrus Paulus Simonetta, qui *Compendium totius Medicinæ* edidit.

BALIONVS MONTEVIBIANVS Peruſinus. Familia hæc in Ciuitate Peruſiæ eadem eſt, ac prænobilis Vibia. Cæſar Chriſpoltus in Peruſina hiſtoria de noſtro Baliono meminit quidem, ſilentio tamen Aduocati Conſiſtorialis prærogatiuam inuoluit: at Suuertius pag. 188. ſepulchralem inſcriptionem, in ſacra S. Laurentij Peruſina Aede collocatam referens, Syllabum hunc tanto viro locupletauit. Chri- C ſpoltus. *Baglione, e Raniere Vibij, fu quello Giuriſconſulto per acutezza, e fertilità d'ingeno à neſſun'altro ſecondo, il che ſi raccoglie da alcune ſue Repetitioni ſopra i Digeſti, e ſopra l'Autentica, che ſono alle ſtampe. Fiorì l'altro prima del famoſo Bartolo, e da lui ſi allega nella l. venter, de acquir. hæred. doue è chiamato vir recolendæ memoria; ſcriſſe ſopra tutti gl'Ordinarij ciuili, ſopra buona parte del Digeſto, e la prima del Codice, e mandò alle ſtampe vn Trattato de Dote, che è molto famoſo.* Suuertius.

MERCES VITAE LAVS.
BALIONVS MONTEVIBIANVS
CLARISSIMORVM CIVIVM OPTIMVS
ET OPTIMORVM CLARISSIMVS D
PATRIAM IVRIS DISCIPLINA ILLVSTRAVIT
REMPVBLICAM MVLTIS IN REBVS IVVIT
ROMAE CONSISTORIALIBVS ADVOCATIONIBVS
CLARVIT
INDE IN COELVM RECEPTVS
DIVORVM AEVO FRVITVR SEMPITERNO
OBIIT A PARTV VIRGINIS
MDXI.
CVM AETATIS ANNVM AGERET LXXX.

Ex hac Familia, præter innumeros, ſtrenuoſque Martis aſſeclas, prodijt Vgolinus Mon- E teuibianus (Vghelli aſſertione in Italia ſacra) patria Eugubinus, anno 1331. Peruſinus Epiſcopus renunciatus; at Chriſpoltus conciuem ſuum Peruſinum ſcripſerat.

IOANNES

XCIII.

IOANNES BAPTISTA PAVLINVS . . . . Mentio de ipſo
A habetur in Leonis Decimi Conſtitutione, anno 1513. fauore Populi
Romani edita, impreſſa in Bullar. tom. 1. & apud Fenzon. in addit. ad
Statut. Vrbis, in qua Conſiſtorialis Aduocatus enunciatur. Edidit
Repetitiones in c. cum ex eo, de penit. & remiſſ. In Diuæ Franciſcæ Tem-
plo, in Foro Boario Vrbis extructo, Sacellum Paulinus condidit, vt
liquet ex marmorea tabula.

BAPTISTA PAVLINVS
ADVOCATVS CONSISTORIALIS
COGITANS LXIII. SCALARIVM ANNVM
QVEM MODO AGIT
SOLERE PLERVMQVE
B SENIBVS POSTREMVM ESSE
HOC SACELLVM CVM MONVMENTIS
VIVENS
SIBI POSTERISQVE SVIS FECIT
ANNO SALVTIS MDXX.

Floruit Flaminius Paulinius Lucenſis, qui ſcripſit *Triumphum puritatis in Feſto S. Ma-
riæ ad Niues. De laudibus Beatæ Virginis Carmina, & Orationes. De Natiuitate Beatæ Vir-
ginis.* Iuriſprudens illuſtris famæ Petrus Paulinus, qui *Quæſtiones criminales, regulares,
& ſeculares* edidit. Fabritius Paulinus, qui lucubrauit *Prælectionem de Catena Aphoriſ.
Hippocr. primæ ſectionis*. Fabius Paulinus Vtinenſis, qui elaborauit *Diſputationem de vipe-*
C *ris in trochiſcorum apparatu pro theriaca adhibendis. Prælectiones Marcias, ſiue Commenta-
ria in Thycydidis hiſtoriam, ſeu narrationem de peſte Athenienſium. In libros artis medicina-
lis Galeni per tabulas œconom.*

IVLIVS DE ALBERTISCHIS Romanus, Franciſci, & Emperiæ de
Caualerijs filius. Hunc inter Conſiſtoriales Aduocatos conſediſſe,
ex proximè indicata Leonis Decimi Conſtitutione conſtat, anno
1513. promulgata. Die 27. Auguſti 1511. coadunati in Palatio, &
in Aula magna Magnificorum Conſeruatorum, coram Magnificis
DD. Iulio (noſtro) de Alberteſchis I.V.D. Gaſpare de Sanguineis, &
Gabriele de Valentinis almæ Vrbis Conſeruatoribus, & alijs Capiti-
D bus Regionum, ac vniuerſis Patritijs, Populoque Romano ſpectantibus, DD. Iulius de
Vrſinis, Fabritius de Columna, Vrſinus Archiepiſcopus Nicoſien. Andreas de Valle,
Nicolaus de Capranica, Pompeius Columna, Robertus de Vrſinis, Proſper de Cauis,
Franciſcus de Vrſinis, Camillus de Vrſinis, Ioannes de Comitibus, Siluius, & Antonius
de Sabellis, Ioannes Georgius de Cęſarinis, Fabius de Domo de Anguillaria, & Bapti-
ſta Stabia omnes Domicelli Romani, vnanimitèr, & concorditèr, pro honore, & axalta-
tione Summi Pontificis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, almæ Vrbis, ac totius Populi Roma-
ni, firmarunt veram, & bonam (vt in inſtrumento) pacem, prædicti DD. Iulius de Vrſinis
pro ſe, & vice, ac nomine omnium aliorum de Domo Vrſina, & omnium aliorum adhæ-
rentium eiuſdem Domus; ac Fabritius de Columna pro ſe, & vice, ac nomine omnium
aliorum de Domo Columna &c. Eundem eſſe omnino opinior, de quo infra in ſepul-
E chrali inſcriptione Marij Salomonij.

Familiam Albertiſcam, eandem ac Salomoniam; eruditi Auctoris calamus compro-
babit: mihi interim ſat erit aſſerere, anno 1214. Romæ Senatorem vixiſſe Ioannem
Albertiſcum.

Digitized by Google

XCIV.

IOANNES BAPTISTA CASVLANVS Senenſis. Liquet ex pro-
pria ipſius ſubſcriptione conſilij 128. Mariani Socini iunioris lib.1. A
anno 1515. in hæc verba exarata. *Vt ſupra concluſum fuit, puto iuris*
eſſe ego Ioannes Baptiſta Caſulanus I.V.D. & Aulæ Conſiſtorialis Aduo-
catus minimus. Interfuerat anno 1512. ſacro Lateranenſi Concilio
ſub Iulio Secundo celebrato. Ipſum Caſulanum eundem eſſe autu-
mo, de quo habetur mentio in tract. de probationib. a Maſcardo eru-
ditiſſimè lucubrato, concluſ. 146. nu. 5. volum. 1. quiq. die 15. Ianua-
rij 1518. in Conſiſtorio conuocato pro Laurentio Campegio de recenti inter Purpuratos
adlecto, Commiſſionem propoſuit, licèt ab ephemeridum ſcriptore *Ioannes Baptiſta de*
Senis tantùm, cognomine tacito, recenſeatur. Eundem quoque eſſe opinor, qui Adriano
Sexto ſedente, in publico Conſiſtorio Beati Bennonis Epiſcopi Miſnenſis præclara geſta
enarrauit, & pro eodem Cœlitibus aſſociando preces Pontifici porrexit, vt in Bullar. B
tom. 3. in append. pag. mihi 25. vbi nuncupatur *Dilectus filius Ioannes Baptiſta de Senis*
I.V.D. & Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocatus. Appellatur a Gomeſ. in reg. de impetran.
benef. vacant. per obit. familiar. Cardin. q. 17. *quondam egregius Aduocatus*. in reg. de an-
nal. q. 78. *D. Io. Bapt. de Senis quondam Conſiſtorianus Aduocatus in quibuſdam ſuis notis cau-*
ſarum. Hiſce exaratis, incidi in opus Vgurgerij de viris illuſtrib. Senenſib. qui tit. 16. pag.
448. de hoc eodē Caſulano (ni fallor) verba fecit, ipſiq. Riccij cognomen attribuit, at quia
ex ipſius Caſulani ſubſcriptione de huiuſmodi cognomine non conſtat, verba tantùm
Vgurgerij exſcribam. *Gio. Battiſta Ricci Saneſe, oriundo da Caſole, Terra dello Stato di Sie-*
na (li cui Conſorti hoggi hanno aſſunto il cognome de' Martini) non deue eſſer da noi in queſto
luogo tralaſciato, perche per le ſue rare virtù conoſciuto molto bene in Roma, fù dichiarato Au-
uocato Conciſtoriale da Clemente VII. Pontefice Romano. Morì in Roma di peſte inſieme con la
moglie, ed' vna figlia, ed' i loro cadaueri furono portati à Siena, e ſepolti in S. Domenico nella C
Cappella de' Martini l'anno 1529. li 6. di Maggio, come ne appariſce memoria nel libro vec-
chio de' morti, ſepolti in quella Chieſa fol. 152.

Floruit Protus Caſulanus Medicus illuſtris, qui edidit *Aequinoca Medica*.

HORMANVTIVS DE DETIS Florentinus. Elicitur ex propria ſub-
ſcriptione conſ. 128. Socini iunioris. *Vt ſupra concluſum eſt, puto iu-*
ris eſſe ego Hormanutius de Detis Florentinus I.V.D. Aduocatus Conſi-
ſtorialis, & pro fide me ſubſcripſi, & ſigillaui; anno 1515. Edidit *Repe-*
titiones in Leges nonnullas. Vixit contemporaneus, & præceptor Syl-
ueſtri Aldobrandini I.C. diſertiſſimi, a quo conſ. 108. lib. 2. appella- D
tur *Excellentiſſimus Dominus meus D. Hormannoctius Detus*: a Pariſio
conſ. 91. lib. 1. *Clariſſimus I.C. Dominus Hormanuoctius Detus frater*
maior honorandus: a Decio conſ. 266. in princ. *Prçclariſſimus Doctor D. Hormanotius de*
Detis vti frater, & maior honorandus: a Raudens. de analog. cap. 29. variatur in patria,
Hormanoctius Detus Senenſis.

Vixit Ioannes Baptiſta Detus, a Clemente Octauo anno 1598. Purpura Vaticana
inſignitus.

VINCENTIVS DE HERCVLANIS Peruſinus. Conſtat ex indica-
to conſ. 128. Socin. iun. cui ſubſcripſit, *Ego Vincentius de Herculanis*
de Peruſio I.V.D. & Conſiſtorialis Aduocatus, & ad fidem manu propria E
me ſubſcripſi, cum impreſſione ſigilli, quo in talibus vtor, anno 1515.
Non abſimilis legitur ſubſcriptio in quodam ipſius reſponſo apud me
aſſeruato, manu, ſigilloq. eiuſdem firmato. *Quæſtiones varias, & Com-*
mentaria, præcipuè *in Inſortiatum, ac Digeſtum nouum*, ſcripſit. A Curt.
iun. conſ. 35. in princ. nuncupatur *celeberrimus I.C. Dominus Vincentius de Herculanis Peruſ.*
A Crot. conſ. 354. lib. 3. *celeberrimus I.C.D. Vincētius de Herculanis Doct. Peruſinus*. A Marco
Ant. Eugenio conſ. 44. *excellentiſſ. ſuæ tēpeſtatis I.C. Dominus Vincentius Herculanus Peru-*
ſinus.

Digitized by Google

A *ſinus.* A Reſtauro Caſtaldo in tract. de Imperat. q. 51. num.5. hiſce præconijs celebra-
tur. *Excell.D. meus D. Vincentius de Herculanis de Peruſia Iuriſconſultorum ſua ætate facilè
Princeps*; & q.83. num.19. *Qualis eſt tempeſtate noſtra celebratiſſimus inter omnes, & con-
ſumatiſſimus D. & Præceptor meus obſeruandiſſimus D. Vincentius de Herculanis de Peruſia
Aduocatus Conſiſtorialis, Speculum iuris, Pater Patriæ, ſub quo, eiuſque profundiſſima, ac ca-
ſtigatiſſima diſciplina qui militauit, felicem, beatumque tanquam ab Oraculo Apollinis penden-
tem ſemper iure omnes arbitrati ſunt. Vtinamque ego talis aliquo vnquam tempore euaderem,
vt tali, tantoq. Præceptore dignus ſaltem diſcipulus apparere poſſem. Plura de eo dicerem (vt
teneor) ſed quia adhuc viuit, eiuſq. clariſſima monimenta teſtimonium dederunt, dant quoti-
die, ac dabunt, alia multa de tanto viro ſubtraham, prout aliàs Diuus Hieronymus dicit in
Ambroſio in lib.de viris illuſtrib. Sed pro me minimo, & debili ſupplebit, ſi Dij vitam dabunt
(quod faxint) ſingularis virtutis, & indolis filius ſuus nobiliſſimus D. Io. Baptiſta, pulcher
animo, & corpore, qui in ætate vix adhuc nouem annorum talis eſt, totque literis, moribus, &*
B *virtutibus ad veſtigia excellentiſſimi Parentis Diuinitus præditus, vt iam de eo dici meritò
poſſit, quod de Samuele in lib.vitæ primo Regum 2.cap.* Marcus Mantua ſic de ipſo ſcripſit
in opuſc. de viris illuſtrib. *Vincentius Herculanus Friſius, ſic vulgo appellatus, Patria Peru-
ſinus fuit, honeſtis ortus parentibus, & Iuriſprudentia clarus, qui docens in Patria tam magnū
nomen ſibi compararat, vt per totam Europam vndique perſonaret, diceretur que tunc vulgo
(quemadmodum de Socrate Laertius ait) Mortalium vnus Friſius verè ſapit. Floruit anno
1502. ſuiq. moriens præclariſſimis monumentis memoriam reliquit poſteris; in ordinarias par-
tes (vt aiunt) veſpertinas, Quæſtiones aliquot cum elegantes, & doctas, tum vtiles, & quoti-
dianas, multarumque rerum eruditione refertas, nec non ingentia Conſiliorum volumina, quæ
etiam præter cætera (vt fama eſt) propediem imprimentur.* Gig. de penſion. q. 53. *& ibi*
(in l. diuortio, ff. ſol. matrim.) *copioſè inter alios per D.Vincentium Herculanum Peruſinum*
C *præceptorem meum triennalem, Doctorem celeberrimum, & admodum vtilem*. Io.Paulus Lā-
celottus in quæſt. an in cautione de non offendendo comprehendantur banniti noſtri tē-
poris, num.31. *cum multis ad hoc congeſtis per Vincent. Hercul. in quadam ſua diſputatione
incip. Peruſinus quidam, verſ. pro affirmatiua, quam habuit in Vrbe, quando creatus fuit Ad-
uocatus Conſiſtorialis.* Sapia in addit. ad Abb. in rub.tit. de vit. & honeſt. cleric. poſt lit.c.
D.Vin. de Peru. vulgariter de Fregio Aduocatus Conſiſtorialis. Hiſce exaratis, anceps eram
de tempore obitus Vincentij noſtri, etſi ex recenſitis Caſtaldi verbis elicerem, quòd anno
1539. quo Tractatus præfatus de Imperat. lucubratus fuit, adhuc in humanis agebat,
quando in Peruſinam hiſtoriam incidi, a Cæſare Chriſpolto editam, in qua lib.3. cap.2.
fol.351. multa de Herculano recenſuit; non erit ab re ipſum audire. *Vincenzo Ercolani
detto il Fregio fu ſingolariſſimo Cattedrante, & eſſendo diuenuto molto vecchio, e cieco, volle in*
D *quello ſtato proſeguire il leggere nel publico Studio della Patria, andando à cauallo, perche di-
ceua di eſſ.re ſtato condotto à tale effetto: fu Auuocato Conciſtoriale, & à lui mandò il Papa, che
era in Oruieto l'anno 1528. acciò conſigliaſſe ſopra il diuortio del Re Herrico d'Inghilterra con
la propria moglie, la qual cauſa, perche volle il Papa, che ſi trattaſſe con ogni maturità, e più
volte ſi riuedeſſe, fu tirata molto in longo, onde gl'Ambaſciatori del Re mandarono indi ad al-
cuni anni à Perugia il caſo all'Ercolani, acciò vi ſcriueſſe ſopra à fauore del Re loro, e gli ſcriſſe-
ro l'infraſcritta lettera, la quale io ho voluto regiſtrare à parola in parola dall'originaria, che ſi
conſerua appreſſo gl'Eredi. Morì l'anno 1539 hauendo laſciato alle ſtampe le Letture ſopra i Di-
geſti, alcuni Conſigli, e Repetitioni, vn Trattato de negatiua probanda; vn Trattato de appel-
lationibus, & attentatis; vn Libro de caut. de non offend.* (tres recenſitos Tractatus excipe,
quos Franciſcus Herculanus deſudauit, vt infra) *e trecento Conſigli à penna diſtinti in due*
E *volumi. A tergo. Mag. ac eximio I. V. Doctori D.Vincentio de Erculanis vti fratri hon. In-
tus verò. Mag. & excellens D. frat. hon.* Hauendo la Santità di *N. S. & il Conciſtoro delibe-
rato, che le materie eſcuſatorie, concernenti alla cauſa, che verte quì trà l' Sereniſſimo Re no-
ſtro, e la Regina, ſi habbiano à trattare, e riſoluere per diſputationi publiche, le quali ſi hanno
à fare in Conciſtori publici con la parte auuerſa, & hauendo ſua Santità, & il Conciſtoro per-
meſſo, che noi habbiamo quei valentiſſimi, e peritiſſimi huomini d'Italia, che à noi parrà di
chiamare per la parte della Maeſtà del Re noſtro, ne è parſo, conſiderata l'eſimia, e ſingolar
dottrina, la grande auttorità, & eccellenza voſtra, far principalmente elettione di V.S. à que-*

ſto

Digitized by Google

ſto effetto, non ſolo come quelli, che procurano il ſeruitio del Sereniſſimo noſtro, ma anco molto deſideroſi dell'honore, & vtile di quella; perche ſeruendo ad vn tanto Re, & in vna tanta cau- A *ſa, può aſpettarne gran premio, oltra che noi non mancaremo del debito noſtro, e ſecondo che meritano l'eſimie virtù di quella, alla quale non faremo hora lettera più long., riportandoci del tutto all'Exhibitore preſente, il quale le mandiamo à poſta, come perſona à noi cariſſima, e come quello, che è bene, & à pieno informato dell'animo, e deſiderio noſtro, e d'ogni coſa pertinente à queſto affare. Pertanto V.S. ſarà contenta dare a lui la medeſima fede, e credenza, che darebbe à noi ſteſſi, & à lei molto ci raccommandiamo. In Roma alli 16. di Decembre 1531.*
Excellentia veſtra

Vti Frater Nic. Epiſcopus Vurgarnier. Sereniſſ. Regis Angliæ Orator.
Vti Frater Fr. Brig. Galaly Sereniſſ. Regis Angliæ Orator.

Ipſius oſſa in Diui Dominici Peruſina Eccleſia tumulata iacent, carminibus inſculptis. B

Qui legis, hic Phreſius Vincentius occubat, hoc ſat:
Cætera teſtantur Ius, & vterque Polus.

Vixit Ioannes Herculanus Romanus, ſecundùm alios Veronenſis, Philoſophiæ, ac Medicinæ Profeſſor eximius, qui floruit circa annum 1412. quiq. ſcripſit *In nonum Raſis de febribus. In quartam fen. Auicennæ.* Petrus Herculanus Fanenſis, anno 1419. Auximani gregis Paſtor delectus. Philippus de Herculanis Foroiulienſis, qui anno 1530. ad Sedem Alatrinam fuit euectus. Vincentius Herculanus alter Peruſinus, Sarnenſis primùm, deinde Imolenſis, demum anno 1579. Patriæ Epiſcopus, cuius præconia vberi calamo recenſentur a ſuis Conciuibus Io. Paulo Lancellotto lib. 2. regular. iur. Pontif. pag. mihi C 125. a Chriſpolto in hiſtor. Peruſin. pag. 370. & ſeq. Scripſit *Rituale Eccleſiæ Peruſinæ. Commentaria in Ariſtotelem, Prædicabilia, Prædicamenta, Perhiermeniam, Phiſicam, Animam, Metaphiſicam, in Petrum Hiſpanum, in Fallentias S. Thomæ, Euitationes, & alia in ſacram Scripturam.* Funebris Oratio apud me aſſeruatur habita ab Horatio Cardaneto in funere ipſius Epiſcopi Herculani anno 1586. in Peruſino D. Dominici ſacro Fano: idemque Antiſtes ab Aurelio Pellino viro clariſſimo Peruſino carmine multiplici laudatur. Floruit Franciſcus Herculanus Peruſinus I.C. non obſcuri nominis, qui Tractatus edidit *De cautione de non offendendo. De negatiua probanda. De attentatis appellatione pendente;* & librum *De diffinitione* conſcripſit.

D

IACOBVS DE NIGRIS Bononienſis. Bartholomæi filius. Scripſit *Repetitiones*, quæ inter impreſſa Repetentium volumina leguntur. *Cõſilia*, quæ ab ipſo Authore ſubſcripta, & proprio ſigillo munita apud Ioſephũ de Nigris Bononię aſſeruãtur. Nũcupatur a Gomeſ. in reg. de annal. q. 11. *Iacobus de Nigris S. Conſiſtorij Aduocatus.* & q. 78. habetur. *De quibus meminit D. Iacobus de Nigris, vir certè illa ætate curioſiſſimus, & etiam Conſiſtorij Aduocatus in quadam apoſtilla ſua ad iſtam regulam.* Hæc ſcripſeram, quando in Alidoſij opus de Iuriſcõſultis Bononienſibus incidi, qui pag. 125. de Iacobo, quæ ſequuntur, exarauit. *Giacomo di Bartolomeo Dottor de'Negri à 22. di Settembre 1516.* (laurea donatus) *Leſſe anco nello Studio di Roma. Fù Auuocato Conciſtoriale, poi Auditor della ſacra Rota. Ha in ſtampa molte Repetitioni fra* E *i volumi de'Repetenti. Morì di peſte l'anno 1527. à ſei di Luglio.* Valeriuſq. Rinerius ab Alidoſio non diſcrepat, ſcribens, & Cenotaphium ſuperaddens. *Giacomo de'Negri s'addottorò in legge à dì 22. di Settembre l'anno del Signore 1516. & andato alla Corte di Roma, fu fatto Auuocato Conciſtoriale, & indi à poco Vditore di quella ſacra Rota, & iui venne à morte à ſei di Luglio nel 1527. del quale ſi legge queſta memoria nella Chieſa di S. Giacomo di Bologna.*

XCVII.

A D. O. M.
IACOBO DE NIGRIS BONONIENSI
I. V. D. CELEBERRIMO
ADVOCATOQ. CONSISTORIALI
QVI PER MVLTOS ANNOS FLORENS
DEMVM ROTAE AVDITOR ELECTVS
IN FLEBILI VRBIS EXCIDIO
CVM SE AB HOSTE MAGNO REDEMISSET
PROH NEFAS PAVLO MOX PESTE OBIIT
DIE VI. IVLII MDXXVII.
BONIFATIVS FRATER MOERENS
B. M. P.

B
E Nigra Familia prodiere Antonius Venetus, anno 1350. Tergeſtinus Epiſcopus
dictus; annoq. 1368. ad Archiepiſcopatum Cretenſem translatus. Iulianus Cortonen-
ſis, anno 1382. ſuæ Patriæ Epiſcopus renunciatus. Hieronymus Veronenſis, anno 1573.
Foſſæ Clodiæ, ſeu Clugienſis Antiſtes promulgatus. Bernardus Patritius Florentinus,
Leonis Decimi ex ſorore nepos, anno 1598. ad Biſinianenſem Sedem euectus. Philip-
pus Florentinus, qui vitæ integritate eximius, ſumma probitate clarus, & innumeris co-
ruſcans miraculis, a Summo Pontifice Gregorio XV. inter Sanctos adſcribi promeruit.
Antonius Braunſuigenſis, qui elucubrauit *De tuenda valetudine*. Sillanus Papienſis, qui
euigilauit *Expoſitionem ſuper nono Almanſoris*. Antonius alter Ordinis Minorum, qui
ſcripſit *Opuſcula quadam ſuper Magiſtrum ſententiarum*. Iacobus Athenſis, eiuſdem inſtituti
C profeſſor, qui edidit *Viridarium ſpirituale Amoris*. *De Reliquijs Sanctorum*. *De vita, & in-
uocatione S. Rocchi Confeſſoris, Patroni aduerſus peſtem*. *Dialogos duos*. Andalius, qui lu-
cubrauit *In Spharam*. *In Theorias Planetarum*. *Planiſpharium Ptolomai*. *Demonſtrationem
figura Sectoris*. *Aſtrolabium Mag. Andali*: quæ mm. ſs. Patauij aſſeruantur in bibliotheca
Hectoris Triuiſani. Ioannes Antonius Campanus, qui *Commentaria in Capitula Regni
Neapolitani lucubrauit*. Ioannes, qui ſcripſit *Vitam Angelica Veronica Baua Monialis Cæ-
nobij S. Catherina Ordinis Ciſtercienſis, vita ſanctimonia inſignis*. Antonius alter ex Arce
Hannoni, qui Tractatus edidit *De ſubhaſtatione*. *De re iudicata*. *De exceptionibus*. *De lau-
demio*. Virginia de Nigris Mediolanenſis, quæ ſcripſit *De Annunciatione Beata Virginis*.
De Immaculata Conceptione eiuſdem. *De Praſentatione eiuſdem*. *De Aſſumptione eiuſdem*.
Viuit Ioannes Franciſcus de Nigris Bononienſis, non minus pennicillo, quàm calamo
D percelebris, qui elaborauit *Parafraſe della Gieruſalemme del Taſſo in lingua Bologneſe*: pars
prima tantùm typis legitur euulgata, altera penes authorem manuſcripta aſſeruatur.
Raccolta di tutte le Crociate, & Guerre fatte da Chriſtiani contro i Turchi. *Annali di Bologna*
octo voluminibus comprehenſos, nondum editos, luce tamen digniſſimos: ipſius elo-
gium, effigie ſuperaddita, legitur in opere, cui titulus, Le glorie de gl'Incogniti, pag. 248.

PETRVS GVICCIARDINVS Florentinus. Anno 1515. dieque
prima Decembris, inter Conſiſtoriales Aduocatos a Leone Decimo
Florentiæ, de conſenſu Cardinalium cooptatus, cum nullus ex Vrbe
Conſiſtorij Pontificij Aduocatus Florentinam petijſſet Ciuitatem.
E Ex manuſcriptis eius æui ephemeridibus.
Egerunt in humanis Raynutius Guicciardinus Florentinus, Aloy-
ſij filius, anno 1502. Cortonenſi Epiſcopatu decoratus. Aloyſius
alter, ſacri Conſiſtorij Aduocatus, de quo infra. Franciſcus, a Cio-
fio conſ. 4. lib. 2. *Clariſſimus Iuriſconſultus* dictus. Franciſcus alter, & Ludouicus eadem
Florentina Ciuitate oriundi, vterque vir eximius, famæque nunquam interituræ: ille
inter ſui ſæculi Hiſtoricos primus, qui *la Hiſtoria d'Italia* mirificè contexuit, & *Auuer-
timenti politici*: alter geographia, & hiſtoria præditus, elaborauit *Commentarij hiſtorici*

dall'anno 1530. *fino all'anno* 1560. *Deſcrittione della Germania inferiore*. Collegit, ac èuul- A
gauit *Detti, & fatti piaceuoli, & graui di diuerſi Printipi, Filoſofi, & Cortigiani*. Horatius,
qui *Carmina* egregiè cecinit. Aloyſius alter Florentinus (forſan Raynutij genitor) in
arduis pertractandis, & quamplurimis pro Patria Legationibus egregiè perfunctis, perce-
lebris, cuius elogium Gaddius exarauit pag.64.

VINCENTIVS PALEOTTVS Bononienſis. Decembri menſe, an-
noq. 1515. a Decimò Leone ſui Conſiſtorij creatus Aduocatus, vnà
cum Guicciardino. Aliqua de Vincentio Paleotto (eodem forſan,
ni tempus obitus obſtaret) vide infra in Alexandro Paleotto.
Vixit Gabriel Paleottus, Alexandri nobiliſſimi Bononienſis Sena-
toris, & Aduocati Conſiſtorialis filius, die 22. Octobris 1522. Bono- B
niæ natus: Profeſſor primùm Iurium in Patria, ibidemq. Canonicus;
Paulo Quarto regnante, Romanæ Rotæ Auditor, & ad ſacrum Con-
cilium Tridentinum tranſmiſſus; a Pio Quarto inter Purpuratos adlectus; a Pio Quinto
Bononienſis Epiſcopus; denique ſedente Gregorio Decimo tertio primus Bononiæ Ar-
chiepiſcopus pronunciatus: claruit vir nedum genere nobilis, ſed virtute, prudentia, do-
ctrina, rebuſque præclarè geſtis nobilior: Scripſit *De Annunciatione Beatiſſimæ Virginis*.
De ſacris, & prophanis Imaginibus. *De Conſiſtorialibus Conſultationibus ſuffragia ferenti-
bus*. *De Epiſcopis Bononienſibus*. *De bono ſenectutis*. *Acta Concilij Tridentini*. *De nothis,
ſpurijſque filijs*. *De ratione, & vtilitate conſultandi*. Ipſius laudes a quamplurimis euul-
gantur, præſertim a Sigonio de Epiſcopis Bononienſibus, Petramellario, Filiuccio, Cia-
conio in vita ipſius, Victorello, & Vghello in addit. ad Ciaconium, ab eodem Vghello
in Italia ſacra, a Creſcentio de nobilit. Ital.par.2.pag.555. & a Faleonio de Epiſcop. Bo- C
nonienſ. pag.595. ex quibus ſatis abundè elicitur, qualis, quantuſq. fuerit Gabriel; cuius
obitus glorioſo immortalis memoriæ Vrbani VIII. calamo peculiari poemate deplorari
promeruit. Huic Alphonſus Paleottus ipſius conſanguineus, Archiepiſcopus Corcyren-
ſis, in Bononienſi Archiepiſcopatu ſucceſſit: vir prædeceſſoris exemplo pius, ac doctus
De Chriſti Stigmatibus in Sudario Taurinenſi impreſſis, opus conſcripſit. Rodulphus Pa-
leottus, Gabrielis Cardinalis conſanguineus, Alphonſique nepos, anno 1611. a Paulo V.
Imolenſis Epiſcopus pronunciatus gentilitio ſtemmati decus addidit. Dionyſius Paleot-
tus author *Vita B.Catharinæ Bononienſis*. *Officij proprij de B.Catharina Bononienſi*.

LANCELOTVS POLITVS Senenſis. Ex indicatis Diarijs conſtat,
Politum quoque a Leone Decimo, Florentina in Ciuitate cum Cu- D
ria degente, anno 1515. Pontificalis Conſiſtorij Aduocatum vnà cum
Guicciardino, ac Paleotto promulgatum. Se cum alijs Collegis
ſubſcripſit conſ.128.Soc.iun. eodem recurrente anno 1515. *Lance-
lotus Politus Doctor Senenſis, & Aduocatus Coſiſtorialis*. Vgurgerius in
ſæpius indicato opere de Viris illuſtribus Senenſibus, tit.16.pag.456.
Politi geſta luculentèr enarrat. *Lancilotto Politi, che poi fatto Religioſo di S. Domenico, fu
chiamato Fra Ambrogio Catharino, fu nel ſecolo eccellentiſſimo Dottore di Leggi, quali anco fa-
condamente interpretò nell'Vniuerſità di Siena, nel cui tempo fu ſuo auditore Gio. Maria de'
Monti, che poi fu Giulio Terzo Pontefice Romano. Di età di ſedici anni, e minore di venticin-
que andò per tutti i più famoſi Studij d'Italia, e della Francia, ne' quali ſoſtenne mille Conluſio-
ni, che in ogni luogo propoſe à publica diſputa. Finalmente andato à Roma, e conoſciuto il ſuo* E
*valore, fu fatto Auuocato Conciſtoriale, ma chiamato à più ſicura ſtrada, cambiò le Leggi nelli
ſtudij Teologici. Scriſſe nondimeno da ſecolare molte coſe, ed in particolare nel 4. e 7. volume
de' Trattati in l. re coniuncti, ff. de legat. tertio; vol.7. in l. filium quem, C. famil. ercisc. ed vn
Trattato de ſubſtitutionibus ſtampato in Leone di Francia*. Idem Vgurger. tit.5. pag.114.
*Frat' Ambrogio Catarino Politi nobil Saneſe fu nel ſecolo chiamato Lancillotto, fu eccellentiſſimo
Dottor di Leggi, e ſuo ſcolare, o ſuo vditore fu certo tempo Giulio Terzo Pontefice Romano, quã-
do era giouane ſecolare. L'anno poi 1517. andò à Fiorenza, e veſtì l'habito di San Domenico
nel*

nel Conuento di S. Marco per le mani del P. Fra Filippa Strozzi Priore di quel Conuento, ma
A *non molto doppo ſe n'andò à Roma, oue dal Papa fu aſſunt al Veſcouato di Minori, Città nel Regnodi Napoli, e poi fu fattò Arciueſcouo di Conſa. Riuſcì nella Religione acutiſſimo, ma capricciofo Teologo. Stãpò in Legge, ed' in Teologia (come à ſuo luogo ſi dirà) Vogliono molti Scrittori, ch'egli eſſendo ſettuagenario moriſſe in Napoli l'anno 1553. di gocciola, mentre s'accingeua per ire à Roma, chiamato da Giulio Terzo, che voleua, (come ſi diſſe) crearlo Cardinale; ma come veramente andaſſe la ſua morte, ſi legge nella ſeguente lettera di Gio. Lodouico Bolognetti Segretario di queſta Prelato, ſcritta à Clemente Politi, che poi fu Veſcouo di Groſſeto.* Epiſtola. *Adeſſo, adeſſo ho riceuuta la voſtra, alla quale riſpondo con affanno, & eſtremo di core, che penſo haniate inteſo per altra noſtra della felice morte del voſtro Zio, e noſtro Patrone. A lui non ſi è mancato di tutti li humani, e poſſibili ſuſſidij, e ſeruizij, come potete creàere, conſiderando il noſtro grand'amore, e ſeruitù verſo S. Signoria. Mercordì, che furono li 8. di Nouembre à hore 18. piacque à N. Sig. tirare à ſe quell'anima felice, hauendola prima laſſata roborare di tutti li*
B *ſuoi Santiſſimi Sagramenti; la quale laſsò il corpo, come ſe foſſe ſtatto uno puro Agnellino, ſenza moſtrare ſegno alcuno di patire, o ſtento, o paſſione, & à poco à poco mancando il ſpirito, rimaſe il corpo in vno colore, che quaſi parea viuo, e tenea in ſe vna maeſtà, che tutti quelli, che lo vedeano, facea marauigliare. Ma non poſſo più eſtendermi per tenerezza. Queſto particolare vi auuiſo, che la mano deſtra rimaſe in quello modo, che la tenea ſcriuendo, giunte le due dita, & il reſto della mano, come ſe in mano teneſſe la penna; ne mai di quello modo fù poſſibile mutarla, e diſtenderla; lo haniamo fatta ritrarre dal miglior Pittore, che ſia à Napoli, ancorche poco buona; lo haremmo fatto improntare, ma non ci è parſo decente, nè ardimmo fare tal coſa per la riuerenza ſua, nè ancora ci era perſona, che à ciò foſſe molto ſufficiente. Del reſto gli s'è fatto tutto quell'honore, che è paruta ſia conueniente, e giuſto. Di Napoli li 11. Nouembre 1553. Come fratello, e ſeru. Gio. Lodouico Bolognetti. Sopraſcritta. Al R. M. Clemente Politi*
C *mio come fratello: à Roma.* Huc vſque Epiſtola. *Li ſuoi parenti hanno poſto nella loro Cappella nella Chieſa di S. Franceſco di Siena, il ſuo vero ritratto in tela, con la ſeguente memoria in pietra di paragone à lettere dorate.*

D. O. M.
LANCILLOTTO POLITO COMPSAE ARCHIEPISCOPO
QVEM SICVTI PRIMIS AB ANNIS
VIRTVTES PRINCIPES COMPLEXAE SVNT OMNES
SIC AD AETATIS VSQVE SPERAM MIRIFICE SEMPER EXORNARVNT
IS XVI. AETATIS SVAE ANNO VTRIVSQVE IVRIS LAVREAM ADEPTVS
IN SENENSI GYMNASIO PVBLICO PROFESSVS
INGENTIQ. LAVDE NONDVM XXV. ATTINGENS
D MILLE AXIOMATIBVS
IN CELEBERRIMIS ITALIÆ AC GALLIÆ ACADEMIIS STRENVE DEFENSIS
ROMAE CONCISTORIALIS AVLAE ADVOCATVS EST FACTVS.
TANDEM STVDIA ILLA ET HONORES PERTAESVS
MVTATO NOMINE IN AMBROSIVM CATARINVM
ANTE ANNVM XXX. DOMINICANAE FAMILIAE NOMEN DEDIT
EX QVA MOX A PAVLO III. AD EPISCOPATVM MINORITANVM EVECTVS
AD SACRVM CONCILIVM MISSVS
IBI IN SVBSTINENDO SENTENTIAE CERTAMINE
ADVERSVS VERITATIS HOSTES
NVLLIS NON OSTENDIT LVMEN ANIMI CONSILIIQVE SVI.
E DEMVM A IVLIO III. VOCATVS
A QVO PRIVS ETIAM COMPSAE ARCHIEPISC. RENVNCIATVS FVERAT
DVM ROMAM AD AMPLISSIMOS PVRPVRAE HONORES PROFICISCITVR
HONORIBVS MAIOR NEAPOLI DECESSIT
PLVRIMIS INGENII MONVMENTIS POSTERIS DATIS
ANNO AETATIS SVAE LXX. SALVTIS HVMANAE MDLIII.
CLEMENS POLITVS EPISCOPVS GROSSETANVS
PATRVO OPTIMO AC DE SE OPTIME MERITO POS.
ANNO DOMINI MDCVI.

N 2 Idem

Idem Vgurger. tit. 14. pag. 348. *Fra Ambrogio Catarino Politi Arciueſcouo di Conſa (di cui altroue ſi è parlato) fu profondiſſimo Teologo, e fece ſcuola da ſe ſeguitata da molti Dottori.* A *Scriſſe le ſeguenti opere. Commentaria in quinque priora capita Geneſis. Tractatus de accipiendis pueris Iudeorum venientibus ad Baptiſmum. Aſſertiones 14. pro aſſertione Gratia ad Concilium Tridentinum. Tractatus de Conceptione Beata Virginis, & pro eius Feſtiuitate a cunctis Fidelibus celebranda. Explicatio ſummaria opinionum de Diuina Prædeſtinatione, & reprobatione ad Synodum Tridentinum. Pro prædeſtinatione Chriſti adnotationes in Caietanum. De cultu, & adoratione Imaginum liber vnus. De veritate incruenti Sacrificij. Quaſtiones, quibus verbis conficitur Euchariſtia Sacramentum. De communione ſub vtraque ſpecie. Quaſtiones, vtrum Sacerdos ratione Ordinis, vel iuriſdictionis ſit Miniſter Sacramenti Pœnitentia. Quaſtio de Caractere, & per qua Sacramenta imprimantur. Quaſtio de differentia inter Baptiſma Chriſti, & Ioannis. Quaſtio de Baptiſmo paruulorum, & de exiſtentibus in vteris maternis. De Matrimonio quaſtiones plures. De Diuinis canonicis Scripturis.* B *Vtrum expediat Diuinam Scripturam in linguam verti vulgarem. Quo iure, & qua pœna Heretici plecti debeant. Defenſio doctrina Ambroſij Politi in quendam falsò deferentem eum ad Summum Pontificem. Confirmatio doctrina Ambroſij Politi contra quendam oppugnatorem. Le quali opere ſono tutte in vn volume riſtrette. Quelle poi, che ſeguono, ſi vedono con i titoli ſeguenti in vn'altro volume, cioè. Aduerſus Martinum Luterum libri quinque. Claues dua ad aperiendum, intelligendumque Scripturas. De prouidentia, & præſcientia Dei liber vnus. De prædeſtinatione Dei libri tres. De eximia prædeſtinatione Chriſti libri duo. De Angelorum bonorum gloria, & malorum lapſu liber vnus. De lapſu hominis, & de peccato originali liber vnus. De conſummata gloria ſolius Chriſti, & Beata Virginis liber vnus. De Immaculata Conceptione Beata Virginis libri tres. De veneratione Sanctorum liber vnus. De vniuerſali omnium morte, & reſurrectione liber vnus. De veritate Purgatorij liber vnus. De præmio bonorum, & ſupplicio æterno liber vnus. De ſtatu puerorum abſque Sacramento decedentium liber vnus.* C *Vanno attorno ſtampate del ſuo le Compoſizioni ſeguenti, cioè. Interpretatio cap. 9. Concilij Tridentini de iuſtificatione liber vnus. Commentaria in Epiſtolam ad Romanos; in vtramque Epiſtolam ad Corinthios; in Epiſtolam ad Galatas; in Epiſtolam ad Epheſios; in Epiſtolam ad Coloſſenſes; in vtramque Epiſtolam ad Teſſalonicenſes; in vtramque Epiſtolam ad Thimoteum; in Epiſtolam ad Titum; in Epiſtolam ad Philemonem, in Epiſtolam ad Hæbreos; in omnes Epiſtolas canonicas: i quali Commenti dedicò al Sommo Pontefice Giulio Terzo. De conſideratione, & iudicio præſentium temporum a ſuper ſeminatis zizanijs in agro Dominico. Opuſculum de Cœlibatu aduerſus impium Eraſmum. Excuſationis libri quatuor. Quaſtiones dua de verbis, quibus Chriſtus Sanctiſſimum Euchariſtia Sacramentum inſtituit (la qual'opera fù per ordine del Papa prohibita). In Italiano poi ha ſcritto, e ſtampato le opere, che ſeguono, cioè. Della reprobazione della dottrina di Fra Bernardino Occhino, ed'* D *alcune concluſioni Luterane. Diſcorſi contro la dottrina, e profezie di Fra Girolamo Sauonarola. Traduſſe finalmente in latino la vita di S. Caterina, che fu già ſcritta nella volgar lingua dal Beato Raimondo; e molte altre coſe ſono vſcite dal felice ingegno del Politi, delle quali non ſe ne ha adeſſo notizia alcuna. Nell'età di 70. anni morì egli in Napoli l'anno 1552. di gocciola, che da' Medici vien chiamata apopleſia, mentre s'apparecchiaua, per andare à Roma, chiamato da Giulio Terzo, che voleua, come ſi diſſe, promouerlo al Cardinalato. Fauſto Sabeo Poeta leggiadriſſimo ſcriſſe in lode di queſto Arciueſcouo i ſeguenti verſi, cioè*

Sacrati hoc cineres tumulo pia & oſſa quietem
Aſſiduos fluctus poſt maris huius habent.
Cuius erant cernes in Cælo nomen, & aſtrum,
Si virtus rupto carcere in aſtra volat. E

Idem Vgurger. tit. 18. pag. 560. *Lancillotto Politi da noi riposto tra gl'illuſtri Legiſti, e Teologi Saneſi, fu ancora grande amico delle Muſe, come dimoſtrano alcune Poeſie da noi vedute, e dichiara il Feretrio con la ſeguente lode &c.* Idem tit. 19. pag. 632. *Lancillotto Politi, che poi fattoſi Religioſo di S. Domenico riuſcì famoſiſſimo Teologo, e per i ſuoi gran meriti fu prima aſſunto alla Catedrale di Minori, e poi alla Metropolitana di Conſa nel Regno di Napoli (come altroue ſi è detto) ſi dilettò anch'egli dell'Hiſtoria, oue traduſſe di Latino in Italiano la vita della Serafica S. Caterina da Siena, che ſi vede alle ſtampe. Scriſſe ancora in lingua latina vn libro della Guerra di Mont'Aperto, ſeguita tra Saneſi, e Fiorentini.*

Marcus

A Marcus quoque Mantua de Viris illuſtribus num. 177. aliqua de Lanceloto exarauit, de mutatione tantùm nominis verba faciens, tacita cognominis diuerſitate, Aduocatique Conſiſtorialis prærogatiua. *Lancelotus Politus (ſcripſit) floruit tempore Leonis Decimi Pontificis Maximi, anno ſcilicet 1512. docuit in Patria, & multa ſcripſit, ſed ſi quid eſt maximo in precio apud omnes, & adiumento ſtudioſis, eſt Tractatus ſubſtitutionum omnibus numeris abſolutiſſimus, Repetitioneſque multiplices, præſertim l. filium quem habentem, C. famil. hercisc. & l. re coniuncti, ff. de leg. 3. & niſi relicto ſeculo fuiſſet Religionem ingreſſus, alia veriſimilitèr edidiſſet, ſicuti cucullatus fecit aduerſus Lutherum, opus ſanè frugiferum, & multarum rerum eruditione, in ſpectantibus ad Fidem tamen, refertum; is ſenex admodū mortuus eſt, qui non amplius Lancelotus, ſed nomine mutato, Ambroſius etiā vocabatur, dum in humanis eſſet.* Cur autem Lancelotus Politus ſacro Dominicanorum Cœtui addictus, præter cōſuetum, nomen in Ambroſium, cognomen in Cathatinum immutauerit? apud quempiam, qui de ipſo ſcripſit, haud reperi: at ignorarem adhuc, niſi Summus Pontifex Alexander
B Septimus, ſingulari, qua emicat humanitate cum maieſtate coniuncta, mihi indicaſſet, ad honorem Beati Ambroſij Sanſedonij, nomen, & Sanctæ Cathatinæ, cognomen aſſumpſiſſe, cum ille, & hæc Senenſes Patria, & Dominicani Ordinis ſequaces, eximia Sanctitatis fama, expleta mortalitate, in beatas Sedes demigrauerint.

Vixit Clemens Politus Senenſis Lanceloti nepos, anno 1591. Groſſetanus Epiſcopus renunciatus.

CAMILLVS DE BALIONIBVS Peruſinus. Cæſar Chriſpoltus, dum hæc in Peruſiæ Auguſtæ hiſtoria lib. 3. cap. 2. conſcripſit, Camillum inter Conſiſtoriales floruiſſe Aduocatos, me edocuit. *Camillo* (ait) *Baglioni moderò in guiſa col' fre-*
C *no de' continui ſtudij i ſpiriti hereditarij, che hebbe di generoſità, e brauura, che con molta ſua quiete portatoſi alla profeſſione delle Leggi, fece in quelle marauiglioſi progreſſi, e ne diede ſaggi alla Corte di Roma, doue fatto Auocato Conciſtoriale, meritò anco vn luogo tra gli Auditori della Sacra Ruota, ma per poco tempo portò quella Dignità, che nel fiore degl' anni venne à morte, e paſſato da quel Tribunale all'altro del ſupremo Giudice, laſciò ſolo viua in terra la memoria del ſuo gran merito.* At Camillus Balleonus, qui a Io. Baptiſta Cantalmaio inter Auditores Rotæ deſcribitur, non modico temporis ſpatio inter eoſdem ſedit, quippe anno 1518. fuit admiſſus, obijtque anno 1534.

GALEOTTVS FERRACCIOLVS . . . . Anno 1517. dieque 30.
D Octobris Galeottum in publico Conſiſtorio peroraſſe, conſtat ex Actis Conſiſtorialibus, penes S.R.E. Card. Vicecancellarium aſſeruatis.

MELCHIOR BALDASSINVS Neapolitanus. Floruit Iuriſprudens non ignoti nominis, Pauperumque Aduocatus Iius, doctus, ac integerrimus. Sacro Lateranenſi Concilio, tempore Iulij Secundi conuocato, interfuit, & pro pragmaticæ Sanctionis abrogatione inſtantiam expoſuit. Die 15. Ianuarij 1518. in Conſiſtorio, in quo Laurentius Campegius rubenti galero redimitus fuit, propoſuit. Sexto Adriano regnante, pro Beato Antonino Archiepiſcopo Florentino
E inter Superos recenſendo, diſertiſſimè perorando, preces porrexit. Romæ anno 1525. diem clauſit extremum, teſte Blaſio Baronio de Martinellis de Cæſena in Diarijs, quibus funebris pompæ memoria poſteris in hæc verba demandauit. *Die Martis 12. Septembris reuerſus fui è Ciuitate Caſtellana, vbi fui per decem dies, inueni Dominum Melchiorem Aduocatum Conſiſtorialem laborantem in extremis, & circa vigeſimam tertiam horam obijt. Die ſequenti fuit ſepultus in S. Auguſtino: Familia Papæ venit, & vltra quatuor, vel quinque familiæ Cardinalium; ſed Magiſter Domus Papæ iniunxit mihi, vt notare deberem, quòd ideo Papa miſit familiam ſuam tanquam pro familiari, non autem vt Ad-*

uocato

Digitized by Google

uocato Conſiſtoriali, & quòd ſic ſignificarem alijs Aduocatis, & ſic feci: Venerunt Dux Seſſæ
duæ Societates, & omnes ferè Prælati Curiæ, & fuit magnum funus. Teſtamentum de menſe A
Iulij 1522. Melchior condiderat, in quo præcipuè ipſemet ſcripſerat. *In domo mea, & in*
ſtudio meo Ego Melchior de Baldaſſinis I.V.D. & Aduocatus Conciſtorialis infraſcriptum teſta-
mentum mea propria manu ſcripſi &c. Corpus meum, ſi in Vrbe mori contingat, in Eccleſia
S. Auguſtini Ordinis Eremit. S. Auguſtini, cum habitu S. Franciſci ſepelliri mando, ſine pompa,
ſed tantùm pro conſuetudine Dignitatis Aduocati Cõſiſtorialis, & prout infraſcriptis Executori-
bus videbitur; ſi verò extra Vrbẽ, tũc eo modo, & forma, & vbi eis videbitur magis expedire &c.
Aſſerit, quòd Deus ipſum de ſatis affluentibus bonis decorauit. Legata quamplurima
iubet, præcipuè fauore Eliſabetthæ ſuæ vxoris, cum qua ſexdecim annis, vel ſupra, ſine
lite vixerat, Ioannis Baptiſtæ ex Antonio, & Antonij, ex Ludouico fratribus nepotum:
hæredes inſtituit Margaritam matrem, Antonium Matthiam de Baldaſſinis germanum
fratrem, quem ſemper patris loco coluit, & filios Ludouici de Baldaſſinis alterius ger-
mani fratris: Executores teſtamentarios conſtituit Cardinalem de Fliſco, Cardinalem B
de Valle, Ducem Sueſſæ Oratorem Cæſareæ Maieſtatis, Antonium de Baldaſſinis, & Ia-
cobum Simonettam Romanæ Rotæ Auditorem. Deinde codicillando diſpoſuit, quòd
corpus ſuum ſepulturæ demandaretur in Eccleſia S. Auguſtini de Vrbe in Sacello S. Ni-
colai de Tolentino, & quòd fierent impenſæ (verba Codicilli) marmoreæ, ſed tantùm eo
modo, prout ſtat Capella iſtorum Dominorum de Valle in Aracœlo, modo honeſto, non
exceſſiuo &c. Hac ſepulchrali epigraphe appoſita, marmoreiſque additis inſignibus, ac
effigie, in Diui Auguſtini Templo, Sanctæque Monicæ Sacello cadauer ipſius tumulatum
iacet.

D. O. M.
MELCHIORI BALDASSINO
AVLÆ CONSISTORIALIS ET PAVPERVM C
ADVOCATO INTEGERRIMO
CAROLVS BALDASSINVS
POST IOANNEM FRATREM
EIVSDEM AVLAE ADVOCATORVM DECANVS
PATRVI BENEMERENTIS MEMORIAE
ET FRATRIS POSVIT.

Laudatur a Gomeſio in Commentar. ad regul. Cancellar. in præfatione regulæ de non
tollen. iur. quæſ. *Author eſt Melchior Baldazinus tunc inſignis ſacri Conſiſtorij Aduocatus,*
qui fuit vnus ex aſſiſtentibus compoſitioni regularum: regul. de triennal. poſſeſſor. q.5. in
princip. *Idem etiam atteſtatur D. Melchior de Baldaſſinis illorum temporum celebris Aduoca-* D
tus in quibuſdam ſuis adnotationibus ad regulas Hadriani: & q.9. *Et iſtam opinionem pro in-*
dubitata tenet hic D. Melchior Aduocatus ſuorum temporum non ſecundus in quibuſdam ad-
notationibus ad regulas Hadriani: & in reg. de publican. reſignation. q.19. *Vt adnotauit*
Melchior de Baldaſſinis ſui temporis Aduocatus inſignis. A Quintil. Mandoſ. in reg. Cancel.
reg.13. de reſeruat. q.8. in princ. *Concluſit Melchior Baldaſſinus ſuo tempore Aduocatus ex-*
cellentiſſimus alleg.11.num.2. A Hieron. Gabr. conſ.191.vol.2. *Mutatis verò Auditoribus,*
deinde in hoc articulo Rota elegit opinionem, quæ fuit olim Baldaſſini eximij ſuo tempore Conſi-
ſtorialis Aduocati. In Adriani Papæ Sexti manuſcriptas Literas incidi, in quibus de noſtro
Melchiore habetur mentio, quarum tenor, cum apud nullum Pontificiorum geſtorum
Scriptorem recenſeatur, ſitque Lectori, antiquitatiſque indagatori delectabilis, non abs rè
connectitur. *Venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalium Collegio. Adrianus Papa* E
Sextus. Venerabiles fratres noſtri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum diù auidè
expectaſſemus reſponſa Circumſpectionum veſtrarum ad eas Literas noſtras, quas nuper menſe
Martio per dilectum filium Ioannem Borrellum Camerarium noſtrum ſecretum cum diuerſis
inſtructionibus, atque mandatis illi commiſſis duplicatas miſimus, tandem vltima Maij voti
compotes facti ſumus, binis Circumſpectionum veſtrarum Literis, quarum altera octaua, altera
vndecima Maij datæ fuerunt, ſimul acceptis, ex quibus & quàm lætis animis inſtrumenta acce-
ptationis noſtræ exceperint, & quo ſtudio de profectionis noſtræ adminiculis ſategerint, magna

cum

tum animi noſtri exultatione percepimus; quam mox ſequenti die, ideſt Kalen. Iunij maximè
A cumulauit iucundiſſimum nouum, quo dilectum filium noſtrum Alexandrum Cardinalem de
Cæſarinis cum galeano noſtro lictoribus Cathelonia ſaluum applicuiſſe, & inſuper nouem trire-
mes ex Italia, duas noſtras, & Eccleſiæ, & ſeptem cariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli in Im-
peratorem electi, nec non duas alias naues multo biſcocto, atque frumento, vinoque oneratas
propediem expectari cognouimus. Benedictus Deus, qui ſperantes in ſe nunquam deſerit, & qui
ſecundùm multitudinem triſtitiæ, quam ex varijs difficultatibus accelerationi profectionis noſtræ
obiectis concepimus, multiplicauit conſolationem noſtram, & gaudium cordis noſtri, dum eodem
tempore ferè omnes moræ noſtræ occaſiones ſuſtulit, vt qui paulò ante cum magna animi anxie-
tate expectauimus nauigia diuerſis ex locis accerſita, nunc quaſi momento temporis plures etiam,
quàm neceſſariæ ſint, aſſecuti, videamur illicò citra periculum nauigare poſſe. Qua in re pri-
mas inter mortales gratias agimus Circumſpectionibus veſtris, quæ vt prius in electione, atque
alijs rebus, ita etiam modo in prouidendis nauibus, atque commeatibus vndecumque conquiren-
B dis, ſtudioſiſſimè nobiſcum egerunt, parata etiam proprijs pecunijs non parcere, vbi neceſſaria
ad præmiſſa peragenda ex noſtris haberi non poſſent. Quid cum præſentibus nobis acturæ ſunt
Circumſpectiones veſtræ, quando erga abſentes tam ſint officioſæ? Quid non ſperabimus, cum
illorum conſilio, atque adiutorio in arduiſſimis quibuſque rebus ad Dei honorem, & Eccleſiæ de-
corem poſſe perficere, quas ſuapte ſponte tam ſollicitè videmus omnia, quæ proſperum Eccleſiæ
ſtatum concernunt, prouidere? Accedit in confirmationem huiuſce ſpei noſtræ, quòd inſolitam
experiamur in Principibus Chriſtianis erga Nos, & Sanctam Sedem Apoſtolicam deuotionem.
Iamdudum chariſſimi in Chriſto filij noſtri Carolus Romanorum in Imperatorem electus, An-
gliæ, & Portugalliæ Reges Oratores ſuos certatim ad Nos miſerunt, ſe, & omnia ſua noſtris, &
dictæ Sedis obſequijs promptiſſimè offerentes; quorum Rex Portugalliæ claſſem nobis ſuis ſumpti-
bus talem, & talitèr inſtructam mittit, vt ad ſecuritatem nauigationis noſtræ non parum mo-
C menti afferre videatur; alter verò, ideſt Rex Angliæ totam claſſem, quæ traiectioni noſtræ ne-
ceſſaria eſſet, ſolus exhibere paratus erat, & eam exhibuiſſet, niſi per memoratum electum Im-
peratorem perſuaſus fuiſſet nobis hac in re ex Neapoli facilius, atque commodius ſubueniri poſſe;
ſed & chariſſimus in Chriſto filius noſter Francorum Rex Chriſtianiſſimus non quidem adhuc
per Oratorem, ſed per priuatas perſonas amicum, & beneuolum erga Nos animum oſtendit: id-
que ipſum & dilecti filij Venetorum Reſpublica literis, & amplis oblationibus (etiam triremiū
ſuarum) planè demonſtrarunt. Tacemus de dilectis filijs Ducibus Ferrarienſi, & Vrbini, quo-
rum officia nobis, & S. Sedi Apoſtolicæ exhibita Circumſpectionibus veſtris non ſunt ignota.
Quæ omnia ad hoc commemorauimus, vt appareat, nos ex huiuſmodi principijs optimos pro-
greſſus expectare poſſe, Deumque Optimum Maximum mundi miſerijs, quæ tanta ſunt, vt vix
maiores eſſe poſſint, nunc demum miſereri, & mederi velle. Et quoniam ſcimus, fundamentum
D ſalutis totius Chriſtianæ Reipublicæ in firma Chriſtianorum inter ſe Principum pace conſiſtere,
miſimus nuper Oratores hinc ad dictos Imperatorem electum, & Regem Angliæ, inde ad Regem
Chriſtianiſſimum, vt illorum animos ad huiuſmodi pacem, vel ſaltem ad aliquot armorum
inducias adducant, nec dubitamus, quin adiuuante Domino ſaltem in altero horum voti com-
potes reddamur, pro diſpoſitione, quam in dictis Principibus ad hanc rem videmur olfeciſſe:
omnino verò dabimus operam, vt iam ſuppetentibus tam nauigijs, quàm commeatibus, citra
vllam dilationem nos hinc portum, & inde continuò in Italiam conferamus, vt ex conſilio Cir-
cumſpectionum veſtrarum neceſſitatibus Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ efficacitèr conſulere
valeamus. Cæterùm quòd Circumſpectiones veſtræ Annulum Piſcatoris ad nos miſerint, gra-
tum habemus; nobis curæ erit ſic illo vti, quemadmodum & altero, quem hic fabricari fecimus,
hactenus vſi ſumus, vt ex hoc Romanæ Curiæ Dignitati, vtilitatique potius conſultum, quàm
E derogatum videatur, quam vtramque ſemper quantum in nobis erit, tanquam pius pater pro-
mouere ſtudebimus. Circa delationem verò armorum, & alia gubernationem Vrbis, & Ita-
liæ concernentia in vigilantia, prudentiaque Circumſpectionum veſtrarum, quibus eas res tan-
tæ curæ eſſe videmus, deinceps conquieſcemus. Reliqua, quæ nunc ſcribenda erant, ne proli-
xiores ſimus, Circumſpectiones veſtræ ex dilectis filijs VVilhelmo de Enkenuort Notario, &
procuratore noſtro, & Melchiore de Baldaſinis Aduocato Conſiſtoriali plenius intelligent, qui-
bus eam fidem, quam Nobis coram poſitis habituri eſſent, adhibeant. Hoc tamen in calce epi-
ſtolæ adijcimus, cupere nos plurimùm per Circumſpectiones veſtras prouideri, vt ſupplicationes
ad

ad Deum pro felici, & proſpera nauigatione noſtra populis indicantur, quod Nobis erit vehementèr gratum. Dat. in Palatio Aliaferia prope, & extra muros Cæſarauguſtæ ſub Annulo Piſcatoris die 3. Iunij 1522. ſuſcepti a Nobis Apoſtolatus officij anno primo. A

In Eugubina quoque Ciuitate emicuit inter primarias Baldaſſina Familia, è qua (teſte Leone Allatio inter Apes Vrbanas, Vghello in Italia ſacra tom. 1. pag. 678. & Iacobillo de Sanctis Prouinciæ Vmbriæ pag. 507.) prodijt S. Vbaldus illius Vrbis Epiſcopus, anno 1130. cuius vitam Italicè ſcripſit Michael Angelus Eugenius. Celebratur a Volaterrano lib. 5. geograph. Galeatius Baldaſſinus Siculus, ſtrenuus miles Alphonſi Regis in Populonij bello contra Raynaldum Vrſinum.

IVLIVS STEPHANELLVS . . . . Viuebat Conſiſtorialis Aduocatus anno 1519. quo recurrente, die octaua Auguſti inſtitit pro Pàllio tradendo Matthæo Langio Germano S.R.E. Cardinali abſenti Archiepiſcopo Saltzburgenſi. Propoſuit die 10. Aprilis 1521. in Conſiſtorio congregato pro Card. Io. Lotharingio, Renati Regis Hieruſalem, & Siciliæ, Duciſque Lotharingiæ, & Calabriæ filio. Alibi deſcribitur *D. Iulius Stephanucius Aduocatus Conſiſtorialis in Regione Parionis.* B

BERNARDVS DE SANCTIS REATINVS. Carolus Quintus Imperator electus ad Leonem Papam Decimum officioſas Literas, in hunc ſenſum redditas, anno 1520. pro Bernardo tranſmiſit.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri Domino Leoni Decimo
Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifici
Maximo Reuerendiſſimo. C

Beatiſſime in Chriſto Pater Domine Reuerendiſſime. Bernardum de Sanctis Gubernatoris huiuſce almæ Vrbis Auditorem beniuolentia complectimur, commendatumque in omni re habemus: qua de re pergratum nobis Oratoris noſtri ſtudium fuit, quo hominem apud Sanctitatem veſtram pro aſſequendo Aduocati Conſiſtorialis Officio, quod in præſenti vacat, fouendum ſuſcepit, eaque cauſa ad eum ſcribimus, vt rem proſequatur, pro viribuſque Sanctitatem veſtram exorare contendat. Aget ille cum Sanctitate veſtra pluribus, quanè cauſa Bernardo ſatisfieri cupiamus oſtendet; obteſtamur, vt dicenti fidem adhibeat, nobis ſe facilem præſtet, Bernardumque de Sede Apoſtolica benemeritum hoc beneficio commendatione noſtra auctum velit. Prouidebitur honeſtiſſimè Magiſtratui, gratumque nobis a Sanctitate veſtra fiet. Valeat Sanctitas Veſtra, quam Omnipotens Deus in ſuo Sancta Romana, ac vniuerſalis Eccleſia Regimine diù, feliciterque conſeruet. Ex Colonia Ciuitate Imperiali 11. Nouembris 1520. D

Carolus Diuina fauente Clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem &c. Rex.

Diu anceps fui, an Bernardus fuerit inter Aduocatos cooptatus, at poſt hæc ſcripta incidi in recenſendi tenoris ſubſcriptionem, inter Conſilia Loffredi impreſſam conſil. 50. quam, prorſus omni hæſitatione remota, nomine, cognomine, tempore, & Auſtriacæ Proſapiæ addictione concurrentibus, ad mox enunciatum Bernardum referendam eſſe, opinor. *Accedo libentiſſimè in eandem ſententiam, cum omnia & ſubtilitèr, & elegantiſſimè per Excellentiſſimum D. Sigiſmundum Loffredum I. C. celeberrimum, Regium Collateralem, Conſiliarium, & Regiam Cancellariam Regentem fuerint diſcuſſa, & locupletiſſimis ingenij ſui viribus enucleata, vt cæteris omnibus ſcribendi materia præſcripta videatur, vt in allegationibus noſtris diximus: & ideo ſubſcripſi ego Bernardus Sanctus Regius Conſiliarius Aduocatus Conſiſtorialis.* Acceſſit demum Vghelli fides, etſi aliquantulum in nomine varians. *Berardus* (inquit) *Sanctius Reatinus Aduocatus Conſiſtorialis Caroli Quinti Imperatoris Conſiliarius, vir omnium exiſtimatione præclarus, ob inſignem ſcientiam, prudentiamque ab* E

ipſo

ipſo Carolo Imperatore Epiſcopus deligendus deſignatus eſt, a Paulo Tertio Pontifice eiuſdem
A *Ciuitatis* (Aquilæ) *declaratus Epiſcopus anno* 1538. *die* 14. *menſis Iuly. Abſens eidem Eccleſia ius dixit per quindecim annos, cum ſub eodem Pontifice in Belgio, tum in Germania Nuntius Apoſtolicus fuiſſet. Romæ olim ſub Clemente Septimo Gubernator pro Catharina Angliæ Regina candidè, ac doctè legale Conſilium ſcripſit contra Henricum Octauum Regium Catharinæ maritum.*

Familia de Sanctis è Ciuitate quoque Florentiæ prodijt, nobilitatis prærogatiua inſignis. Vixit Ioannes Antonius de Sanctis Senenſis, a Bonifacio IX. ad Materanenſem Eccleſiam euectus: & in Hiſpania floruit Franciſcus de Sanctis Segobienſis, author *Commentariorum in Euangelium S. Ioannis.*

B TARQVINIVS DE SANCTA CRVCE Romanus. Die 10. Aprilis 1521. in Conſiſtorio propoſuit, pro Ioanne Card. Lotharingio conuocato. Anno 1526. in humanis agebat, quo Pallium petijt pro Archiepiſcopo Bituricenſi.

DIONYSIVS MONZA, aliàs de Vincentia, Petri de Vincentia Apoſtolicæ Cameræ Auditoris germanus frater. Tumulatus iacet in Vrbe in Eccleſia Deiparæ in Aracœli. Ex ipſo Dionyſio deſcendit Margarita Monza, Bernardini Theophili Aduocati Conſiſtorialis vxor, de qua infra in Sertorio Theophilo; vbi ſepulchrales quoque inſcriptiones.

C IACOBVS BOVIVS Bononienſis. Ludouici filius. De ſuo Conciue eximio loquantur Rinerius vbi ſupra, & Alidoſius pag. 122. Ille. *Giacomo de' Boui fu da Papa Leone Decimo creato Auuocato Conciſtoriale l'anno di noſtra ſalute* 1521. *alli* 26. *Aprile, di cui ſi legge l'infraſcritto epitaffio in Bologna nella Chieſa di S. Domenico.*

D. O. M.
IACOBO BOVIO IVRISC. CLARISS.
PONTIFICII SENATVS ADVOCATO ELOQVENTISS.
AD ALEX. VI. IVL. II. ET LEON. X.
D PONTIFICES MAXIMOS
LEGATIONIS MVNERE
TVM SENATORIA POTESTATE
VERA CVM LAVDE PERFVNCTO
CVI PORRO
CARD. COLLEGIVM S. P. Q. R.
MEMORES EIVS INCLYTAE IVSTITIAE COMITATISQ.
ITERVM SENATORIA POTESTATE
ADRIANI VI IVSSV MANDANDVM CVR.
E SED IPSE MORTE PRAEVENTVS
INENARRABILE SVI DESIDERIVM RELIQVIT
MDXXII.
VIXIT ANNOS LXVII MENSES X. DIES XVI.
VINCENTIVS PROTHONOTARIVS APOSTOLICVS
ET IOANNES LVDOVICVS IVRIS CONS.
PATRI DVLCISSIMO PP.

Alter. *Giacomo di Lodonico del Bò, o de' Boui 1485. Era nel Collegio de' Giudici, e nel ciuile. Fu Senatore di Roma. Morì l'anno 1522. Nella Chieſa di S. Domenico è vna ſimile memoria*: hanc omitto, quia eſt eadem a Rinerio relata; nomina tamen filiorum Alidoſius omiſit; & ſuperaddidit. A

Qui vixit, benè mortuus beatur.
Nox mea lux animi eſt.

Subdit. *Et in in Campidoglio è la ſeguente.*

IACOBO BOVIO IRISCONS. BONON.
SENATORIAE MAIESTATIS MVNERE
LEONE X. PONT. MAX.
SEVERE COMITERQ. INTEGERRIME FVNCTO
S. P. Q. R. B
VIRTVTIS ERGO BENEMERENTI
D. D.

Ex hac Progenie prodiere Ioannes Carolus Bouius Bononienſis, Epiſcopus primùm Aſtunenſis, deinde Archiepiſcopus Vriæ, & Brunduſij. Cæſar Bononienſis, anno 1577. Neritonenſis Præſul promulgatus. Ioannes Antonius Nouarienſis, anno 1606. Epiſcopatu Melphitano exornatus. Carolus, & Marius Bononienſes, ille Gregorio XV. affinis, anno 1622. Balneoregienſi Epiſcopatu decoratus, inde ad Sarſinatenſem Eccleſiam tranſlatus, iſte vtriuſque Signaturæ Referendarius, & Vaticanæ Baſilicæ Canonicus. Hieronymus, & Vlyſſes, de quibus infra. C

ALEXANDER PALEOTTVS Bononienſis. Gabrielis Cardinalis Paleotti, de quo ſupra, genitor. Iura Aduocatus Conſiſtorialis in Patria profitebatur; patet ex ſubſcriptionibus ad conſ. crim. 17. Hippolyti de Marſilijs Conciuis. *Ego Alexander Paleottus I. V. D. Aduocatuſque Conſiſtorialis ordinariam Iuris Canonici de mane in Patria mea Bononia legens.* & conſ. 120. anno 1525. edito. *Ego Alexander Paleottus I. V. D. ſacri Lateranenſis Palatij Aduocatus primariam Iuris Canonici Cathedram in Patria mea Bononia regens.* Hinc notandum, quòd ideo Alexander ſe Lateranēſis Palatij Aduocatum ſcribit, cum ibi olim fuerit Pontificum Regia (Patriarchium nuncupata) a Sancti Sylueſtri temporibus vſque ad Clementem Quintum, qui Sedem Apoſtolicam in Auenionenſem tranſtulit Ciuitatem; D Gregorius autem Vndecimus inde ad Vrbem reuerſus, in Vaticano domicilium conſtituit: & ad rem de Lateranenſi Conſiſtorio, Cardinalis S. Georgij in hiſtoria de Iubilæo Bonifacij Octaui de ſe ipſo loquens, hæc ſcripſit. *Diebus triginta continuis Principum vtramque Baſilicam peregrinationis cauſa ingreſſi ſumus, nec minus, ſæpius prius eadem die Lateranum ad Conſiſtorium matutina luce properantes.* Vincentium Paleottum I. C. præſtantiſſimum, qui Tractatum *De dote*, anno 1455. elaborauit, Alexandri noſtri genitorem fuiſſe conijcio, de quo ſic legitur tom. 12. tractat. diuerſor. pag. 404. *Vincentius Paleottus Bonauenturæ filius nobilis Bononienſis I. C. ac Legum Interpres clariſſimus, & Henrici Regis Angliæ Conſiliarius: multa edidit ſcripta, quorum nonnulla ſunt impreſſa; plures autem annos in almis Gymnaſijs Bononiæ, Ferrariæ, & alibi publicè cum magna nominis ſui celebritate* E *Leges eſt interpretatus; & inter primos illius temporis Iuriſconſultos eſt habitus: plures reliquit filios, inter quos Camillus humanarum literarũ laude claruit: & Alexander I. V. D. & Senator Bononienſis, pater fuit Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D. Cardinalis Paleotti: obijt idem Vincentius die 25. Octobris 1498.* Et dum Syllabus hic properabat ad prælum, è Bononienſi Ciuitate ad me tranſmiſſa fuere Alidoſij opera, qui de Iuriſconſultis Bononieſibus ſcribens, pag. 18. & 226. genituram eandem comprobat. *Vincenzo di Bonauentura Paleotti à 15. di Gennaro 1448. Era nel Collegio de' Giudici, e nel Ciuile. Fu Oratore al Sommo Pontefice*

teſice

A *teſice per il Re d'Inghilterra. E nominato nella memoria, ch'è ſotto ad Aleſſandro ſuo figlio. Ha in ſtampa De dote, & alcune Repetitioni, & Addittioni alle Letture di Bartolo, e molte ſue opere manoſcritte ſi vedono preſſo alla ſua Fameglia, & ad altre. Morì l'anno 1498. à 24. di Ottobre, e fù portato* (notandum) *da otto ſuoi figliuoli alla ſepoltura nella Chieſa di S. Giacomo Maggiore*. At Henrici Regis Angliæ Diploma percurrendum apud Vghellum de Imolenſibus Epiſcopis, quo Vincentium ipſum anno 1487. in familiarem, & Conſiliarium Regium recipit, vbi præcipuè habetur: *Præſtanti Viro I.V.D. Domino Vincentio de Paleottis Ciui Bononienſi ſal. Excellentia ſcientiæ tuæ, generis nobilitatis, tuaque anteacta vitæ integritatis multiplex fama, quæ ad nos peruenit a veridicis, digniſque teſtibus, & præſertim a R. P. D. Iacobo Epiſcopo Imolenſi noſtro Conſiliario, qui te primarium in ampliſſimo Bononienſi Studio Iura legentem iam pluribus annis audiuerunt, tecumque verſati ſunt &c.* Thom. Ferrat. cautel. 52. ſcripſit: *ſequitur ſolemnis Doctor Vincent. Paleottus, quem habeo ad pennam, in l. 1. ff. ſi cert. petat.* Ad Alexandrum genitum redeamus, de quo Alidoſius dict. pag. 18.
B *Aleſſandro di Vincenzo Dott. de' Paleotti 1506. Era nel Collegio de' Giudici, nel Ciuile, e nel Canonico. Morì l'anno 1527. à 8. di Marzo, ſendo Senatore della ſua Patria; e nella Chieſa delle Suore del Corpo di Chriſto ſi vede di lui queſta memoria.*

MEMORIAE
ALEXANDRI PALEOTTI SENAT. ET IVRISC.
VINCENTII IVRISC. FILII
OBIIT ANNO SAL. MDXXVII.
ET
C GALEAT. ALEX. FILII PONTIF. IVRIS DOCT.
QVI OBIIT ANNO MDXLIX.
ITEM
ASTORGII PALEOTTI EIVSDEM ALEX. FILII
QVI FIDE PIETATE ET CONSILIO
IN VRBE ET IN PATRIA CLARVS
VIXIT ANN. LI. OBIIT ANNO MDLXXV.

Nec omittenda ſunt, quæ Alidoſius idem in Appendice exarauit pag. 7. *Nel ſupplemento della Cronica del Caſio, dice così di lui*

D

Queſt' Aleſſandro dell Felſineo Gregge
Fù, & figlio à Vincenzo Paleotto,
Del Padre in la Canonica più dotto,
Ma non così ne la Ciuil poi Legge.
Giouial prima fù, come ſi legge
Nel Rottol del Ginnaſio, v' ch'è condotto
Reſta immortal, pò in l'offitio redotto
Fu di Quaranta, che la Patria regge.
E *Col Beroaldo Cognato ne la proſa,*
Et col fratel Camillo, & con Marone
Andò quaſi di pari à ber nel fonte.
Il laſciar di ſe figli, fù cagione,
Che tolſe (da la Volta) per iſpoſa
La gentil Muſa del Parnaſo Monte.

Fù Ambaſciatore al Vicario del Concilio in Milano del 1512.

CVIII.

IOANNES BERNARDINVS SCOTVS Sabinus, in Oppido Mal-
liani ortus. Primùm inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos cooptatus, de- A
inde inter Clericos Regulares Congregationis Theatinorum vixit: a
Paulo Quarto ad Archiepiſcopatum Tranenſem euectus, & Vaticana
Purpura anno 1555. inſignitus: a Pio Quarto ad Sedem Placentinam
translatus, tandem Romæ obijt anno 1568. Hoc in marmore inci-
ſum in Baſilica Sancti Pauli extra Vrbem, vbi ipſius oſſa recondita
jacent, elogium legitur,

IOANNES BERNARDINVS SCOTVS
S. R. E. CARDINALIS
EPISCOPVS PLACENTINVS
VIVENS SIBI POSVIT.
ANNO DOMINI MDLXIII. B
NON MORTVVS EST SED DORMIT.

Ciaconius, & Addentes Bernardini geſta, præclaraſque animi dotes vberrimo calamo
expreſſere. *Ioannes Bernardinus* (ait Ciacon.) *in Caſtro Manliani natus, Clericus Regularis
Congregationis Theatinorum, a Paulo Quarto Archiepiſcopus Tranenſis, ac mox ab eodem
Presbyter Cardinalis tit. S. Matthæi in Merulana ob vitæ ſanctimoniam, atque doctrinam in
ſacrum Senatorium Ordinem lectus; ſub Pio Quarto Epiſcopus Placentinus, & Inquiſitionis in
Vrbe ſub Pio Quinto Iudex.* Victorellus in addit. *Paulus Tertius Aloyſium Lipomanum, &
Sebaſtianum Pighinum Antiſtites Nuncios Apoſtolicos ad res grauiſſimas pertractandas in Ger-
maniam ad Cæſarem miſit; Ioannem Bernardinum Scotum linguarum hebraicæ, græcæ, & la-
tinæ, ſacrorumque Canonum benè peritum, laudabili grauitate, & morum integritate inſignem* C
in ea Legatione non exiguo adiumento futurum cum Lipomano ire voluit. *Franciſcus Maria
Delmonaco in eius elogio m. s. ſic eum loquentem facit; Germaniam, Galliam peragraui ma-
gni Lipomani Comes. Orientalis Eccleſiæ, Græcorumque Protectorem, & Romanæ pietatis in-
ſtauratorem dixit. Panuinus in Paulo Quarto Tranenſem, Rebibam, & Reumanum viros in-
tegros meritò dixit.* Vghellus ibid. *Vir inculpatæ vitæ, magnæ doctrinæ, multiſque litera-
rijs exercitationibus in ſæculo celebris, ætate, & iudicio maturior in Aula Romana Aduocatus
Conſiſtorialis diù verſatus, vt Deo ſimul, & bonarum literarum ſtudijs liberius vacare poſſet,
elegit Clericorum Teatinorū nuper a Io. Petro Caraffa, alijſq. tribus bonis viris inſtitutam Socie-
tatem, a quibus libentèr ſuſceptus primus extitit, qui illius inſtituti habitum a Caraffa ſuſcepit.
Ibi primùm cum ſacrarum Literarum non inutilem operam nauaſſet, græcis, arabicis, & chal-
dæis etiam literis ſingularitèr inſtitutus, varijs in locis Præpoſitus factus, naſcentis ſuæ Reli-* D
*gionis primordia maxima inculpabilis vitæ ſuæ exemplis incrementa dedit. Vergens iam ad
ſenectutem, poſtpoſitis alijs, cum ſe totum Diuinæ contemplationi dediſſet, repentè a Paulo IV.
Pont. Max. qui probè hominis virtutes nouerat, Romam ex domo Sancti Nicolai Tolentini,
vbi Præpoſitum agebat, vocatus, etſi reluctans, eodem tamen Conſiſtorio & Archiepiſcopus
Tranenſis, & Cardinalis renunciatus, Tranenſis vulgaritèr dictus eſt. In ea Dignitate con-
ſtitutus, candidè, ac intrepidè, quoad vixit, ſe verum Eccleſiæ Senatorem oſtendit. Sub eodem
Pontifice Vrbis, ac totius Eccleſiaſtici Status negocijs præfectus fuit, adeoque illum obſeruauit
Paulus, vt eo inconſulto nil agere auſus ſit. Nec minori amore illum amplexus eſt Pius Quar-
tus, qui & Placentino Sacerdotio, alijſque honeſtauit redditibus. Sub Pio tandem Quinto hæ-
reticæ prauitatis Inquiſitor in viuis eſſe deſijt, a quo ob vitæ integritatem honeſtatus eſt lachry-
mis. De illo plura molitur Petrus Maria Campus in hiſtoria Placentinorum Præſulum.* Idem E
Vghellus in Italia ſacra de Placentinis Epiſcopis. *Ioannes Bernardinus Scotus Cardinalis
Tranenſis ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1559. die 3. menſis Auguſti. Hic in Sabinæ
Prouincia natus eſt in Oppido Magliano, atque ex ſingularis doctrinæ opinione Aduocatus Con-
ſiſtorialis euaſit; cumque in familiaritatem Ioannis Petri Caraffæ ſimilitudine virtutum ſe in-
ſinuaſſet (is ille eſt, qui poſtea ad Pontificatum aſcendit ſub nomine Pauli Quarti, quique Tea-
tinorum Inſtitutum inter alios egregios viros inſtituit) ex eius exemplo idem Inſtitutum incepit
profiteri. Profecit inde in ſacris quam qui maximè, linguaſque hebraicam, chaldæam, græ-*

camque

Digitized by Google

tamque perdidicit, quam ille eruditionem cum vita purioris inſtitutione ad miraculum exornaſ-
A *ſet, ſuis Regularibus Clericis ſemel, ac ſæpius, ac pluribus in locis eſt præpoſitus. Romæ eo munere cum laude prudentia fungebatur, cum Caraffa Summus Pontifex renunciatus renitentem illum apud ſe habuit, in eodemque Conſiſtorio Tranenſem Archiepiſcopum, ac Presbyterum Cardinalem tit. S. Matthæi in Merulana Bernardinum creauit, Romanæque Eccleſiæ grauiſſimis expediendis negocijs illum præeſſe voluit, ac penè ſub vita finem Placentinum Epiſcopum declarauit* (ex Ciaconio, & eodem Vghello fuit Tranenſis a Pio Quarto, non autem a Paulo ad Placentinam translatus Eccleſiam) *ſub Pio Quarto inter Cardinales ſupremæ Inquiſitionis Cenſores enituit &c.* Lector caue, quòd in Ciaconiano opere error irrepſit, dum Scoto aſſignata fuerunt Inſignia Ioannis Suauij Reomani, & è conuerſo.

Vixere Gernadus Scotus Epiſcopus Morauienſis, qui ſcripſit *De laudibus Deiparæ Mariæ.* Teclanus Scotus, qui exarauit *Hymnos in laudem Deiparæ Virginis.* Daniel Scotus Taruiſinus, ex Epiſcopatu Aemonienſi ad Parentinum, denique ad Concordienſem anno
B 1433. translatus. Thomas Scotus anno 1565. Interamnenſis Antiſtes renunciatus. Iacobus Martinus Scotus, qui *De prima ſimplicium, & concretorum corporum generatione* conſcripſit. Michael Scotus, qui euulganit *Phyſiognomiam. De natura Solis, & Lunæ.* Michael Angelus Scotus, qui compoſuit *Regulam, & vitam populi Chriſtiani.*

ANTONIVS . . . . De ſolo ipſius nomine a Io. Baptiſta Ferretto conſ. 240. edoctus, cognomem, & Patriam ignoro: ibi habetur, quòd *Excellentiſſimus I.V.D. Antonius fuit ter approbatus, & conductus per Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum in Conſilio Rogatorum ad legendum in Studio Patauino ad ordinariam de ſero, & de mane; quodque creatus fuit Aduocatus Conſiſtorialis per Clemen-*
C *tem Septimum Motu proprio*; concludens, *quòd ea Dignitas facit, vt præcedat alios ſimplices Doctores, cum ſit de Conſiſtorio Principis; quodque eadem Dignitas conſiderabilis eſt etiam ante exercitium & adminiſtrationem, ex quo talis prærogatiua Dignitati conceditur.*

IOANNES BALDASSINVS Neapolitanus. Antonij Baldaſſini Cameræ Summariæ Præſidis, & Rebecchæ Sellarulæ Beneuentanæ filius: Melchioris Baldaſſini ex germano fratre nepos: Pellegrinam Pagliaram de Salerno in vxorem duxit. Præter ipſius mentionem in ſepulchrali elogio, de quo ſupra in Melchiore; & in Pontificio Iulij Tertij Diplomate (vbi Ioannes Baptiſta Baldaſſinus nuncupa-
D tur) ad fauorem Antonij Vellij, anno reparatæ ſalutis 1550. emanati, quo Baldaſſinus in humanis nequaquam agebat, mox annectenda cuiuſdam teſtis verba expiſcaui. *Et ſape, che detti Antonio, & Ribecca haueano procreati più figli maſcoli, delli quali lo primo ſe chiamaua Gio. Battiſta Baldaſſino V.I.D. e fa poi Aduocato Conciſtoriale in virtù de lo Priuilegio conceſſo da Papa Leone Decimo alli poſteri del q. Melchior Baldaſſino ſimilmente Aduocato Conciſtoriale &c. Et ſe recorda, che detto Gio. Battiſta, quando eſſo teſtimonio era profeſſo per andare à Roma à pigliare la poſſeſſione dell'offitio de Aduocato Conciſtoriale, fè più lettioni in Napoli della l. Centurio, de vulgari, & pupillari.* In teſtamento autem Melchioris. *Item lego Ioanni Baptiſtæ nepoti meo, filio D. Antonij de Baldaſſinis mei germani fratris omnes libros meos in iure ciuili, & canonico, ſi ſtuduerit in illis facultatibus &c. item omnes miraglias meas argenteas, & æneas tantùm, vt illas*
E *teneat in memoriam mei &c.*

MARIVS

CX.

MARIVS SALOMONIVS de Albertiſchis Romanus. Ioannis I.C. A
filius. Inter primarios ſuæ tempeſtatis Iuriſprudentes haud imme-
ritò connumerandus. Anno 1495. vnà cum Archiepiſcopo Raguſi-
no almæ Vrbis Gubernatore, fuit ab Alexandro Sexto ad Ciuitatem
Tiburtinam, pro arduis diſcordijs ſedandis, tranſmiſſus: in inſtru-
mento legitur *Marius Salomonius de Albertiſchis*, *Comes Palatinus*,
Conſeruator Vrbis. Anno 1511. die 28. Augusti interfuit vnà cum
Domicellis, ac Nobilibus Romanis cõcordię firmatæ inter Guelphos,
ac Gibellinos, tanquam vnus ex quatuor Deputatis pro Regione Campitelli. Edidit
Marius *Commentariolos in librum Pandectarum Iuris ciuilis* (vbi inſcribitur *Marius Salo-
monius Albertiſchus, Iureconſultus, Equeſque Romanus, & Aduocatus Conſiſtorialis)* nempe
*De iuſtitia, & iure. De bono, & æquo. In l. vt vim; in l. omnes populi. De voluntario, &
inuoluntario. De Conſtitutionibus Principum*. Inſuper ſcripſit *De poteſtate Cardinalium.* B
*De Probationibus. De Principatu. Paradoxa in l. Gallus, & in §. Reſponſa prudentum. Ad
defenſam.* Illius geſta luculentèr recenſuit, præconiaque contexuit Ioannes Fichardus;
ipſe loquatur. *Marius Salamonius Albertiſchus Eques Romanus per eadem tempora viguit.
Auditor fuit Baptiſtæ Caccialupi. Ius ciuile non tantùm docuit, verùm etiam adminiſtrauit.
Egit enim aliquandiù Præſidem Campaniæ, vt ipſe quodam in loco commemorat. Inde Romam
reuerſus ad Iuris profeſſionem eſt, vbi auditores multos, magnamque exiſtimationem apud om-
nes habuit. Inter cætera autem in gratiam Iulij Medices Cardinalis, & Eccleſiæ Romanæ Pro-
cancellarij inſtituit Diſputationem ſuper l. Gallus, in ff. tit. de liber. & poſthum. quam publicè
magna celebritate in xxij. Cardinalium conuentu, frequenti Epiſcoporum, Iureconſultorum, &
omnis generis doctorum hominum concurſu, magna cum nominis ſui fama publicè exegit, po-
ſteaque in iuſtos Commentarios redactam eidem Iulio Medici inſcripſit, & edidit. Per ipſum
enim Iulium in Aduocatorum Pontificalis Conſiſtorij Collegium aſcitus fuit; de quo Marius ſibi* C
*gratulabatur, quòd nihil ad Dignitatem amplius, ad ſtudia accomodatius, ad ætatem expeti-
bilius ſibi condonari potuiſſet. Tandem verò ſenio prægrauante a cauſis orandis ad ocium to-
tum ſe contulit, eo (vt ſcribit) conſilio, vt quod viribus præſtare non valeret, ingenio ſaltem
elaboratum aliquid reponeret. Inceperat igitur eo in ocio iuſſu, hortatuque Leonis Decimi
Pontificis in libros Digeſtorum exactiorem Interpretationem conſcribere, iamque librum pri-
mum abſoluerat etiam, cum morte interceptus perijt. Scripſit præter iam dictam Interpretatio-
nem, & Commentaria in l. Gallus, etiam Repetitiones, & Tractatus aliquot, quæ vulgò impreſ-
ſa habentur. Item Commentaria de probationibus, & libros de Principatu ad ipſum Leonem
Decimum. Floruit ſub iam dictis Pontificibus, facitque in ſcriptis ſuis æqualium ſuorum Iure-
conſultorum, puta Iaſonis, Decij, Alciati, Zaſij inter alios crebram mentionem. Quo tempore
mortuus ſit, mihi non conſtat, niſi quòd ſuſpicior, ſub ipſo Clemente Septimo eum obijſſe; hoc* D
tamen ſatis colligitur ex illius ſcriptis, eum valdè ſenem ex vita exceſſiſſe. Valentinus For-
ſterus hæc de eodem poſteris tradidit. *Marius Salamonius Eques Romanus adminiſtrauit
initio Campaniam, deinde Romam reuerſus, ius non ſine ſumma ingenij, eruditioniſque laude
profiteri cœpit: inde in Collegium Aduocatorum Conſiſtorij Pontificalis aſcitus fuit: tandem
ſenio confectus ad ocium ſe contulit, & inſtituto ad Pãdectas Commentario, vix primum librum,
morte præuentus, abſoluit.* Camillus Borrellus in tractat. de Magiſtratuum edictis, lib. 2.
cap. 7. in princip. *Marius Salomonius, vir grauis, & iuris noſtri multiplici lectione verſatiſſi-
mus.* Viuebat Marius anno 1532. vt indicat vulgatum a Populo Romano edictum, inhi-
bens Romanis fœminis veſtes ad nimium luxum compoſitas, & pompæ nuptialis mo-
dum præſcribens, ibi. *Et delli Magnifici Signori M. Mario Salamonio de Alberteſchi dell'
vna, e l'altra ragione Dottore, & Auuocato Conciſtoriale, M. Gio. Battiſta Teodorico nell'Arte* E
*della Medicina Dottore, e di M. Bernardino de' Vittorij della Camera di eſſa alma Città Con-
ſeruatori*: immo Statutorum Vrbis reformationi prius operam dederat, vt ſupra indicaui
in Paulo de Planca. De ipſo meminit Hieron. Cagnol. in rub. ff. de orig. iur. num. 8. *vt
elegãtèr declarat Marius Salomonius Cõſiſtorialis Aduocatus in ſua paradoxa enarratione &c.*
Andr. Tiraquel. in commentar. in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, pag. mihi 224.
Marius Salmonius, vir planè & iuris, & humanitatis doctiſſimus. Petr. Benint. deciſ. 34.
*& prædicta poſuit Marius Salomonius Aduocatus Conſiſtorialis in commentar. l. omnes populi,
de iuſt.*

Digitized by Google

A *de inſt. & iur.* Grauat in addit. ad Veſtr. in pract. Roman.Cur. lib. 1.cap. 1. num.8. nuncupat *Marium Salomonium virum eruditum, & Aduocatum Conſiſtorialem*. Blaſius de Cæſena pluriès in Diarijs de Salomonio in ſecretis Conſiſtorijs pro Pallij traditione inſtante, ab anno 1526. mentionem habet. Romæ in Aracœlitano Templo Marij memoria ad poſteros marmorea tabula tranſmittitur

D. O. M.
ALBERICO ALBERTI F. BOBONIS
NOB. ROM. CIV.
ET COMITI TVSCVLANO ATAVIS
LONGA SERIE
ET ANTONIO AC IOANNI IVRECONSVLTIS
ET FRANCISCO FF. COMITIBVS LATERANENSIBVS
B MARIO AC IVLIO ADVOCATIS CONSISTORIALIBVS
ANDREAE PATRI ET FRANCISCO PATRVO
IOANNES FRANCISCVS I. C. DE SALOMONIIS
QVI ET BOBENSES
DOMO ALBERTISCORVM GENTILIA SEPVLCHRA
RESTITVIT
SANCTVARIIS SVPERNE DISPOSITIS
EXORNAVIT
MDCIII.
SIBI ET POSTERIS ANNVM AGENS LIII.

C Dat tibi Bobo genus, tumuli ius dat morituro,
Viue memor generis, viue memor tumuli.

Marij effigies, ad viuum celebri pennicillo efformata, conſpicitur in ædibus Dominici Salomonij de Albertiſchis ſacri Conſiſtorij Adnocati, de quo infra.

Quod ad Familiam ſpectat, de Beato Iacobo Salomonio nobili Veneto, Ordinis Prædicatorum (cuius quoque picta effigies apud indicatum Salomonium aſſeruatur) ſcripſit Vghellus inter Epiſcopos Foroliuienſes col.607.&611.& in ipſius laudem duę leguntur impreſſæ orationes, altera habita Romæ in Templo S. Mariæ ſuper Mineruam a Placido Philigerio Neapolitano Clerico Regulari, altera Venetijs in Templo Fratrum Prædicatorum SS. Io. & Pauli coram Sereniſſimo Duce, ac Senatu vniuerſo a Franciſco Marino
D Veneto Clerico Regulari. Idem Vghellus. alibi aſſerit, Caſtellanum Salomonium anno 1304. ad Taruiſinam Eccleſiam euectum fuiſſe: & Marcum Antoninm Salamonium Cremonenſem, Ciuem Romanum, anno 1591. Soranum Epiſcopum renunciatum: mihi certò liquet, anno 1324. menſe Iulij vixiſſe *nobiles, & potentes Milites DD. Nicolaum de Orlandis de Cingulo Poteſtatem, ac Petrum de Salamonibus Capitaneum Populi Ciuitatis Eugubinæ*: eodem anno menſe Nouembris, *nobiles viros Blaſium de Tornaquincis Poteſtatem, & Monaldum de Salomonibus Capitaneum eiuſdem Ciuitatis Eguby*; Ioannem Baptiſtam Salamonium, qui *Commentaria in Inſtitut.* edidit: circa annum 1350. Alexandrum Lippi Salamonij Bononienſem, qui (teſte Alidoſio) *vir ſapiens* nuncupabatur: annò 1507. Hieronymum Salamonium, de quo in literis patentibus, ibi. *Marcus Antonius de Alterijs, Laurentius de Creſcentijs, & Iacobus de Phrygepanibus Conſeruatores Cameræ almæ Vr-*
E *bis Viro nobili Hieronymo Salamonio de Albertiſchis Comiti, & Commiſſario Ciuitatis noſtræ Tyburis Concini noſtro cariſſimo ſalutem &c.*

PETRVS

Digitized by Google

CXII.

PETRVS PAVLVS MARTINVS DE RICCIIS Senenſis. Eru-
ditus Vgurgerij calamus hæc exarauit pag.453. tit.16. *Pietro Paolo* A
*Martini de' Ricci nobil Saneſe hebbe vn'ingegno prontiſſimo nell'appren-
dere le buone lettere, ed in particolare quelle della profeſſione legale; il che
gli venne fatto con tant'vtile, e cō tanta preſtezza, che eſſendo Laureato
ancor giouane nell'vna, e l'altra Legge, leſſe publicamente nel noſtro Stu-
dio alcuni anni, ne' quali s'acquiſtò molto credito appreſſo i Saneſi. Ma
bramoſo di tentare maggior fortuna fuori della Patria, ſe n'andò à Roma,
ed' eſſendoſi fatto conoſcere in breue tempo per valent'huomo nella ſua profeſſione, fu fatto Auuo-
cato Conciſtoriale da Papa Clemente VII. e ſi trouò quiui al tempo dell'infelice ſacco di Roma,
nel quale ad eſſo ancora toccarono gli ſcherni, e la perdita di molta robba.*

IOANNES ALOYSIVS DE ARAGONIA Romanus. A Blaſio B
de Cæſena primùm recenſitus die Veneris 13. Nouembris 1528. in
Conſiſtorio Pallium expetens pro Antonio electo Turonenſi, mihi
occurrit: pluriès ſucceſſiuis temporibus in ijſdem, & Ioannis Firma-
ni ephemeridibus vſque ad annum 1535. deſcriptus. Ipſe Ioannes
Aloyſius (teſte eodem Blaſio) vti Aduocatus Reginæ Angliæ, &
Imperialium in cauſa diſſolutionis matrimonij inter ipſam, Angliæ-
que Regem in Conſiſtorijs conuocatis diebus 16. & 28. Februarij.
6. 13. & 20. Martij, & 24. Aprilis 1532. cum Aduocato Regis Angliæ coram Summo
Pontifice contendit. Hæc erat Catharina Hiſpanici Regis filia, Henrici Octaui Anglici
Regis vxor, quam ipſe, Annæ Bolenæ amore flagrans, facultate, quam ſæpius petierat, a
Sede Apoſtolica non obtenta, repudiauerat: hinc Anglicanæ Eccleſiæ ſchiſma teterri- C
mum exortum, & Rex ille, qui Pontificis Leonis Decimi oraculo Defenſoris Fidei titulo
(quòd contra impij Martini Lutheri, aliorumque nefarias ſcripſiſſet hæreſes) decoratus
fuerat, flammis impuriſſimis æſtuans, ſe in profundum malorum præcipitem dedit: non-
nulla de Anglicana controuerſia ſcripſi ſupra in Vincentio Herculano. Vixit in Vrbe
Ioannes Aloyſius pauperum Aduocatus, vt mihi conſtat ex indubio documento, anno
1536. exarato, & conteſtatum facit Hieron. de Federic. reſolut.23. inſerta 2. vol. conſil.
Farinac. Eſt, qui aſſerit, ipſum inter ſacri Palatij cauſarum Auditores poſtmodum coo-
ptatum fuiſſe, at mihi adhuc non probatur. De Aragonio tunc prædefuncto habetur
mentio in Diplomatis Iulij Tertij enunciatiua, ad fauorem Antonij Vellij anno 1550.
ſubſignati. A Reſtauro Caſtaldo in tractat. de Imperat. q.83. num.20. nuncupatur *D. Io.
Aloyſius de Aragonia I. V. D. in alma Vrbe famoſiſſimus, ac Conſiſtorialis Aduocatus præcla-* D
riſſimus. Hieron. de Federic. d. reſolut.23. *Ioannes Aloyſius Aragonia pauperum Aduoca-
tus Conſiſtorialis eminentis ſcientia, & doctrinæ.*

IOANNES ANDREAS FATA de Corinalto. A Ludouico Iaco-
billo Fulginate, viro nobili, pio, erudito, in vetuſtorum documento-
rum perquiſitione, ac lectione diù verſato, & libris editis claro, edo-
ceor, Fatam inter Conſiſtoriales Aduocatos adlectum: ipſe quippe
in Cathalogo Moderatorum Fulginei pag.51. hæc poſteritati de-
mandauit. *Gio. Andrea Fata da Corinaldo Terra nell'Vmbria Senonia
fu in aſſenza di detto Cardinal Legato laſciato ſuo Luogotenente generale* E
*di Perugia, & Vmbria, e Gouernatore di Foligno, oue reſidè dalli 15. Gen-
naro 1519. Fù Auuocato Conciſtoriale, e poi Gouernator d'Vrbino.* At quoniam Vincentius
Maria Cimarellus, euulgatis operibus celebris, in hiſtoria Corinalti pag.147. de ſuo
Conciue Fata pleniori calamo conſcripſit, audiamus. *Giouanni Andrea Fata eſſimio Dot-
tore nell'vna, e nell'altra Legge, fu di tal grido a' giorni ſuoi, che i maggiori Prencipi d'Italia
con iſtanza non ordinaria lo dimandauano al ſeruitio loro, come appare dalle lettere de i detti
Prencipi à lui dirette, che in mano de gli ſuoi congiunti ſi vedono. Penetrato il ſuo valore*

(quan-

Digitized by Google

A *(quantunque giouanetto) da Giulio Secondo fu mandato al Gouerno di Rimino li 15. Giugno l'anno 1511. Inteſa la morte di queſto Pontefice da Campo Fregoſo Duce di Genoua, chiamollo al ſeruitio di quella Republica per Vicario della prima Sala, e l'anno 1515. il Sereniſſimo Senato, che haueua ſperimentato la ſua inclita virtù, e candida fede, mandollo per Ambaſciatore appreſſo la Corona di Francia, dalla quale venne molto di pretioſi doni, e di fauoritiſſimi Priuilegij honorato; principalmente dell'habito di Caualliero aureato, con tutti li ſuoi deſcendenti, che della laurea Dottorale foſſero decorati, come io vidi nella lettera patẽtale ſoſcritta di propria mano del Rè Franceſco, e co'l ſigillo munita, data in Leone li 10. Luglio l'anno 1515. Queſta nel Regno di Francia viene ſingolariſſima Dignità riputata, la quale ſe non à Soggetti ſupremi ſi conferiſcè; da onde infiniti altri Priuilegij prouengono, principalmente di non poter eſſere carcerato per debiti, nè proceſſato da verun Tribunale, che dal Conſiglio grande di quella Regia Maeſtà. Rendeſi anco idoneo di poter conſeguire ogni maggior Dignità, che à più ſtimati Principi di quel Regno ſi conferiſcono; nè ſono aſtretti à far prouanze della lor nobiltà, ſupplendo al*

B *tutto l'aureata Caualleranza, e l'autorità Regale, che la dona. Hauendo finita la ſua Ambaſciaria, l'anno 1518. li 6. di Maggio fu chiamato dal Cardinal de' Medici del titolo di S. Caliſto al ſeruitio Apoſtolico, e ſubito dal medeſimo dichiarato Commiſſario della Marca. E l'anno 1519. per l'abſenza del Cardinale Bibiena Legato dell'Vmbria, ch'andò in Francia à trattare con quella Corona importanti negozij, Gio. Andrea ſudetto per ordine del Papa, in vece di Legato ſupplì nella detta Prouincia, riſedendo in Foligno co'l titolo di Gouernatore. Hauendo la Sede Apoſtolica rihauuto lo Stato d'Vrbino, fu da Leone Decimo da Fuligno mandato à quel Gouerno l'anno 1521. con titolo di Luogotenente Generale, e dopò la morte del detto Leone reſtouui col titolo di Gouernatore, dalla medeſima Città dimandato; così le Patenti teſtificano, che ſcritte furono ſotto li 22. di Gennaro l'anno 1522. Et eſſendo poi Franceſco Maria della Rouere rinueſtito del Ducato, Leonora ſua moglie, che gouernaualo (attendendo quel Prencipe*

C *alle guerre) non volendoſi priuare di queſto grand'huomo, in honorati carichi tratteneualo; però che l'anno 1528. lo mandò Luogotenente à Gubbio, e l'anno ſeguente da indi leuandolo, dichiarollo ſuo Gentil'huomo, à cui tutti i maggiori negotij del ſuo Stato affidaua; e più volte il mandò à Prencipi diuerſi Ambaſciadore, principalmente à Federico Gonzaga Duca di Mantoua ſuo Fratello. Et in fine dopò molti altri ſimili honori, venne fatto dalla Sede Apoſtolica Auuocato Conciſtoriale di Roma; e ritornato vn'eſtate per ricrearſi l'animo, e godere le delitie della Patria, finì per mano d'vn'empio ſicario il feliciſſimo corſo della ſua glorioſa vita, con pianto vniuerſale di molti luoghi d'Italia, i quali haueuan le ſue virtù eſperimentate, ſpecialmente nella Corte Romana, che ſi condolſe molto d'hauer ſi diſgratiatamente perduto vn tale heroico Alunno.*

Ex eadem Fata Familia prodiere Simon, & Marcus Antonius, vterque Iuriſconſultus eximius, de quibus apud Cimarellum ibid.

D

ANTONIVS GABRIELIVS Romanus. Summus Præſulum Præſul Clemens Septimus ad coronandum Carolum Quintum electum Imperatorem ab Vrbe diſcedens, ad Bononienſem Ciuitatem menſe Octobris 1529. demigrauit. Inter cætera ibi peracta, Venetæ Reipublicæ Oratores die 26. Ianuarij 1530. in publico Conſiſtorio ſacris Pontificis pedibus prouoluti obedientiam proteſtati fuere; in eodem Conſiſtorio proponentis Antonij Gabrielij primùm mihi occurrit mentio; iterum die Veneris 11. Decembris 1534. qua Lucenſium Oratores Conſiſtorialitèr obedientiam quoque ſpoponderunt. Anno 1545. viue-

E bat in Vrbe Fiſci Apoſtolici, & Cameræ Aduocatus. Collegij Aduocatorum Decanus ab anno 1549. enunciatur. Floruit forenſi vſu admodum peritus, diſertiſſimuſque Iureconſultus. Scripſit *Communium Concluſionum* volumen in ſeptem libros diſtributum; illas etſi currenti calamo ad priuatam tantùm vtilitatem elaboraſſet, eas tamen Marius filius alieno nomine prius euulgatas conſpiciens, proprij Authoris nomine præfixo, anno 1570. typis dedit: pluriès eaſdem impreſſas admiratus eſt Orbis, frequenterque apud Tribunalia reſonant Gabrielij doctrinam. Mortalitatem expleuit Antonius die 25. Octobris circa nonam noctis horam anno 1555. Sic de ipſo Paulus Quartus loquitur in Pon-

tificio Diplomate, fauore Marij emanato. *Cum ſicut accepimus, Officium Aduocationis Aula noſtræ Conſiſtorialis, aliàs per obitum bon. mem. Antonij Gabrielij de menſe Octobris proximè præteriti apud Sedem defuncti, vacauerit, & forſan vacet ad præſens, Nos ad ipſius Antonij benemerita, ac præclara probitatis, & virtutum merita, quibus idem Antonius, dum in humanis egit, claruit, debitum reſpectum habentes, ac ſperantes, dilectum filium Marium Gabrielium dicti Antonij filium* I. V. D. *in vigeſimo, vel circa ſuæ ætatis anno conſtitutum, earundem virtutum imitatorem fore &c.* Caſtald. in tractat. de Imperat. q.83. num.20. nuncupat *D. Antonium Gabriellium Romanum I. V. D. & in alma Vrbe famoſiſſimum, ac Conſiſtorialem Aduocatum præclariſſimum.* Hieron. de Federic. reſolut.23. *Antonius de Gabrielibus Fiſci Aduocatus Conſiſtorialis eminentis ſcientiæ, & doctrinæ.* Iacob. Simonet. ſacræ Rotæ Auditor de reſeruat. beneficior. quæſt.36.num.12. *quem referendo ſequitur noſter ille lydius lapis Anton. Gabriel. cuius probitatis, eminentiſque doctrinæ effigiem hodie filium habemus excellentiſſ. Marium Gabrielium Conſiſtorialium Aduocatum omni pietate ornatiſſimum.* Gaſp. Anton. Theſaur. quæſt. forenſ. lib.2. q.18. *Doctorum Calepinus Gabriel de ſtatut.concluſ.*1. quem ſequitur Caſtill. deciſ.59. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 66. part.2. *Ant. Gabr.lib.3. comm.concluſ.tit.de donat.concluſ.1. num.66. qui locus tanquam index poſteris temporibus allegabitur, cum omnia diligentèr tetigerit, & cumulauerit, adeo quòd liber ille iure meritò Calepinus Doctorum nuncupari poſſit.* Quæ autem de Gabrielij Concluſionibus indicaui, verbis hiſce Decianus comprobat lib.1. reſp.10. num.59. *Præterea Concluſiones illæ falſo nomine fuerunt editæ, quia non fuerunt compilatæ a Portio, ſed a Domino Gabriello Romano, & ipſe Portius eas emerat a quodam eius ſcriba, ſed hæredes poſtea Portij reperientes ea inter ſcripta ſua, putarunt, per eum fuiſſe compilata, & ideo ſub eius nomine ediderunt, ſed verè fuerunt compoſitæ per Gabriellum:* & Fatin.de inquiſitio. q.8.num.141. *cum latè congeſtis per D. Iacob. Philippum Portium alterum præceptorem meum in lib.1. ſuarum commun. opin.concluſ.3. ſeu potius Ant. Gabr. aliàs dum vixit in* Romana *Curia famoſiſſimum Aduocatum.* Romæ in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam Sacellum habens Iconam cum Imagine Sancti Petris Martyris aſſeritur extructum a Familia Gabrielia, & ſubiacet oneri Miſſarum ex diſpoſitione Antonij Gabrielij. At quoniam Antonius noſter ſolemni Caroli Quinti Coronationi interfuit, non abs re forſan erit, ſi quæ in ea ſolemnitate ad Conſiſtoriales Aduocatos pertinentia Blaſius de Cæſena in manuſcriptis Diarijs adnotatum reliquit, hoc in loco ſubnectam.

A B C

Ordo equitationis Clementis Septimi in Vrbem Bononiæ pro coronando Carolo V. Die Dominicæ 24. Octobris 1529.

Primò ſarcina Pontificis. Tum valiſiæ Reu. DD. Cardinalium. Sartor, & Barbitonſor Papæ cum valiſijs eiuſdem. Scutiferi familiares. Camerarij Papæ. Equi Pontificis non phalerati. Pauci Aduocati, & Secretarij, ſed pauci. Item Cubicularij. Iſti omnes non habuerunt veſtes Cubiculares, ſed breuibus uti equitantes. Acolyti. Clerici, & Auditores Rotæ, ſed pauci. Ante ipſos Clerus Bononienſis, cum Canonicis, & Epiſcopo ſuffraganeo ſuis paramentis induti lateralitèr procedebant cum Crucibus ſuis, & Religioſis, & inter alios Canonici Regulares S. Ioannis in Monte Ordinis S. Auguſtini habuerunt locum præcedentiæ contra Monachos S. Pauli Ordinis S. Benedicti, qui propterea non venerunt, & ſe excuſauerunt, quòd eſſent pauci. Theſaurarius Papæ D. Iacobus Saluiatus, & cum eo nonnulli Nobiles, & Barones. Tum Oratores Principum. D. Leonellus Præſidens Romandiolæ, & Oratores Cæſaris. Macerij Papæ cum ſuis maceis. Subdiaconus Apoſtolicus D. Ioannes Alberinus cum Cruce, cum duobus Magiſtris oſtiarijs a lateribus eiuſdem. Tum vnus Clericus cum lanterna, & in ea candela accenſa. Equus faleratus cum tintinnabulo, & Capſula Sanctiſſimi Sacramenti deſuper ſub baldacchino albo, per Ciues, & Nobiles Bononienſes delato. Circumcirca 24. Beneficiati S. Petri cum 24. intortitijs albis accenſis. Inde R. D. Sacriſta cum ſua ferula: & ſucceſſiuè Cardinales Reuerendiſſimi Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi cum ſuis Cappis. Tum Papa delatus in Sella ab illius Cubicularijs, & Parafrenarijs, & ſub baldacchino per Confalonerium Iuſtitiæ, & Antianos Bononiæ, & ſucceſſiuè per alios Quadraginta Regiminis, & Nobiles illius Ciuitatis &c.

D E

CXV.

A *Die Coronationis 24. Februarij 1530.*

BOnoniæ in Eccleſia S. Petronij (reliquis omiſſis) *dum Imperator Epiſtolam, & Graduale in ſede ſua legere cœpiſſet, vocaui duos Diaconos Cardinales, qui Cæſarem intronizarunt; vocaui etiam Subdiaconum Apoſtolicum, nonnullos Aduocatos, & Secretarios, qui tunc reperiebantur, cum quibuſdam Capellanis Imperialibus, quos omnes adduxi mecum extra Capellam a parte exteriori ſub Altare maiori, & dictæ fuerunt Laudes pro Imperatore.*

Ordo ſeruatus in equitatione, ſeu veriùs proceſſione in Vrbe Bononiæ eadem die Coronationis.

Confalonerij ſexdecim Populi Bononienſis cum ſuis vexillis popularibus, ſecundùm ordinem,
B *& conſuetudinem Ciuitatis armati, ſuper equis illa ſic deferentes, cum ſuis famulis cum liureis ſuis ornatis, tanquam ductores, & conductores proceſſionis, capientes viam publicam aurificum, peruenerunt ad ſtratam, quæ maior dicitur, vſque ad Templum S. Mariæ Seruorum, deinde ad dexteram declinando verſus ſtratam S. Stephani.*

Hos Tribunos plebis ſequebantur Valiſarij DD. Cardinalium ſecundùm gradus, procedendo ordinatè.

Familiares eorundem Cardinalium, Prælatorum, Principum, & etiam Imperatoris, & Papæ, multitudo quidem magna, & copioſa nimis.

Duo Valiſarij Pontificis, Sartor videlicet, & Barbitonſor, equitantes cum valiſijs Papæ.

Scala trium graduum ſuper equum album ductum per duos Parafrenarios, ac Florerios comitantes.

Vexilla quatuor per quatuor Curſores Papæ equitantes delata in veſtibus rubeis. Plura autem
C *vexilla haberi non potuerunt, licèt requiſiuerim ſæpius, inter quæ erant duo vexilla in forma duorum Charubinorum.*

Vexillum magnum Ciuitatis Bononiæ, per Confalonerium Iuſtitiæ eiuſdem Ciuitatis delatum, totalitèr armatum, dempta galea, cum ſupraueſte velluti, ac octo ſtafferys cum ſuis ſaionibus velluti.

Vexillum inde Romani Populi, quod Magnificus Iulianus de Cæſarinis Confalonerius Populi Romani deferebat, armatus ſupraueſte de broccato, & equo paludato, ac duodecim ſtafferys ad vnam liuream indutis, veluti coloris pauonatij.

Sequebantur duo vexilla magna Cæſaris, alterum cum Imagine S. Georgij, alterum Aquilæ ſecundùm conſuetudinem Imperialem, per duos nobiles Hiſpanos delata armatos, cum ſupraueſtibus telæ aureæ, & decem ſtafferys ad vnam liuream indutis.

D *Vexillum Papæ cum armis Suæ Sanctitatis, quod deferebat N. cum octo ſtafferijs ad vnam liuream cerulei coloris.*

Vexillum deinde Eccleſiæ, in quo erant Claues Eccleſiæ magnæ. Portabatur per Comitem Guidonum de Rangonibus armatum,, cum ſupraueſtibus ſericeis albi coloris, equo paludato, & decem ſtafferijs, ſeu ſcutiferis ad vnam liuream albam.

Vltimo loco vexillum Crucis rubei coloris in campo albo, quod Cruciata dici ſolet, deferebatur per Magnificum Laurentium Cibo, armatum veſtibus albis, & azurris, equo bardato, & coperta aurea, cum decem ſtafferijs, vel circa, eiuſdem liureæ ornatis.

Sequebantur equi phalerati Papæ ſine ſeſſoribus per Parafrenarios ducti.

Quatuor pilei villuti rubri Papæ per quatuor Scutiferos honoris delati ſuper ſingulis baculis rubeis.

E *Hos ſequebantur immediatè centum, & vltra Nobiles, Barones, & Proceres tam Pontificis, quàm Cæſaris, Itali, Hiſpani, Alemani, & aliarum diuerſarum Nationum, videlicet duo Papales a dextris, & duo Imperiales a ſinixtris, magnis, & precioſis veſtibus, & indumentis ornati de broccato, tela aurea, argentea, vellutis, ſericeis, & diuerſarum qualitatum, & colorum contextis.*

Aduocati deinde Conſiſtoriales, & Secretarij, quorum cum multi deeſſent, poſui Doctores omnes Collegij Bononienſis cum mantis eorum de varro circa colla, & certis biretis etiam de varro ſecundùm habitum, & conſuetudinem eorum, quod multum placuit Sanctiſſ. Domino Noſtro,

attenta abſentia Conſiſtorialium. Hi Doctores mihi gratias egerunt de tali loco eis aſſignato, ac in tanto honore profectò multùm decorarunt locum illum. A

Nonnulli Secretarij Pontificis, pauci tamen cum ſuis veſtibus, & caputijs inuerſis circa collũ.

Insedebant nonnulli magni Principes Hiſpani, qui in Solio Papæ ſtare conſueuerunt, quorum nomina inferius ſcripſi.

Subdiaconus inde Apoſtolicus Crucem Papalem baiulans, videlicet D. Ioannes Alberinus, indutus cappa ſua longa, rocchetto, & pileo viridantis coloris, medius inter duos alios Diaconos (Subdiaconos) ſimilibus cappis indutos, & a lateribus ante Crucem duobus Hoſtiarijs rubeis veſtibus indutis, cum ſuis rubeis virgis.

Clerici duo Capellæ ſuper equis cum duabus lanternis, intus accenſis luminibus, ſic incedentes ante Sanctiſſimum Sacramentum Sanctiſſimi Corporis Chriſti.

Equus albus, qui Chinea dicitur, phaleratus cum tintinnabulo ad collum, & ſupra ſellam ipſius Capſula, in qua Sacratiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ reconditum erat, & ducebatur ab vno Parafrenario Papæ rubeis veſtibus induto, & in manu dextera baculum rubrum deferente. B Baldacchinum ſupra SS. Sacramentum, de broccato, quod deferebant Ciues Bononienſes, & mutabantur in locis deſignatis, circa quod Beneficiati S. Petronij, & S. Petri, cum cottis ſuis ſexdecim, & vltra deferebant totidem intortitia accenſa.

Sacriſta cum ferula alba in manu pro cuſtodia SS. Sacramenti.

Si fuiſſent Electores Imperij, vel magni Principes, vt Dux Mediolani, qui tunc grauitèr infirmabatur, vel etiam ſi Dux Ferrariæ fuiſſet, hic procedere debebant.

Sacrum Collegium Dominorum Cardinalium ſecundùm Ordines, incipiendo a Diaconis Cardinalibus vltimis, qui fuerunt Doria, & de Meditis; inde Presbyteri, & demum Epiſcopi Cardinales cum cappis rubeis de zambellotto.

Ante Principes portantes inſignia procedebat Maior Domus Imperatoris, qui adiuuerat eum equitare; & quidam eius Araldus tanquam Mazerius, habens ſacculos pecuniarium auri, & C argenti, quas proijciebat per loca Ciuitatis, maximè inter mulieres.

Ego Magiſter Cæremoniarum.

Quatuor Principes deferentes Inſignia Imperialia, videlicet Marchio Montis Ferrati in habitu, & bireto Ducalibus, geſtans Sceptrum Imperatoris, cum multis ſtafferijs benè indutis.

Dux Vrbini, & Præfectus Vrbis in habitu Præfecturæ, & bireto, optimè ornatus, Gladium Imperatoris gerens.

Vnus ex Ducibus Bauariæ, & Electoribus Imperij, portans Pomum Imperatoris.

Dux inde Sabaudiæ geſtans Coronam Imperatoris vti Regis Romanorum, in habitu, & corona Ducalibus; licèt iſti cum Subdiacono Crucis præire debuiſſent, voluerunt tamen Imperiales, quòd Pontifex tolleraret, & vt ſecum diſpenſaret, vt hi quatuor deferentes talia Inſignia Imperialia irent poſt ſacrum Collegium ante Imperatorem, & Papa conceſſit diſpenſando ſecum D ac ſi fuiſſent Principes, & Electores Imperij, quia ſic deferebant Inſignia, me aliquantulum contradicente, vt non derogaretur noſtris Cæremonijs, tamen Hiſpani praualuerunt.

Duo Diaconi Cardinales aſſiſtentes, videlicet DD. de Cibo, & de Caſis, & ſic mediato, & interpoſito ordine Collegij, propter illos quatuor Principes.

Poſtremò duo illa Luminaria magna Sanctiſſ. D. N. Clemens Papa Septimus, & Sereniſſ. Carolus Quintus Imperator Romanorum cum ſuis Pluuialibus, Tyara in capite Pontificis, & Diademate in capite Cæſaris, multis gemmis, lapidibus, & margaritis precioſis ornati, & compti, vt Sol, & Luna radiantes, ambo in pari paſſu, a dextris Papa, & a ſiniſtris Imperator ſub eodem baldacchino, quod Nobiles Bononienſes de numero Quadragenario deferebant, gradiebantur: verè non fallor, pulchrum fuit ſpectare tales duos homines ſupremos tali forma, & ordine procedere. E

Poſt Pontificem, & Cæſarem ſequebantur Auditor de Mitra medius inter duos Cubicularios aſſiſtentes Papæ, quorum medius erat Secretarius Papæ, & certi familiares, ſeu Camerarij Imperatoris.

Sequebantur Auditor cum cappa, & rocchetto. Cubicularij cum caputijs inuerſis. Seruiens armorum indutus armis, dempta galea, deferens vmbellam, ſiue vmbraculum cum armis Eccleſiæ, & Papæ, vnà cum alio ſuo ſocio adiuuante, qui Mazerij Papæ dicuntur.

Prælati aſſiſtentes Papæ.

Inde

A *Inde Prælati Aſſiſtentes, ſiue Conſiliarij Imperatoris, & alij ſecundùm ordines ſuos cum*
cappis, & caputijs.
Procedebant Oratores Prælati, primi poſt Aſſiſtentes, & poſtremò alij Epiſcopi, Prothonotarij,
Abbates, & cæteri Togati Curiales vtriuſque Principis.
Poſt omnes Prælatos, & Togatos ſequebantur pro guardia Papæ Milites armati, & ſimilitèr
magna Centuria Militum Imperatoris, ſeruantes, & cuſtodientes, ſeu etiam claudentes Proceſſio-
nem, & ſolemnitatem huiuſmodi. Alij verò Milites Cæſaris quamplurimi, & equites, & pedi-
tes in diuerſis locis, plateis, & vicis poſiti cuſtodiebant &c.
An Carolus Quintus Imperator in hac ſolemnitate cõſuetum Presbyterium (ideſt do-
narium) Officialibus exhibuerit, haud teneo; hoc tamen certò ſcio, qui retroactis ſæculis
præceſſerunt, Imperatores exhibuiſſe: in a uthentico quippe vetuſto manuſcripto, anno
1310. pro Carolo Quarto Imperatore ad S ceptrum initiando, a Summo Romano Anti-
B ſtite emanato, verba hæc ad rem perlegi *Conſueuit autem Imperator in ſua Coronatione*
larga Presbyteria omnibus Ordinibus exhibere, quibus ea, cum coronatur, Summus Pontifex
elargitur, videlicet Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, Primicerio, & Cantori-
bus, Subdiaconis Baſilicarijs, & Regionarijs, & Vniuerſitati Cleri Romani, Capellanis, & cæte-
ris Officialibus, & Miniſterialibus Curiæ, Præfecto Vrbis, Senatoribus, Iudicibus, Aduocatis,
& Scriniarijs, ac Præfectis naualium &c. Immo Summus ipſe Pontifex in propriæ Coro-
nationis ſolemni die, nonnulliſque celebrioribus feſtis diebus Presbyterio Officiales re-
creabat: en vetuſti manuſcripti Codicis verba id conteſtantia. *Papa celebrante Scrinia-*
rij &c. canunt. Tu illum adiuua &c. finitis Laudibus, legitur Epiſtola &c. Expleta Miſſa, Pa-
pa coronatur ad portam Eccleſiæ &c. reditque cum Proceſſione ad Palatium. Tunc Iudices, &
Aduocati veniunt ei obuiam ſub gradibus in porticu, ibique Prior Cardinalium S. Laurentij fo-
C *ris murum cum Iudicibus, & Aduocatis faciunt ei Laudes, & ibi D. Papa deſcendit, & depoſito*
Regno, accipit Mitram. Demum Iudices ducunt illum vſque ad locum, vbi datur Presbyte-
rium. Summa verò donarij huiuſmodi hæc eſt, quam, die Dominicæ Natiuitatis poſt
Miſſam, elargitam, & in eodem vetuſto Codice indicatam, hìc attexui. *Quomodo datur*
Presbyterium. Priori igitur Epiſcoporum Romanæ Eccleſiæ videlicet dat D. Papa duplicatum
Presbyterium, ſcilicet 4. melequinos, & 4. ſol. denar. Papien. omnibus autem Epiſcopis alijs
Curiæ 2. marab. & 2. ſol. papien. ſingulis ſcilicet, ſi fortè aliquis Archiepiſcopus extraneus tunc
præſens fuerit, pro voluntate D. Papæ, datur ei Presbyterium &c. ſi verò aliquis Epiſcopus ex-
traneus fuerit, vnum melequinum debet habere, & 12. den. papien. Priori Presbyterorum Car-
dinalium dat D. Papa 2. melequin. & totidem ſol. Pro prioratu Priori Presbyterorum S. Lau-
rentij foris murum pro laude 2. ſimilitèr melequin. & totidem ſol. Omnibus, & ſingulis alijs
Presbyteris Cardinalibus 1. meleq. & 12. den. papien. Priori autem Diaconorum Cardina-
D *lium 4. meleq & totidem ſol. pro prioratu, presbyterio, & laude Diaconorum, & Subdiacono-*
rum. Omnibus alijs Diaconibus, & ſingulis 1. meleq. & 12. den. papien. Diacono Græco 1.
meleq. & 12. den. papien. Si fortè aliquis Abbas mitratus præſens fuerit, datur ei 1. melequin.
& 12. den. papien. Priori Subdiaconorum 1. meleq. Omnibus alijs Subdiaconis ſimilitèr, ſi
etiam centum eſſent, vel quinque, vel plus, aut minus 12. meleq. Subdiacono Græco 1. meleq.
Vnicuique Scolæ Cantorum 1. meleq. Vnicuique Scolæ Cruc. qui eſſe debent de iure ad plus qua-
tuor, & non plures, Prior Presbyterorum Capellan. duos, & non plures 1. meleq. Vnicuique
Capellanorum D. Papæ 1. meleq. Præfecto Vrbis 40. ſol. den. papien. qui videlicet Præfectus
ab Eccleſia S. Mariæ vſque ad Palatium indutus manto pretioſo, & calciatus zanca vna aurea,
ideſt caliga, altera rubea, eadem die, & etiam in duobus diebus Paſchæ, & quando Papa eligi-
tur, iuxta D. Papam collateralitèr nullo medio equitando incedit. Senatorum verò, qui tunc
E *Vrbi præſunt medietas accedit presbyterio, & ad comedendum cum D. Papa, quorum vni D. Pa-*
pa, vel duobus pro omnibus alijs presbyterium pro vnoquoque Senatore, ſcilicet 1. meleq. Dat
D. Papa vnicuique Iudicum Vrbis 1. mel. & 2. ſol. den. pap. excepto Priore, qui debet habere 1.
mel. vltra pro prioratu, & 1. mel. pro laude. Vnicuique Aduocatorum 1. mel. & 2. ſol. den. pap.
Omnibus Scriniarijs, quotquot ſunt, 6. mel. & 6. ſol. den. pap. Præfect. naualium, qui dicitur de-
lengarij 2. mel. 4. ſol. den. papien. Et ſciet ſecutura poſteritas, quòd nulli alij D. Papa propria
manu, niſi ſuperius nominatis debet presbyterium dare. Presbyterio, vt ſupra dictum eſt, dato,
D. Papa ſic indutus ducitur a Magiſtro Seneſcalco, & à Magiſtro Pincerna ad menſam in Ba-
ſilica

ſilica Leonis Papæ III. Ad menſam verò legit vnus de Diaconibus Cardinalibus cum pluuiali: A
circa verò finem menſæ Scola Cantorum debet cantare ſequentiam &c. Cur autem Pontifex
presbyteria tribueret, habes ex Baronio in annal.Eccleſ. tom.12. anno 1188. vbi Diploma concordiæ inter Summum Pontificem Clementem III. & Romanum Populum hiſtoriæ ſuæ adnectens, hæc ad rem ſcripſit. *Vos autem* (de Pontifice habetur mentio) *dabitis Senatoribus, qui erunt per tempora, beneficia,& presbyteria conſueta : item Indicibus, Aduocatis, & Scriniarijs a Romano Pontifice ordinatis, & Officialibus Senatus presbyteria conſueta dabitis.* Hiſce autem temporibus ſingulis S. R. E. Cardinalibus tantùm in Lateranenſi Palatio presbyterium bini numiſmatis aurei, & argentei Papa elargitur, quo die triumphali pompa vectus, poſſeſſionem init Vicariæ Diuinitatis in terris.

Gabrieliorum Familia nedum armatæ militiæ viros (vt ita dicam) innumeros, ſed togatæ quamplurimos peperit. De illius origine variarunt Scriptores, at in vetuſtate an-
tiquiſſima conuenerunt. Floruit Eugubina, Fanenſis, Romana, Pontremulenſis, Pata-
uina, Veneta, Senogalienſis. Ex Eugubina prodiere Gratianus Gabrielius, anno 1070. B
Ferrarienſis Epiſcopus. Addus, anno 1103. Antiſtes Placentinus. Vbaldus, anno 1321. Foropopulienſis, & Bertinorij Præſul, annoq. 1323. ad Sedem Taruiſinam translatus. Petrus, anno 1328. Eugubinus Epiſcopus (Vghellus in Italia ſacra ſcripſit, Petrum anno 1326. alibi 1327. de Eccleſia Foroſemproniensi ad Eugubinam fuiſſe translatum) Paulus, anno 1374. Lucenſis gregis Paſtor. Gabriel, anno 1379. Epiſcopos Eugubinus. Ex Fanenſi, Gabriel Prothonotarius Apoſtolicus, Epiſcopus Vrbinas, & a Iulio Secundo anno 1505. Vaticana Purpura auctus. Ex Romana Iulius, qui Cameræ Apoſtolicæ Clericus exiſtens, ab Vrbano Octauo anno 1641. fuit inter S.R.E. Cardinales adlectus, mox Aſculanus Epiſcopus renunciatus; viuit nobiliſſimæ gentis germen, gregiſq. ſibi crediti vigilantiſſimus Paſtor. Ex Pontremulenſi Ioannes, anno 1391. Populonij, & Maſſæ
Epiſcopus, deinde anno 1394. ad Piſanum Archiepiſcopatum translatus. Vixerunt Ga- C
briel Gabrielius Venetus ex Motonenſi Sede ad Iuſtinopolitanam anno 1448. translatus. Laurentius Gabrielius Venetus, anno 1484. ad Epiſcopatum Bergomenſem euectus. Iacobus Gabrielius philoſophus illuſtris, vt ipſius indicant opera typis vulgata. Gabriel Gabrielius Patauinus, qui edidit *Diſſolutiones in Quæſtionem Hieronymi Boniperti de materiæ imminutione in principio morbi. Explicationem de ratione totius euacuandæ materiæ.* Andreas Gabrielius Senogallienſis, qui ſcripſit *De peſte opus perutile, ac præſidio locupletiſſimorum Auctorum roboratum.* Fabritius, Marius, & Hieronymus Gabrielij ſacri Conſiſtorij Aduocati, de quibus infra. Angelus Gabrielius nobilis Venetus, qui lucubrauit *Summam Summarum in regulas redactam. Lettere di complimenti ſemplici. Rime. Maria Vergine ritratta nelli fiori del vecchio Teſtamento, Poema ſacro. La diſperatione di Giuda,*
Poemetto. Geloſia, fauola paſtorale. Ciro, Tragedia. Scherzi, & Artificij. Duelli di D
Complimenti. Pentimenti pietoſi. Le origini, e li progreſſi delli Potentati d'Europa.

IOANNES FRANCISCVS BVRLA . . . . Documentum ex Rauennatenſi Archiuo deſumptum mihi hunc indicat Collegam: ibi enim Clemens Papa Septimus menſe Auguſti 1530. ſuum cōſtituit in quadam cauſa magni momenti procuratorem Ioannem Petrum Ferrettum I.V.D. Rauennatenſis Eccleſiæ Canonicum, Prothonotarium Apoſtolicum, & Rauennatenſis Archiepiſcopi Vicarium generalem, hæc ad rem ſubdens, *ſpecialitèr, & expreſsè in-*
hærendo, quatenus opus ſit, ſubſtitutioni per R.P.D. Nicolaum de Ara- E
gonia cauſarum Palatij Apoſtolici Auditorem, & Ioannem Franciſcum Burlam Aduocatum Conſiſtorialem ſuæ Sanctitatis in infraſcripta cauſa principales procuratores facta; nominauit ſuum, ac dictæ Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ Procuratorem &c.

GALEA-

CXIX.

A GALEATIVS . . . . . . Ipſius tantùm nomen in Blaſij de Cæſena Diarijs ad poſteros demandatur, dum ſcribitur, Galeatium Conſiſtorialem Aduocatum in Conſiſtorio conuocato die Mercurij 14. Decembris 1530. pro Pallio Compſanenſi Archiepiſcopo tradendo ſupplicem inſtitiſſe.

HIERONYMVS DE IVSTINIS de Caſtello. In ſæpius memorati Blaſij Diarijs prima mihi Iuſtini mentio occurrit, die Sabbati 23. Septembris 1531. in publico Conſiſtorio commiſſionem proponentis, in quo ſummus Præſul Antonium Puccium Florentinum rubenti galero condecorauit. Inter mortales eſſe deſijt anno 1548. Romæ in ſacræ Deiparæ de Pace Aede ipſius cadauer humatum nouiſſimam
B expectat diem. In cenotaphio Templi parieti appoſito hæc leguntur, marmorea Hieronymi effigie, gentilitijſque inſignibus additis.

HIC IACET
HIERONYMVS DE IVSTINIS DE CASTELLO
ADVOCATVS CONSISTORIALIS
VIXIT ANNOS LV. MENSES IX. DIES XXII.
OBIIT DIE XIX APRILIS MDXLVIII.

C In Pontificis Iulij III. Motu proprio, fauore Petri Pauli Iuſtini anno 1554. obſignato, hiſce Hieronymus laudatur. *Tum etiam conſideratione quondam Hieronymi de Iuſtinis eius genitoris, qui celeberrimus Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocatus, dum vixit, extitit*. Eadem prorſus verba conſcribuntur in altero Pauli Quarti Diplomate, ipſius Petri Pauli fauore emanato anno 1555. A Reſtauro Caſtaldo in tract. de Imperat. q.83. num.20. nuncupatur *D.Hieronymus Iuſtinus de Caſtello I.V.D. in alma Vrbe famoſiſſimus, ac Conſiſtorialis Aduocatus præclariſſimus*.

In humanis egerunt Ludouicus de Iuſtinis de Caſtello, anno 1458. Nerotinenſis Epiſcopus promulgatus. Amedeus Iuſtinus de Caſtello, circa annum 1450. Senator Vrbis creatus, qui mirum *De Syndicatu* opuſculum elaborauit. Laurentius de Iuſtinis de Ciui-
D tate Caſtelli, anno 1469. Romæ Senator dictus, vice Franciſci de Aringherijs.

SIGISMVNDVS DONDOLVS Piſtorienſis. In proximè recenſito Conſiſtorio, die 23. Septembris 1531. conuocato, Commiſſionem Sigiſmundus nedum propoſuit, verùm in plurimis alijs anno 1532. pro ardua Anglicana controuerſia (de qua ſupra) habitis, Anglici Regis partes contra Ioannem Aloyſium de Aragonia, Aduocatum Reginæ, ac Imperialium tuendas ſuſcepit, vt ex Blaſij Diarijs. Typis *Diſſertationes in præfata Anglicana matrimoniali controuerſia* euulga-
E uit. Binæ leguntur in Vrbe lapideæ Inſcriptiones, altera in Deiparæ, quæ Conſolationis dicitur, Templo, verbis huiuſmodi Sigiſmundi pietatem teſtatam faciens,

DOMI-

CXX:

DOMINVS SIGISMVNDVS DONDOLVS A.
DE PISTORIO
ADVOCATVS CONSISTORIALIS
LEGAVIT DOMVM SVAM
SITAM IN REGIONE PONTIS
PRO SVBVENTIONE INFIRMORVM
ET VOLVIT
VT IN HOC SACRO SACELLO
PERPETVO LVMEN ARDEAT
ET QVOTIDIE MISSA CELEBRETVR:
ET ALIA
PROVT IN SVO TESTAMENTO: B

Onus prædictum vnius quotidiani Sacrificij,& quòd continuò lampas ardeat, iniunctum fuit Sacello S. Catherinæ, Iconam habenti marmoream, in qua ſculptæ ſunt Imagines Beatiſſimæ Virginis, ac SS. Ioſephi, & Catherinæ. Altera inſcriptio in proſpectu gentilitiæ Domus in Regione pontis extructæ prope Templum Pacis, vbi marmorea quoque inſculpta inſignia, tres nempe campanulæ in tranſuerſa faſcia, cum cognomine colludunt.

SIGISMVNDVS DONDOLVS
PISTORIENSIS C
ADVOCATVS CONSISTORIALIS

In Eccleſia S.Mariæ ſuper Mineruam quolibet anno pro Sigiſmundo Dondolo decem Miſſæ celebrantur, & Anniuerſarium die 19. Septembris,ex legato præſtando ab Hoſpitali Conſolationis. Alterum pro ipſo Dondolo celebratur in Eccleſia S.Chriſogoni Anniuerſarium; & ex hac poſtrema notula conijcio, ipſum anno 1543. fato ceſſiſſe.

VESPASIANVS CAESIVS Romanus, ſeu Lucidus Veſpaſianus. Angeli Cæſij, & Franciſcæ Cardulæ filius; Pauli, ac Friderici S. R. E Cardinalium germanus frater. In Blaſij ephemeridibus inter Conſi- D
ſtoriales Aduocatos deſcribitur die prima Decembris 1531. Vixit Fiſci quoque in Vrbe Aduocatus, teſte Creſcentio deciſ. 8. de præben. in fin. Extra Romanam Curiam ex lege viuere deſijt, vt ex Motu proprio Iulij Papæ III. fauore Angeli Cæſij iunioris anno 1554.expedito, quo tempore Veſpaſianum extremum clauſiſſe diem opinor.

GASPAR ARGOLVS de Talleacotio. Mihi teſtis clariſſimi nominis, ſingulariſque eruditionis vir Iacobus Philippus Thomaſinus, in elogijs tom. 2. in Paulo Argolo hæc ſcribens. *Argolorum Familia inter*
Marſos nobiliſſima &c. Paulo III. præterea Argoli per ea tempora gratiſ- E
ſimi tres Præſules continuis vicibus habuere, Alexandrum Argolum Domus Pontificiæ Magiſtrum, Lauretanæ ſacræ Aedis Adminiſtratorem, atque Epiſcopum Terracinæ; Gaſparem Anconæ Gubernatorem; & eiuſdem nominis alterum Aduocatum Conſiſtorialem.

Nobilis Argolorum Familia è Gallia Narbonenſi Author idem in Italiam cum Carolo Andegauenſium Duce anno 1256. commigraſſe ſcribit. Arelatenſes Patricij erant, quorum vni Ludouici, Gaſparis alteri nomen erat: Toloſiorum vetus cognomen; de Gal-

lis,

A lis, a Galliarum Regis fratris obſequio, interdum Arlij a Patria dicti ſunt; donec immutato vocabulo, appellati ſunt Argoli. Sub Aragoniæ Regibus ſtrenui viri quamplures floruere: duo Caſtra, quæ le Saſſe vocant, iam in Columnenſium ditionem ſubacta, in Aquilano ſuburbio meruere. Vrſinorum quoque patrocinium experti, Marani feudum receperunt. Ex hac nobili progenie prodijt Alexander Argolus, integritate, ac virtute inſignis, qui poſt plurima criminalia obita munera, anno 1651 Epiſcopatu Verulano inſignitus, deinde Cardinalis in Vrbe Vicarij Viceſgerentis munere auctus, Romæ ab Orbe abijt. Andreas Argolus, Mathematicus profeſſor, ac ſcriptor nemini ignotus, qui elaborauit *Tabulas primi Mobilis. Tabulas ſecundorum Mobilium ſecundùm Tychonis hypotheſes. Ephemerides ad longitudinem almæ Vrbis Romæ ab anno 1621. ad 1640. ex Prutenicis Tabulis ſupputatas. Nouas Cæleſtium motuum Ephemerides ad longitudinem almæ Vrbis ab anno 1620. ad 1640. Aſtronomicorum libros tres. Problemata Aſtronomica. Commentaria in Elementa Euclidis. Catholicæ, & probatæ Aſtronomiæ Epitome. Ephemerides*

B *Copernicæ ab anno 1640. vſque ad annum 1660. completum. Ephemerides Tychonicæ ab anno 1600 ad 1620. & ab anno 1640. ad 1660. Commentaria in libros quatuor Ptolomei, cum textu Græco, & Latino. De nouis Stellis noſtro æuo genitis, alijſq. Phænomenis. De diebus criticis, & decubitu ægrorum. Practicam medicinalem. Iſagoges, & Canones abſolutiſſimos, præcepta omnia Aſtrologiæ complectentes.* Ioannes Argolus, Andreæ filius, qui poſteritati commendauit *l'Endimione Poema. Della Bombace, e Seta Idilio. Trasformationi Paſtorali. Epitalamium in nuptijs Taddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Notas in Panuiniũ de ludis Circenſibus. Iatrolauream Gabrielis Naudæi Pariſini, a Leone Allatio Græco carmine inauguratam, latinitati ab eodem donatam. Vitam Columellæ. Vitam Q. Curtij Ruffi. In Auctorem ad Herennium Animaduerſiones. Philippicam Ciceronis nomine in M. Antonium. De Aqua Martia libellum. Commentaria in Tacitum. Notas in Iuuenalem, & Perſium.*

C *Indagines; vbi expunctiones Auctorum, ac eorum menda continentur. De Armamentario nauali Veneto, Poemation. De ſtirpe Neptuni, vulgò ſpoſalitio del Mare, Poemation. De Pegmate ſubitariæ Nauis, Poemation. Epulas Principis. Elegias. Epigrammata. De cæde Neronis. Suaſoriam militum ad Alexandrum Magnum, ne intret Oceanum. La diſcordia di Petronio. Sonetti, Canzone, e Madrigali.* Paulus Argolus, Andreæ frater vterinus, Franciſcanæ Religioni addictus, vir ſingularis ingenij, de quo maxima ſperanda, niſi vigeſimo primo ſuæ ætatis anno ereptus fuiſſet, qui Scotum, ac D. Thomam, quos in propoſitiones totos digeſſerat, expolire, atque in lucem emittere moliebatur.

D POMPILIVS DE SANCTA CRVCE Romanus. Aſſerit in Diarijs Blaſius de Cæſena, Pompilium Aduocatum Conſiſtorialem die 22. Aprilis 1532. Commiſſionem in Conſiſtorio propoſuiſſe, in quo Ennecus de Mendoza Hiſpanus, Burgenſis Epiſcopus, & S. R. E. Cardinalis fuit de more oſtro inſignitus.

FABIVS MIGNANELLVS Senenſis. Petri Pauli Mignanelli, & Honoratæ Saracænæ Senenſium filius. Anno 1531. Aduocati Conſiſtorialis munus exercens, in Germaniam a Clemente Septimo; laudo Caroli Quinti, circa Ferrariã, Mutinum, Regiũ &c. nequaquam aſſentiente, Nuncius tranſmiſſus fuit: liquet ex binis epiſtolis eodem anno, die 19. Maij conſcriptis, altera a Ia-

E cobo Saluiato Secretario Clementis Septimi ad Laurentium Cãpegium in Germania Legatum verbis hiſce. *Quanto fuor dell'expectatione della Santità ſua, & vniuerſale ancora ſia ſtata la riſolutione fatta nella cauſa di Ferrara, già per duplicate lettere ho ſcritto ad V. S. Reuerendiſſ. & dettogli anche il penſier, che S. Beatitudine faceua, di mandar ſopra di ciò vn'huomo à poſta ad S. Maeſtà Ceſarea, e queſto ſarà M. Fabio Mignanello Aduocato Conciſtoriale, & preſente latore, alla relatione del quale mi rimetto: verrà à far capo ad V. S. Reuerendiſſ. la quale ſarà contenta inſtruirlo, indirizzarlo, introdurlo, & aiutarlo in tutto quello, che hauerà à ne-*

gotiare, che certo neſſuna coſa hò viſto da vn pezzo in quà eſſer'alla Santità ſua più à cuore, A
che queſta. Altera ab ipſomet Pontifice Clemente ad Carolum Quintum, ibi. *Pure in que-
ſto diſpiacer mio mi conforta aſſai la fede, che ho nella Maeſtà Voſtra, che la ſia per contentarſi
di rimediare in quanto ſi può queſto pregiuditio della Chieſa in qualche modo, come mi è detto,
che ſi potria, al quale effetto mando da lei M. Fabio Mignanelli Auditor Conciſtoriale preſente
latore, alla relatione del quale, e del Legato mi rimetto.* Die Veneris 11. Decembris 1534.
in tertia Palatij Apoſtolici Aula Lucenſes Oratores Romano Præſuli ſolemni ritu obe-
dientiam exhibuere; Prothonotarius Arnulphinus vnus ex Oratoribus orationem habuit,
cui Pontifex ipſe per ſe reſpondit: in eodem congreſſu Fabius Mignanellus ſacri Conſi-
ſtorij Aduocatus Commiſſionem expoſuit, teſte Firmano in Diarijs. Claruit Lucerinus,
deinde ſacer Groſſetanus Paſtor, denique S.R.E. Cardinalis. De ipſo ſcripſerunt vberri-
mè Ciaconius, Victorellus, Vghellus, & Vgurgerius, quorum verba, vndique Fabij lau-
des reſonantia recenſere non tædeat. *Fabius Mignanellus* (ait Ciacon. in vita eiuſdem) B
*Senenſis anno Chriſti 1496. ortus, iuris ſcientia, conſilio, & prudentia laudabilis; vxore mor-
tua, Romam venit, vbi breui tempore Pontifici Paulo III. quum innotuiſſet, ad Venetos, & Ca-
rolum Quintum, Piceni Moderator, Bononiæ vice Legati functus, Epiſcopus Lucerinus, inter
alios exemplo vitæ, & doctrinæ laude inſignes Antiſtites ad Concilium Tridentinum miſſus, ac
poſtea Epiſcopus Groſſetanus electus, tandem ob expectatam iam probitatis, & ſolertiæ opinionem
à Iulio Tertio Presbyter Cardinalis S. Syluestri creatus fuit, qui paulò poſt Signaturæ Iuſtitiæ
Præfectus, & ſub Paulo IV. Presb. Card. tit. Pammachy, obijt Romæ anno 1557. 4. Idus Auguſti,
& in S. Mariæ de Pace ſepultus eſt.* Subdit Andreas Victorellus in addit. *Fabium Mignanel-
lum Petramellarius vberiori cumulauit elogio, ex quo nonnulla, ſed mutila, ex parte deſum-
pſit Cabrera. Is Petrum Paulum Mignanellum, & Honoratam Iacobi Saraceni filiam Senenſes
clari generis parentes habuit: præſtans Iureconſultus ſororem Hieronymi Cardinalis Capoferrei,
de quo in Paulo III. viro orbatam in matrimonium duxit, & in Vrbe Aduocati Conſiſtorialis* C
*Aulæ munus cum laude exercuit; vxore vita functa, bigamiæ impedimento maioris Pœniten-
tiary beneficio ob eruditionem ſublato, eccleſiaſticæ vitæ animũ adiecit, & Cardinale Capoferreo
opem ferente, prudentia ipſe, & iuriſcientia viam ſibi ad ampliſſimam Dignitatem muniuit;
partem autem ſtemmatis gentilitÿ Cardinalis Capoferrei in ſuo inſecuit inſigni. Legatus de La-
tere Senas aliquando, vt res nobilis Reipublicæ componeret, miſſus fuit; cum Legatus decernen-
dus eſſet, non defuit, qui diceret, Legatos de latere ſolis Regibus, & Cæſaribus mittendos, ſed re-
ſponſum tunc additum, Raphaelem Petruccium eidem Senenſium Reipublicæ Legatum de latere
a Leone X. olim miſſum. Suſceperat autem Fabius ex Honorata vxore* (ſupra dixit, Honora-
tam fuiſſe genitricem, vxor autem Antonina dicenda erat, quæ fuit ſoror Cardinalis de
Capiteferreo) *filium Alexandrum, Hieronymi genitorem: ſuſceperat præterea alterum filium
Paulum nomine, qui Pio V. Pontifice copiarum Dux fortitudinis argumento edito, glorioſè oc-* D
cubuit. Iano Vitali Cardinalis virtus non fuit ignota, cecinit enim

Dum Sena ſuccutitur violentis motibus inſtar
Vertiginoſi fluminis,
Abiectoque iugo nutat Reſpublica, & intus
Magnis procellis fluctuat,
It Fabius Patriæ motus pietatis amore,
Et conſulenda conſulit;
Alloquitur dubium facundus verba Senatum S
Securitatis auræ,
Implet ſpe trepidos, nutantia pectora firmat
Ciuis, Paterq. publicus:
Præterita enumerat, præſentia diſcutit, addit
Ventura, quæ ſint poſtea,

Sedi-

CXXIII.

A *Seditioſa tamen cauet, omnia laudat, & inde*
Salutis obliuiſcitur;
Tempus erit tantæ vulgò cum tædeat Vrbem.
Fortiſsimam diſcordiæ,
Et Fabium optabunt, Conſultoremque, Patremque,
Et forte propugnaculum.

Nec ſiluit doctus Vghellus in Italia ſacra tom. 3. de Groſſetanis Epiſcopis. *Fabius*
Cardinalis Mignanellus Senenſis è Lucerina translatus Eccleſia Groſſetano Epiſcopatu inſi-
gnitus eſt 1553. *die* 17. *menſis Maij. Hic natus Senis eſt ex parente Paulo* (Petrum Paulum
ſcripſit Victorellus) *Honorataque Saracinia fœmina nobili Senenſi, qui cum ingenij incredibili*
acumine præſtaret, in lege verſatus magnus Iuriſconſultus euaſit. Romam profectus, Aduocati
B *Conſiſtorialis munere ad multos annos eſt functus egregiè, duxitque in matrimonium ſororem*
Capoferri Cardinalis (vt ſupra in Alphonſo Recenato) *quam cum extuliſſet, bigamiaque,*
quam ex parte fœminæ olim viduæ contraxerat, exſolutus fuiſſet, vitam clericalem inſtituit
profiteri. In ea progreſſus fecit mirificos, quippe ſub Paulo III. ad Venetos, ad Carolum V. de
rebus grauiſſimis Legatione functus eſt. Picenum, Bononienſeſque Vicelegatus frenauit, atque
Epiſcopum Lucerinum iam declaratum idem Pontifex tanquam doctiſſimum Præſulum ad Tri-
dentinum Concilium deſtinauit. Cæterùm poſtquam tertius Paulus exceſſiſſet, Iulius III. ob in-
gentia merita Mignanelli, illum inter purpuratos Patres cooptauit ad titulum S. Syluestri an-
no 1551. *deinde Præfectura Signaturæ Iuſtitiæ nobilitatus eſt, ſubuenturuſque Patriæ iam ſua*
ſponte propemodum concidenti Legatus de latere ad Senenſes proficiſcitur, ſed nequicquam adhi-
buit medicinam iam iamque expiraturæ libertati. Infectis itaque rebus, rediijt Romam, deceſ-
C *ſitque* 1557. *quarto Idus Auguſti, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ad Pace, cum ſui ſimillimum*
filium ex legitima vxore ſuſceptum poſt ſe reliquiſſet, qui Mignanellam gentem Romæ deinde
propagauit, & auxit. Denique Vgurgerius Mignanelli conciuis, de viris Illuſtrib. Se-
nenſib. tit. 2. pag. 83. *Fabio Mignanelli de' Grandi di Siena nacque l'anno* 1496. *di Pietro*
Paolo Mignanelli, ed'Honorata di Iacomo Saracini pure noſtri Grandi. A ſuo tempo fù lau-
reato nell'vna, e nell'altra legge nell'Vniuerſità della Patria, nella quale leſſe publicamente
qualche anno, poi ſe n'andò à Roma, oue paſsò alle ſeconde nozze, eſſendo vedouo della prima
moglie, con vna ſorella di Girolamo Cardinale Capoferro (varius ab Vghello) *della quale*
hebbe nobile ſucceſſione, che fermò la Caſa in Roma. Paſſata queſta all'altra vita, applicò l'ani-
mo alle coſe della Chieſa; eſſendo per prima ſtato fatto Auuocato Conciſtoriale per l'eminenza
della ſua dottrina, ed'altezza della ſua prudenza; onde eſſendoſi fatto diſpenſare della bigamia
D *dal Penitentier maggiore, come ſcriue Lodouico Gomeſio in tract. Breuium, num.* 25. *citato dal*
Vittorelli, da Paolo III. Ponteſice Romano fù fatto Referendario Apoſtolico, e mandato Nunzio
à Veneziani, ed'à Carlo V. Imperatore; poi fù Gouernatore della Marca d'Ancona, quindi Vi-
celegato di Bologna l'anno 1541. *eſſendo Legato Bonifazio Ferrerio da Iurea Cardinale di San-*
ta Chieſa, e forſe all'hora fù, che Fabio (come il Simlero ſcriue) propoſe in Bologna mille que-
ſtioni dell'vna, e l'altra legge, circa le quali difeſe la ſua opinione publicamente tre giorni con-
tro ciaſcheduno, che gli argomentò, alla preſenza di grandiſſima, e dottiſſima corona (niſi dica-
mus, hoc pro aſſequenda Aduocati Conſiſtorialis preeminentia peregiſſe) *Ottenne pri-*
ma la Chieſa di Lucera, e poi quella di Groſſeto. Nel Concilio di Trento fù riputato tra più graui,
e dotti Prelati, che vi foſſero. Finalmente per il ſuo gran merito, e (come dice il Vittorelli) con
il fauore del Cardinale Capoferro fù creato Prete Card. di S. Silueſtro da Papa Giulio III. l'anno
E 1551. *li* 20. *di Dicembre, e poco doppo ottenne la Prefettura della Segnatura di Giuſtizia; al*
che Sua Santità volentieri inchinò, per eſſer'ella, e Fabio nati di due Donne de'Saracini di Sie-
na, e da Papa Paolo IV. fù trasferito al titolo di S. Pammachio. Nel tempo delle ſue grandez-
ze la noſtra Patria Siena cadde in grandiſſime miſerie, perche hauendo cacciato il preſidio Spa-
gnuolo, ſi concitò l'ira, e ſi tirò addoſſo l'armi potentiſſime di Carlo V. Imperatore, che gouernate
da Don Garzia di Toledo Vicerè di Napoli aſſaltarono lo Stato di Siena, e malamente il trat-
tarono, fin che ſpuntate dalla reſiſtenza di Monte Alcino, ſenz'altro fare per all'hora l'abban-
donarono. L'hiſtoria è nota. Hora Giulio III. volendo come padre vniuerſale cercar la quie-
te di quella Republica, alla quale doueua il ſangue materno, l'educazione, la laurea Dottorale,

ed'altri benefizij, vi mandò l'anno 1552. *il Cardinale Mignanelli ſuo Legato de Latere, ch'era inuitato da Saneſi à tornare alla Patria, per godere la ricuperata libertà. Nè mancò, chi poco amoreuole della noſtra Nazione, ed'inuidioſo di tanto honore, contradiceſſe à queſta determinazione, con dire, che i Legati di Latere ſi mandano ſolamente à Regi, ed'à gl'Imperatori; ma fù riſpoſto, che già la Republica di Siena n'era in poſſeſſo, perche Leone X. vi haueua deſtinato ſuo Legato de latere il Card. Raffaello Petrucci, così ſcriue il Vittorelli, ed'il medeſimo Leone vi mandò ancora ſuo Legato de latere il Card. Gio. Piccolomini, come ſcriue l'Abbate Vghelli nell'addizione al Ciaccone. Venne dunque il Mignanelli à Siena, e come Legato Pontificio fù riceuuto con grandiſſima pompa, perche entrò incontrato da tutto il Clero proceſſionalmente, e dalla Signoria con tutta la Nobiltà fino alla porta Romana, e da tutta la Caualleria, che era in Siena, vn miglio lontano dalla Città, ed alla porta riceuuto ſotto vn baldacchino di broccato, fù meſſo in mezzo da Monſig. di Termes, e dal Duca di Somma. Se n'andò à dirittura à viſitare la Chieſa Metropolitana, e poi ſi ritirò all'habitazione deſtinatagli nel Conuento di S. Vigilio, hoggi Collegio de' Padri Geſuiti, ed'à nome publico gli furono preſentati argenti per cinquecento ſcudi, ed'vna lettiga coperta di velluto con due belliſſimi muli per portarla (donatiuo ſolito di farſi dalla Republica à tutti i Cardinali Nazionali) e molti rinfreſcamenti. La Città fece feſta tre giorni continui per la ſua venuta, ed'il giorno doppo egli diſſe Meſſa in S. Vigilio, e communicò di ſua mano gran quantità di popolo, hauendolo eſortato prima à pregare Dio per il bene publico: volle, che il Senato dichiaraſſe, che à creare il nuouo modello del reggimento v'interueniſſe Franceſco Bandini Arciueſcouo di Siena (il quale per precetto del Papa era tornato in Siena à preghiere della Republica, eſſendo ſtato alcun tempo ritirato in Fabriano per le perſecuzioni di D. Diego di Mandozza) ed ancora Monſig. Claudio Tolomei. Cercò con ogni diligenza di metter pace tra Cittadini, e propoſe molti partiti, quali tutti furono rigettati da coloro, che lo ſtimorono parziale dell'ordine de' Noue. Ma ſentendoſi la venuta à Siena del Card. Ippolito da Eſte con titolo di Luogotenente di Francia, non parue al Papa, che il ſuo Legato poteſſe fermarſi più in Siena con riputazione. Onde ſubito lo chiamò à Roma, ed egli v'andò, laſciando le coſe della Patria ſconcertate, come prima. Scriue il noſtro Bardi, che al tempo de gl'vltimi ſtati della Republica il Mignanelli non caminaſſe molto ſincero, perche accordatoſi con gl'Agenti Franceſi tenne celata l'impoſſibilità del ſoccorſo, e diede ſempre parole à ſuoi Concittadini. Morì finalmente in Roma l'anno* 1557. *li* 10. *Agoſto, è fù ſepolto nel Tempio di S. Maria della Pace. Fù Cardinale di grande ſtima.* Hieron. Gig. de crim. læſæ maieſt. lib. 1. q. 10. nuncupat Mignanellum *Clariſſimum Iuris Doctorem*.

Fabij Cardinalis nepos Iacobus Mignanellus Patruo in Groſſetanam Eccleſiam anno 1558. ſucceſſit. Floruit Beltramus Mignanellus, qui ſcripſit *Delle concordie de' Salmi tra l'Idioma Arabico, Hebraico, e Latino*.

PETRVS FRANCISCVS ROBBIVS Ianuenſis. Romanorum Rex Ferdinandus commendatitias ad Pontificem Paulum III. anno 1536. pro Robbio tranſmiſit; an autem fuerit inter Conſiſtoriales Aduocatos cooptatus, adhuc me latet: literæ integra fide expoſitæ hæc ſonant.

Beatiſsimo in Chriſto Patri, & Domino, D. Paulo III. Diuina Prouidentia Sacroſanctæ Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Domino noſtro Reuerendiſsimo.

Beatiſſime in Chriſto Pater, & Domine, Domine Reuerendiſſime. Poſt humilem commendationem filialis obſeruantiæ noſtræ continuum incrementum. Cum intelligamus honorabilem Petrum Franciſcum Robbium Doctorem Ianuenſem Aduocatiam aliquam Conſiſtorialem in Vrbe Roma pro ſe petere, ipſumque ob iuris vtriuſque peritiam ad hoc officium iure merito promouendum eſſe cenſeamus, commiſimus itaque honorabili Gabrieli Sanchez noſtro apud Beatitudinem veſtram Agenti, vt ei ſuperinde noſtro nomine loquatur, ſicut ab eo coram intelligere dignabitur. Rogantes ideo eandem, vt eidem Agenti noſtro indubiam in ijs fidem habere, ſeq. noſtri cauſa gratioſum in eiſdem, vti confidimus, exhibere dignetur: quod noſtro in eam officio, & obſer-

Digitized by Google

obſeruantia filiali promereri ſtudebimus, cui nos etiam humilitèr, & deuotè commendamus.
A *Datum in Oppido noſtro Inſprugk die prima menſis Februarij Anno Domini 1536. Regnorum*
noſtrorum Romani ſexto, aliorum verò decimo.

Sanctitatis Veſtræ

Humilis, & obſequens filius
Ferdinandus.

Inter mortales egere Ioannes, & Iſidorus de Robbia Florentini, fratres germani, ille
anuo 1624. Bertinorij Epiſcopus renunciatus, iſte in eadem Sede anno 1642. ſucceſſor.
Laurentius Florentinus, ex Epiſcopali Cortonenſi Dignitate ad Feſulanam anno 1634.
tranſlatus. Lucas Florentinus, politiori literatura excultus, & hiſtoricus, qui euulgauit
B *Vitam Bartholomai Valoris viri Conſularis grauiſſimi.*

PROSPER SANCTACRVCIVS Romanus. Tarquinij filius. Quo
anno inter Conſiſtoriales Aduocatos adſcriptus fuerit, haud mihi
conſtat, niſi cum Ciaconio, Clemente Septimo regnante, aſſeram:
indubiè tamen manuſcriptum documentum indicat, ipſum anno
1541. in eorundem Cœtu vixiſſe. Vir ſanè illuſtri genere ortus, bo-
narum artium fautor liberaliſſimus ad ſacræ Romanæ Rotæ Audito-
ratum deinde euectus, in Senatum demum Apoſtolicum anno 1565.
probitate, virtuteque adſcitus, ac plurimis ſuſceptis, & omnium
C commendatione obitis Legationibus, non vnius tantùm præconia, infra recenſenda
promeruit. Tandem Romæ anno 1589. ex ergaſtulo carnis ereptus eſt, probis omni-
bus ſui deſiderio relicto. In Liberiana Baſilica, quicquid mortale fuit, ſub tumulo con-
ditur, hoc inſculpto Cenotaphio.

PROSPERO SANCTACRVCIO
S. R. E. CARD. EPISCOPO ALBANO
QVI OB EXIMIAS ANIMI INGENIIQVE VIRTVTES
POST PRIMARIA PALATINA OFFICIA
ET ECCLESIASTICAS DIGNITATES
A PIO IV. PONT. MAX. CARDINALIS CREATVS
D LEGATIONIBVS
GERMANICA LVSITANICA HISPANICA ET GALLICA
FLAGRANTE INTESTINO BELLO PROVINCIA
EGREGIA CVM LAVDE FVNCTVS
MAXIMISQVE TOTO VITÆ CVRSV
PRO REPVBLICA SVSCEPTIS LABORIBVS
OBIIT ÆTATIS ANNORVM LXXVI. MDLXXXIX.
MARCELLVS EX FRATRE NEPOS POSVIT.

Verùm quia Epiſcopatu Chiſanenſi decoratus vixerat Proſper, pluriès in Romanæ Rotæ
decisionibus Chiſanenſis appellatur: Ipſi inſcribitur a Lancellotto pars ſecunda Tracta-
E tus de attentatis. De eodem verba fecit Antonius Maria Papazzon. in addit. ad deciſ.
18. de reſcript. in fin. *Coram R. D. Proſpero de Sancta Cruce nobili Romano, & Epiſcopo Chiſ-
ſanen. & nunc apud Sereniſſimum Regem Romanorum Sedis Apoſtolicæ Nuncio, & Domino meo
colendiſſimo, qui ob eius optimas virtutes, & acutiſſimum ingenium in 22. Aduocationis, & in
27. ſuæ ætatis annis ad Auditoratus Officia promotus eſt*. Ciaconius, & Addentes de Pro-
ſpero ſcripſere. *Proſper Sanctacrucius Romanus ſub Clemente Septimo Cardinalium Senatus
Aduocatus, ſub Paulo Papa Tertio Rotæ Auditor, Epiſcopus in Creta Chyſanenſis, ſub Paulo
Quarto Germaniæ, Luſitaniæ, & Hiſpaniæ Legationibus honeſtatus, ſub Pio Quarto ad Caro-*

lum

lum Nonum in Gallias Nuncius, & ab eodem, dum conſtantèr in Gallia hæreſes extirpare co- A
natur, Purpuræ honore decoratus &c. Tanto odio hæretici exarſerunt in Proſperum, vt non ſemel vita periculum adierit, quam pro Chriſti Fide, & pro Eccleſia dignitate profundere non recuſaſſet. Nec ſiluit Vghellus inter Epiſcopos Albanenſes. *Proſper Sanctacrucius Romanus, creatus eſt Presbyter Card. a Pio Quarto, cum Rotæ Auditor eſſet anno 1565. anno verò 1589. Epiſcopus Card. Albanus pronunciatus eſt ſexta die menſis May: vir ſanè multis obitis Legationibus clarus, Archiepiſcopus Arelatenſis in Gallia, Carolo Nono Chriſtianiſſimo Regi egregiè charus. Cumque illis temporibus in Gallys hæreſis maximè debacharetur, Sanctacrucius vix ab hæreticis ſibi mortis conflato periculo ſubduci potuit; quippe qui eius temporis ſectarios peſſimè odiſſet, cauiſſetque, ne in Arelatenſe ouile, quod tutandum acceperat, perfidiosè irrumperent.* Duo apud me Numiſmata aſſeruantur, quorum vtrumque eiuſdem Cardinalis effigiem elegantiſſimè cuſam repræſentat; at in aduerſa facie non minori elegantia Pardum (ni fallor) globulum vehementèr iactum veloci curſu inſequentem Artifex B
expreſſit, ſuperadditis literis, *ſic currite, vt comprehendatis*: in ſecundo, nobile viridarium efformauit, ædificijs, fontibuſque exornatum, characteribus inſculptis, *Gerocomio*. 1579.

FABIVS ACCORAMBONVS Eugubinus. Eodem anno 1541. quo Proſper Sanctacrucius, in Collegio Aduocatorum ſacri Conſiſtorij viuebat. Circa annum 1530. in celebri Patauina Vniuerſitate ius ciuile profeſſus fuerat non exigua ſui nominis fama. E Conſiſtoriali Aduocatione ad celeberrimum Romanæ Rotæ Tribunal anno 1542 conſcendit, ibique Decanus euaſit anno 1550. Vir eximius, iuriſque Pontificij, ac Cæſariani ſcientia præditus vitam extendit vſque ad annum 1559. cuius recordatio perennis erit. Scripſit præcipuè C
Commentaria in l. in fideicommiſſaria, & in l. hæredes mei, ad S. C. Trebell. l. quemadmodum, de acquir. poſſeſſ. l. qui ſe patris, C. vnde liber. ſuper ff. tit. ad l. falcid. Cum præconijs a nonnullis memoratur Fabius, videlicet Mandoſio in commentar. ad reg. Cancellar. reg. 1. q. 3. *& ita audiui obtinuiſſe excellentiſſimum tunc Aduocatum, nunc digniſſimum Rotæ Decanum R. P. Fabium Accorambonum.* Ioanne Paulo Lancellotto in epiſtola a ſe conſcripta ad vtriuſque iuris Candidatos Academiæ Peruſinæ circà approbationem ſuarum Inſtitutionum iuris canonici. *At Cardinales Pontificis acceptis mandatis, licèt hanc operis caſtigandi prouinciam multi non obſcurè vltrò ambirent, ex omnibus tamen, qui in Vrbe eſſent, delegarunt Fabium Acorombonum ſacri Pontificy Auditory (vt appellant) tunc Decanum. Iulium Oradinum illius Collegam, & Antonium Maſſam cauſarum Patronum, viros cum iudicio, & eruditione præſtantiſſimos, tum in foro, & iudicijs, & interpretando iure exercitatiſſimos.* D
Acceptis ergo ab his mandatis Pontificys, ſuum quiſque a me ſumit operis exemplum; plura enim ego antea in eum vſum priuatis ſumptibus excribenda curaueram. Accorombonus autem, qui, quod ampliſſimi Ordinis, & Auditory caput eſſet, negotio præeſſe videbatur, priuſquam librum attingerent, oneris ſocios, & me quoque vnà ſplendido conuiuio excepit, actumque eo die inter eos eſt, quo ordine, quaue ratione res tractari, & abſolui oporteret, itumque eſt in hanc ſententiam, vt ſinguli librum, vel libri partem ſeorsìm excuterent &c. Honded. conſil. 23. num. 30. *quam opinionem magis clarè firmat D. Fabius Accorambonus Eugubinus olim Rotæ Romanæ Auditor, & Decanus, & magnæ ſcientiæ I. C. in repet. d. §. nihil commune, num.* 52. & conſ. 70. num. 43. *Dominus Fabi. Acorambo. Eugubin. magni nominis, ac olim Rotæ Romanæ Decanus in repet. l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad S. C. Trebel.* Ant. Merend. controu. iur. lib. 9. cap. 13. num. 11. *Fabius Accorombonus Rotæ Romanæ Decanus in quodam ſuo voto red-* E
dito Paulo IV. Summo Pontifici, relato in Praxi Auditoris Cameræ lib. 1. poſt cap. 23. & apud Farin. conſ. 15. lib. 1.

Nobilem Accorambonam Familiam illuſtrarunt Octauius Eugubinus, Ciuiſque Romanus, anno 1621. a Foroſempronij Sede ad Archiepiſcopalem Vrbinatenſem tranſlatus. Hieronymus Accorombonus Eugubinus, qui ſcripſit *De lacte. De catharro. De putredine*. Felix Accorombonus, qui elaborauit *Explicationem ſententiarũ difficilium Theophraſti in lib. de Plantis*.

CXXVII.

A IOANNES BAPTISTA FERRETTVS Vicentinus. Auguſtinum
Beroum, & Ioannem Crottum Bononiæ profitentes audiuit. Viue-
bat Conſiſtorialis Aduocatus anno 1544. vt ex proprijs liquet ſub-
ſcriptionibus, præcipuè conſ. 8. 31. 266. 296. & 389. Floruit Iuriſ-
conſultus ſua tempeſtate non vulgaris. Ius canonicum Patauij quã-
plurimis annis publicè profitendo, & Venetijs de iure reſpondendo,
maximam ſibi famam peperit. *Conſilia* conſcripſit quamplura; ſele-
ctiora tamen numero tercẽtum nonaginta ſeptem duobus volumini-
bus diſtincta Ioannes Baptiſta, & Hieronymus Ferretti nepotes typis euulgarunt. *Repe-
titiones in iure canonico* etiam edidit. Nuncupatur ab Anonymo *celeberrimus, & præcla-
riſſimus Iuriſprudens.* a Hieron. Gig. in ſubſcript. conſ. 198. ipſius Ferretti, *clariſſimus Iu-
reconſultus maior meus honorandus*. Hieronymus nepos ſic de illo loquitur in Epiſtola, ſe-
B cundo volumini conſiliorum præfixa. *Cum igitur huic præpotenti, & glorioſæ Philoſophiæ Io-
annes Baptiſta Ferrettus patruus meus admirabili quodam deſiderio incenſus, omne ſuum ſtu-
dium, atque operam dicaſſet, effecit, vt & in reſpondendo, atque interpretando iure publicè in
celeberrimis Patauinorum ſcholis, & in cauſſarum vſu forenſi Venetijs, & inter Aduocatos Con-
ſiſtoriales Romæ non infimum locum obtineret &c.*

In humanis egerunt Petrus è Comitibus Caſtri Ferretti, qui ab Epiſcopali Anconita-
na Sede ad Aſculanam anno 1419. demigrauit. Io. Petrus Ferrettus Rauennas, vir crudi-
tione refertiſſimus, anno 1541. Militenſi in Calabria inſula donatus, inde ad Epiſcopa-
tum Lauellinum anno 1550. tranſlatus, cuius magnifacienda opera in Vaticana Bibliothe-
ca aſſeruantur vol. 5834. Franciſcus de Ferrettis Miles Anconitanus, qui Martino V.
ſedente, Senatoriam Vrbis Dignitatem ad ſex menſes ſuſcepit poſt Vgolinũ de Farne-
C ſij, aliàs de Pellulis. Iulius Ferrettus Rauennas, qui ſcripſit *De duello. De iuſto, & iniu-
ſto bello. De bellicis ſignis. De Aſtu, & tacito bellorum Principum conſilio. De virtutibus
bonorum Imperatorum. De dictis, & militaribus geſtis. De equis martialibus. De inimicis
occultis exercituum, & de eorum prouiſione. De medela conſeruandi exercitum. An victi ho-
ſtes ſint proſequendi. De non ponendo exercitum in diſcrimen fortunæ. De Oratoribus, ſeu Le-
gatis Principum, & de eorum fide, & officio. Quid ſit agendum per Duces in dubio prælio. De
obſidione locorum, & de eorum neceſſaria prouiſione. De obſidionum prouiſione. Qualitèr lo-
ca obſeſſa haberi poſſunt ſine pugna. De modo expugnandi Vrbes, & arces obſeſſas. De modo
defendendi loca obſeſſa. De irruptionibus fiendis in hoſte. De antiquis triumphis, & trophæis.
De ludis publicis. De brauio, & curſu equorum. De ferijs, & inducijs militaribus, treuga, &
pace. De obedientia, & pace ſeruanda in exercitu. De conſeruando exercitum ineffoemina-
D tum. De militari iuſtitia, & de pœnis deſertionibus infligendis. De fide ſeruanda. De victo-
ria habita Deo tribuenda. De Gubernatoribus, & Ducibus claſſium, & qualitèr eſſe debeant in
re nauali. De gabellis, & publicanis, & de eorum commiſſis, ac collectis, atque muneribus, &
oneribus. Metricam compilationem omnium materiarum contentarum in libris Regiarum, &
Imperialium Conſtitutionum Regni Siciliæ.* Iulius Camillus Ferrettus, qui elaborauit *De
differentijs Iuris Romanorum, & Longobardorum.* Æmilius Ferrettus Anconitanus, ſecun-
dùm alios Gallus (opiniones tamen conciliantur, ſi patria Anconitanus, incolatu Gallus
dicatur, etenim Auenione toto ſuæ vitæ curriculo docuit, ibique fato functus fuit) qui pe-
ritiſſimus iuris Doctor effloruit: leguntur ſub Æmilij Ferretti nomine Tractatus *De mora,
& eius effectibus. De Doctore perfecto. De exceptionibus. De varijs in iure opinionibus.
Conſilia. Commentaria in ordinarias partes matutinas, ac veſpertinas.* Ioannes Baptiſta
E Ferrettus Anconitanus, Comes, qui metro conſcripſit præconia Aymonis Crauettæ, &
Benuenuti Stracchæ. Ioannes Baptiſta Ferrettus alter Vicentinus, poeta inſignis, qui
Scaligerorum geſta heroico carmine euulgauit. Paulus Ferrettus Anconitanus, Theolo-
gus, Philoſophus, ac Poeta nominis non obſcuri, cuius ingenium foetus quamplures pe-
perit, at hæc tantùm non ignoro. *Lettere diſcorſiue, economiche, politiche, e morali. Afforiſ-
mi ſopra Tacito. Trattato de gl'Orologi ſolari. Vita di S. Ciriaco Protettore della ſua Patria.
Vn'Opera Paſtorale, e Poeſie varie.* Ioſeph Ferrettus venuſtus Poeta, cuius *Carmina* ſpar-
ſim edita perlegi. Ioannes Petrus Ferrettus (forſan Epiſcopus, de quo ſupra) qui *De
Archiepiſcopis Rauennatenſibus* opus contexuit. Feretus de Fereto Vicentinus, cuius

Hiſtoria

Digitized by Google

CXXVIII.

Hiſtoria manuſcripta aſſeruatur Patauij apud Bartholomæum Sanguinatium. Anno 1445. Anconitana Ciuitas ſuos ad Eugenium Quartum Oratores tranſmiſit *nobiles viros Paulum* A *Honuphry Polini de Polidoris, & Antonium Liberotti ex Comitibus de Ferrestis de Ancona*, qui ſupplices eundem Pontificem exorarunt, vt eandem Vrbem,& Comitatum ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſciperet. De Franciſco Ferretto Anconitano, Collega meo, aliaque de Ferrettorum Proſapia, dicam infra.

ACHILLES MAFFÆVS Romanus. Patet ex Firmani Diarijs, Achillem die Lunæ 22. Decembris 1544. Commiſſionem in Conſiſtorio propoſuiſſe, in quo ſeptem S. R. E. Cardinales fuerunt rubenti galero condecorati; ibique ſubdit Author, eo mane Summum Pontificem decreuiſſe, binos deinceps Aduocatos proponere, ne ob defectum alterius proponentis, otio tempus tereretur: idem ſtatuiſſe compe- B rio Clementem Octauum anno 1597. Denuò die prima Decembris munus non abſimile Conſiſtorialitèr obiuit Achilles. Vixit Vaticanæ Baſilicæ Canonicus. Bini ipſius germani fratres ſacra Purpura decorati in Vaticano Cardinalium Collegio coruſcarunt.

Maffæia Familia Volaterris, Veronæ, Bergomi, Romæ, ac alibi priſcia nobilitate præfulſit, teſte Achille Muccio par. 6. theatri Bergomenſis.

Cardineoſque apices geminos Maffeia proles
Hactenus exhibuit, purpureaſque togas,
Hos, alioſque inter Ciues Verona recepit,
Bergomon eſt, quorum ſtirpis origo vetus. C
Pulchra Atheſi fluuio, & magno Verona theatro
Quos Mars, aut ornat litteratura viros.

Et ex eo Vghel. in Italia ſacra de Populonij, & Maſſæ Epiſcopis. Claruerunt Marius Maffæus nobilis Volaterranus, anno 1516. Aquinas Antiſtes delectus, deinde ad Gallicanam Caballicenſem Eccleſiam tranſlatus, cuius laudes ad ſaturitatem conſcripſit Vghel. in Aquinat. Epiſcop. Bernardinus Maffæus Romanus, Epiſcopus Maſſanus, Archiepiſcopus Theatinus, & anno 1549. inter S. R. E. Cardinales cooptatus, qui ſcripſit *Commentarium in Ciceronis Epiſtolas. Hiſtoriam de inſcriptionibus, & imaginibus antiquorum numiſmatum. Orationes. Epiſtolas*: ipſius elogia non paucis recenſentur a Ciaconio in illius D vita, Andrea Victorello, & Ferdinando Vghello in addition. & ab eodem Vghello in Italia ſacra de Populonij, & Maſſæ Epiſcop. Marcus Antonius Maffæus Romanus, Bernardini Cardinalis germanus frater, Archiepiſcopus Theatinus, Pij V. Datarius, anno 1570. ad Purpuram accitus, de quo infra. Horatius Maffæus Romanus; Apoſtolicæ Cameræ Clericus, annoque 1606. ſacro murice inſignitus. Viuit Aſcanius Maffæus Romanus, ab Innocentio Decimo anno 1646. Vrbinatenſi Archiepiſcopatu Donatus. Floruit Scipio Agnellus Maffeus Mantuanus, qui edidit *Mariale, ſeu de interna Cruce Matris Dei. Deſcriptionem ſolemnitatis Coronationis Beatiſſimæ Virginis, iuſſu Sereniſſimæ Duciſſæ Mantuæ, & Montis Ferrati factæ.* Antonius de Maphæis clari nominis Iuriſprudens. Ioannes Petrus Maffæus Bergomas, qui conſcripſit *Vitam S. Ignatij Loiolæ. Vitas decem, & ſeptem Confeſſorum. Hiſtorias Indicas. Selectas Epiſtolas ex India. Vitam Pontificis Gregorij XIII. Res geſtas* E *Clementis VIII.* Celſus Maffæus Veronenſis, qui opuſculum edidit *De præcedentia Monachorum, & Canonicorũ Regularium.* Ioannes Camillus Maffæus Philoſophus, qui euigilauit *Scala naturale, o vero Fanſaſia dolciſſima intorno alle coſe occulte, e deſiderate nella Filoſofia.* Raphael Maffæus Venetus, qui ſcripſit *Additiones ad Speculum peregrinarum Quæſtionum Bartholomæi Sybillæ.*

ARCHAN-

Digitized by Google

A ARCHANGELVS PATRITIVS Senenſis. In publico Conſiſtorio, die 7. Ianuarij 1545. conuocato, quo Tridentinus Cardinalis fuit Vaticana Purpura cohoneſtatus, Commiſſione inſtitit. Extat de ipſo mentio in Motu proprio Iulij III. ab Antonio Vellio deſignato Aduocato Conſiſtoriali anno 1550. pro ſui admiſſione porrecto. In Vrbe vale dixit mortalibus Archangelus anno 1555. vt ex Pontificio Pauli IV. diplomate fauore Petri Pauli de Iuſtinis conſtat.

Orbi peperit nobile Patritium Stemma Patritium q. Franciſci de Patritijs Senenſem, vnum ex fundatoribus Ordinis Montis Oliueti anno 1319. Franciſcum Senenſem, anno 1460. ad Caietanam Epiſcopalem Sedem vocatum, qui lucubrauit *De Regno, & Regis inſtitutione ad Alphonſum Ducem Calabriæ. Volumina nouem ac Rempublicam Senenſem de ciuili Inſtitutione.* Auguſtinum Senenſem, tempore Sixti IV. Sacrarum Cæremoniarum Magiſtrum, & ab eodem Pontifice anno 1483. Pientinum Anti-
B ſtitem electum; ſcripſit *Hiſtorias Senenſes. De Sacris Ritibus*, Conſtantium, generalem S. R. E. Theſaurarium, noſtro æuo (niſi morte immatura præreptum) ad maiora Dignitatum faſtigia promouendum. Franciſcum virum eruditum, qui edidit *Noua de vniuerſis Philoſophia. Peripateticas diſcuſſiones. De ſcribenda oratione. Dialoghi dieci della Rettorica. Paralelli militari. Dell'arte Poetica. Commentario ſopra Polibio de militia Romanorum. Commentario greco di Filopono ſopra la Metafiſica d' Ariſtotile. Hiſtorie di Siena.* Cuieius Senenſis, qui elaborauit, ſed prælo non euulgauit *Hiſtorie di Siena*.

ACHILLES DE GRASSIS Bononienſis. Ex Ioanne Antonio genitus. In mox recenſito Conſiſtorio diei 7. Ianuarij 1545. propoſuit.
C Firmano in diarijs poſteritati calamo demandante. A Paulo III. anno 1547. in locum Antonij de Tanis in Romana Curia vita functi, ad Sacri Palatij cauſarum Auditoratum euectus; inde anno 1551. ad Montis faliſci, & Corneti Eccleſiam traductus; mox apud Neapolitanum Proregem Nuncius, Venetamque Rempublicam tranſmiſſus. Concilio Tridentino interfuit. In Vrbe anno 1555. (non autem 1558. vt ſcripſit Vghel. de Epiſcopis Montis faliſci) mortalitatem deſeruit, & in ſacra Diuæ Mariæ Tranſtyberim Æde reſurrectionem expectat. Claruit nedum natalium ſplendore nobilis, verùm virtute præſtantiſſimus Achilles, vti ab ipſo ſummo ſtudio lucubratæ *ſacræ Romanæ Rotæ Deciſiones*, Pauli Granuceij I. C. Lucenſis opera impreſſæ palàm teſtantur. Vixerat Cardinalis Camerarij in Romanæ Sapientiæ Lyceo Locumtenens. Ab Anonymo appellatur *Peri-*
D *tiſſimus Iuriſconſultus: vir excellentiſſimus, omnique laude digniſſimus*, & inferius ſubnectitur; *cuius quidem ita probata ſolertia eſt, vt ob honeſtam laborum mercedem Nuntij Veneti dignitate, & Faliſcorum Epiſcopatu ſit decoratus. Hoc munere cum fungeretur, & Tridentino Concilio interfuit, & Archiepiſcopum Maguntinum Electorem Imperij nomine Pontificis eſt alloquutus.*

PETRVS PAVLVS SANGVINEVS Romanus. Die vndecima Februarij 1545. in publico Conſiſtorio, congregato pro Cardinali de recenti ad purpuram euocato, Commiſſionem (teſte Firmano in diarijs) propoſuit. Mortalitatem in Vrbe exuit anno 1549. Habetur
E ex inſtrumento matrimoniali, quòd anno 1529. *D. Petrus Paulus Sanguineus eximius I. V. D. nob. Romanus de Regione Pontis contraxit matrimonium cum nobili, & honeſta puella D. Mercuria filia nob. viri D. Nicolai de Iacobatijs Regionis Columnæ, habitantis in platea Sciarra.*

CXXX.

BVRGVNDIVS LEOLVS DE GRIPHIS Piſanus. Die prima De-
cembris 1545. Commiſſionem de more in Conſiſtorio publico, pro A
Franciſco Card. de Mendoza conuocato: propoſuiſſe ſcripſit Firma-
nus, In Pontificijs Iulij III. literis, fauore Antonij Vellij anno 1550.
ſubſignatis habetur de ipſo mentio. Anno 1554. ex certis cauſis ani-
mum ſuum mouentibus, Aduocationis Conſiſtorialis munus in Summi
Pontificis manibus ſpontè, libereque reſignauit. Hunc ipſum Bur-
gundium eſſe indubitantèr opinor, de quo Paulus III. in literis (eodem anno, quo Leolus
Aduocationem dimiſit) ad Henricum II. Galliarum Regem conſcriptis, fauore credito-
rum, ac fideiuſſorum Epiſcopi Nouiodunenſis, in ſumma aureorum circitèr triginta mil-
lium, aſſerens Burgundium Leolum, ac Pernettum Henriot huiuſmodi de cauſa in Gal-
liam properare, ſic loquitur. *Quemadmodum ex dilectis filijs Burgundio Leolo in tuis, tuique
incliti Regni, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Catherinæ coniugis tuæ Reginæ illuſtris cauſis
diù verſato, ac propterea tuæ Maieſtati grato, vt credimus, & harum rerum omnium experto,* B
*& Pernetto Henriot Archiuij noſtri Scriptore tua Maieſtas plenius intelligere poteris &c. Dat.
Romæ apud S. Marcum die 1. Auguſti 1554.*

E Gripha Familia prodijt Leonardus Romanus, anno 1478. Epiſcopus Piſanus pro-
mulgatus, annoque 1482. Archiepiſcopus Beneuentanus. Petrus Piſanus, Foroliuienſis
Epiſcopus, cuius cenotaphium, quod in Diui Auguſtini Vrbis Templo legitur, ſubne-
ctam, vnde Leolæ, & Griphæ gentis propinquitas elicitur.

Petro Gripho Piſano Foroliuienſi Præſuli
claris natalibus orto
bonarum Artium, & Iuriſprudentia inſigni, C
cui nihil ad ſummam, vel ingenij, vel fortunæ defuit
præter ætatem.
Vixit ann. XLV. Mens. IX. Dies XXI.
Panthaſilea, & Leonora Leolæ
Hæc Auunculo, Fratre illa veluti Patre orbatæ
Doloris, deſiderijq; æterni ergo poſuerunt.

Vberior de ipſo legitur inſcriptio in Eccleſia S. Honuphrij Vrbis: è viuis exceſſerat an-
no 1516. D

NICOLAVS DE HÆREMITANIS Bononienſis. Hieronymi filius.
Prothonotariatu quoque auctus vixit. Ex Alidoſij verbis, qui de Iu-
riſconſultis Bononienſibus loquens, pag. 180. quæ ſequuntur exarauit,
Nicolaum inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos adſcribendum autumo,
mi tamen lector, tuo prudenti iudicio libra. *Nicolò (ait) di Gieronimo
Eremitani, detto dall'Occhio. 1503. Era nel Collegio de' Giudici. Fù
Protonotario Apoſt. & Auuocato del ſacro Palazzo. Nel clauſtro de' Frati
di S. Martino ſono queſte lettere.*

E

Vincent. de Hæremitanis erectum MCCCCLXXV.
Nicolaus eius nepos I. V. D. Com. Eques, ac Prothon.
reſtaurauit ſibi, & ſucceſſ.
Anno MDLXLVI.

Et in

A *Etia v'è altra memoriaè.*

Nicolaus Hieron. fil. I. V. D. exim.
Prothon. Apoſt. Com. Eques, ſacri Palatij Aduoc.
patriq. meritiſs. hanc pyramidem erexit.
Anno Dom. MDXLVI.

Et in appendice ad Iuriſconſultos Bononienſes, pag. 46. *Nicolò Eremitani detto dall'Occhio* 1503. *Morì alli* 6. *d'Aprile del* 1552.

B MARCVS ANTONIVS BVRGHESIVS Senenſis. Perturbatæ Patriæ
fluctus effugiens, ad Vrbem proborum virorum portum appulit, ibique in propria virtute, velut in anchora ſtans, ſedem conſtituit. E primariæ Romanæ nobilitatis vxore Flaminia Aſtallia quinque ſuſcepit liberos, Camillum, Horarium, Franciſcum, Ioannem Baptiſtam, & Hieronymum: ſingulos virtutibus, ac dignitatibus auctos vidit Orbis, præcipuè Camillum, & Horatium, de quibus infra. Primùm a Firmano in diarijs memoratum reperi, die vndecima Februarij 1545. Conſiſtorialitèr proponentem. Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium Decanatum per obitum Antonij Gabrielij anno 1555. aſſequtus fuit. Floruit Iuriſprudens ſui temporis eximius, & integerrimus, pauperumque Aduocatus mirificè pius. In ſæpius Iulij III. recenſito Motu proprio, & in Pontificia Pij V. Conſtitutione anno 1567. vt immoderatis ſumptibus in dore, mu-
C neribus, & muliebribus ornamentis modum in Vrbe ſtatueret, etiam tempore nuptiarum, edita, de Burgheſio quoque habetur mentio. Ipſo Decano exiſtente, pauperumque Defenſore, Summus Romanus Pontifex Pius Quintus ad paupertatis patrocinium Diploma ſubſequentis tenoris promulgauit, in quo & ipſe Burgheſius commendatur. *Motu proprio &c. Cum omni ex parte, quantum ab Altiſſimo conceditur, totis animi noſtri viribus contendamus, vt cuncta ſubditorum noſtrorum, præſertim verò almæ Vrbis, & Romanæ Curiæ noſtræ negocia recto tramite ad Dei laudem, & pietatis opem quammaximè dirigantur, conſiderantesque inter alia, quòd licèt ad defenſionem pauperum, præſertim carceratorum, per prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices ab antiquo inſtitutum ſit Officium Aduocati pauperum nuncupatum, qui ex Collegio duodecim Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocatorum ſumi conſueuit* (quod antea Paulus Quartus in ſuo Motu proprio, impreſſo in Bullar. veter. pag. mihi
D 171. aſſerucrat, ibi; *prima videlicet Aduocato pauperum, qui cum ex Aduocatis Conſiſtorialibus ſeligi, & in Camera noſtra Apoſtolica ſedere conſueuerit &c.*) *prout de præſenti munus Aduocationis huiuſmodi dilectus filius noſter Marcus Antonius ſuſtinet, qui etiam Collegij, & Aduocatorum prædictorum Decanus exiſtit, qui & pietate, & diligentia in pauperibus defendendis verſatur, nihilominus vt cauſæ tam ciuiles, quàm criminales pauperum, & eorundem defenſiones amplioribus patrocinijs proſequantur, mandamus dilectis filijs, Decano, & Aduocatis Collegij prædicti, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, vt qualibet hebdomada ſe congregent, de cauſis pauperum, eorumdem pauperum Aduocato, qui nunc eſt, & pro tempore extiterit, proponente, rationem habeant, illaſque inter ſe diuidant, illas, quas iuſtitiam fouere exiſtimabunt, gratis, nihil etiam a ſpontè dantibus recipiendo, defendant, ac etiam vbi iudicauerint expedire, ad tollendas lites pro concordia ſe interponant, & vbi pauperes a quacumque perſona, potentia, vel fa-
E uoribus opprimi videbunt, Nobis, & pro tempore Succeſſoribus noſtris nunciare teneantur; & quòd vnus, vel duo ex ipſis ad viſitationes carcerum, quando iudicabitur expedire, mittantur, quos in defenſionibus pauperum carceratorum Viſitatores benignè audire, & vt decet, honorificè recipere teneantur. Et quia hæc omnia pia intentione ſtatuimus, deſideramus paritèr, æmulationes, & nouitates ceſſare, quæ ſolent odia, & alia mala ſuſcitare, præcipimus, & mandamus ſub pœna indignationis noſtræ, ne occaſione prædicta alij legum Profeſſores in patrocinandis cauſis in hac Romana Curia verſantes, & qui in futurum verſabuntur, ſub prætextu defenſionis prædictæ ſe ſub nomine Collegij, vel alio quocumque nomine congregare audeant, cum munus*

iſtud ad Collegium Aduocatorum Aulæ noſtræ Conſiſtorialis ex antiqua conſuetudine delatum fuerit, & Nos pariter Apoſtolica authoritate illud deferimus, nullumque aliud Iuriſperitorum A *in hac alma Vrbe vnquã extiterit, nec alij Patrocinantes, & Aduocati ſubſcribere conſueuerunt, niſi a paucis diebus citra, a qua ſubſcriptione, ſub eadem indignatione noſtra abſtinere mandamus: reſeruantes tamen facultatem cuilibet ſingulariter cauſas, & defenſiones pauperum ſuſcipiendi, quemlibet hortantes, vt illas ſuſcipiat, ſicuti de iure tenetur, ſicque, & non aliàs &c. iudican. irritum quoque &c. & præſentis ſolam ſignaturam, regula contraria non obſtante, ſufficere &c. & etiam eius exemplis &c. manu publici Notarij ſubſcriptis, ac dicti Collegij Aduocatorum Conſiſtoralium ſigillo munitis, eandem fidem adhibendam eſſe in iudicio, & extra, quæ ipſis originalibus adhiberetur; non obſtantibus præmiſſis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Fiat Motu proprio M. Et cum abſolutione &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Sexto Id. Martij Anno ſecundo. Fiat Motu proprio M.*

Viam vniuerſæ carnis Marcus Antonius ingreſſus eſt anno 1574. In ſacra Æde SS. Trinitatis in Monte Pincio ipſius oſſa recondita iacent. Filij obſequentiſſimi has in gentilitij Sacelli pariete patri optimo, & Flaminiæ matri chariſſimæ ſepulchrales inſcriptiones B poni curarunt: in dicta enim Eccleſia Sacellum ſub inuocatione SS. Crucifixi Marcus Antonius exornauerat, quod ex Pauli V. indulto eſt priuilegiatum pro defunctis Familiæ Burgheſiæ, illiuſque agnatorum, cognatorum, & affinium: ſubiacet oneri trium Miſſarum qualibet hebdomada, & duorum Anniuerſariorum quolibet anno, ex Marci Antonij voluntate; Miſſæ quotidianæ, & vnius Anniuerſarij ſingulis annis, ex teſtamento Ioannis Baptiſtæ, Pauli V. germani fratris; & alterius Miſſæ quotidianæ, alteriuſque Anniuerſarij pro anima Hortentiæ Burgheſiæ. Addexteram dicti Sacelli hæc extat inſcriptio.

D. O. M. C
MARCO ANTONIO BVRGHESIO
ADVOCATORVM CONSISTORIALIVM DECANO
MAGNO PAVPERVM ADVOCATO
VARIIS IN MVNERIBVS PVBLICIS
APVD OCTO PONTIFICES MAXIMOS
SPECTATÆ PRVDENTIÆ ET INTEGRITATIS
CAMILLVS BONONIÆ VICELEGATVS
HORATIVS CVRIÆ CAVSARVM CAMERÆ APOSTOLICÆ
GENERALIS AVDITOR
FRANCISCVS ET IOANNES BAPTISTA FILII
POSVERE. D
VIXIT ANNOS LXIX. MENSES IX. DIES IX.
OBIIT POSTRID. ID. IVNII MDLXXIV.
IIDEM
HOC SACELLVM ANNVO REDDITV ATTRIBVTO
AD REM DIVINAM FACIENDAM
STATIS DIEBVS
QVOTHEBDOMADIS
ET BIS PRÆTEREA QVOTANNIS
SOLEMNIORE RITV CELEBRANDAM
FACIVNDVM CVRARVNT

Ad læuam. E

D. O. M.
FLAMINIÆ ASTALLIÆ
RARI ET INCOMPARABILIS EXEMPLI FOEMINÆ
MATRI OPTIMÆ
CAMILLVS BONONIÆ VICELEGATVS
HORATIVS CVRIÆ CAVSARVM CAMERÆ APOSTOLICÆ
GENERALIS AVDITOR

FRAN-

CXXXIII.

A FRANCISCVS ET IOANNES BAPTISTA.
VIXIT ANNOS XLV.
OBIIT PRID. ID. DECEMBRIS MDLXXV.
IIDEMQVE
HIERONYMO
SVMMA SPE ANIMI ET INGENII PRÆDITO
FRATRI CHARISSIMO
POSVERE.
VIXIT ANNOS XXIII. DIES XV.
OBIIT XIV. KAL. DECEMBRIS MDLXXVIII.

Franciſcus Marzarius Vicentinus conſ. 23. de Marco Antonio ſcripſit. *Burgheſius conſum-
matiſſimus Aduocatus Conſiſtorialis*. Syluester Aldobrandinus conſ. 5. vol. 2. *Clariſſimus*
B *D. Marcus Antonius Burgheſius collega, & frater honorandus*. Menoch. lib. 1. conſ. 105. in
princ. *Conſultiſſimus M. Antonius Aulæ Conſiſtorialis Aduocatorum Decanus*. Viuius relatus
lib. 7. ſyntagm. com. opin. tom. 2. tit. 1. pag. 215. *Me ſubſcripſi vnà cum præclariſſimo Do-
mino Marco Antonio Burghenſi Senenſi ſacræ Aulæ Conſiſtorialis Aduocato Decano*. Andreas
Victorellus in opere Ciaconiano in vita Camilli Cardinalis Burgheſij. *Marcus Antonius
Burgheſius Patritius Senenſis, canonum peritia, probitate, prudentia, conſilio, ſpectata fide cla-
rus, Aduocatorum Conſiſtorialium Princeps, & magnus pauperum Aduocatus dictus, ei* (nempe
Camillo) *pater extitit, quem plures Summi Pontifices, Aulaque vniuerſa maximi fecit, &
Paulus IV. in rebus grauiſſimis ſæpe conſuluit*. Anonymus in vita Pauli V. in eodem Cia-
coniano opere impreſſa. *In Vrbe omnium principe iuris ſcientia celebris, auctoritate, pru-
dentia, Conſiſtorialium cauſarum Aduocatus operam ſuam octo Pontificibus probauit: poſtremò*
C *Collegarum primus non magis ætate, quàm ſapientia. Coniugem duxit Flaminiam Aſtalliam è
Romana nobilitate lectiſſimam fæminam*. Io. Bapt. Marcheſanus tom. 1. praxis commiſ-
ſion. in Epiſtola ad Paulum V. *Natus eſt tanto viro* (Sebaſtiano) *Iacobus Burgheſius, & ex
hoc ſingulari Dei beneficio Marcus Antonius, vterque auo, patrique ſimillimi. Hic vltimus ex-
tremam Burgheſiæ gloriæ theatro manum impoſuit, eiuſque priuata felicitas quicquid mortalitas
capere poteſt, impleuit. Cum enim Romæ illius vna vox haberetur oraculum, ſacri Conſiſtorij
Aduocatus a Iulio III.* (errauit in tempore Marcheſanus, nam Iulius ad Summum Pontifi-
catum anno 1550. euectus fuit, at Burgheſius vſque ab anno 1545. inter Aduocatos Con-
ſiſtoriales ſedebat; forſan cum Paulo III. æquiuocum) *Pont. Max. renunciatus, mox inopū
omnium ſuſcepto patrocinio, Flaminiam ex Aſtalliorum gente antiquiſſimæ nobilitatis, & ſa-
crorum Præſulum, & virorum Principum ſemper feraciſſima coniugem duxit*. Abraham
D Bzouius in vita Pauli V. Platinæ operi addita, & ab Aloyſio Bartholomæo in maternum
verſa idioma. *Marco Antonio Borgheſi Padre di Paolo Pontefice fu Leggiſta famoſo, e tanto per
la prudenza, e bontà ſua ſtimato da Paolo IV. che del ſuo conſiglio ne' più graui affari del conti-
nuo ſi valſe; e l'iſteſſo honore fecero à queſto grand'huomo altri ſette ſommi Pontefici, à quali, &
al Mondo tutto doppo hauer dato gran ſaggio del valor ſuo, arriuò à eſſer Decano de gl'Auuo-
cati Conciſtoriali, e per publico grido padre, e protettore de' poueri fù nominato*. Iſidorus Vgur-
gerius in opere, cui titulus, *le Pompe Saneſi*, par. 1. pag. 35. *Paolo V. Pontefice Romano na-
eque in Roma li 17. di Settembre l'anno 1555. ſuo padre fù Marc'Antonio Borgheſi, e ſua ma-
dre Flaminia Aſtalli nobile Romana. Il padre fu Saneſe della detta nobiliſſima famiglia, la
quale più ſecoli auanti alle fortune di Papa Paolo era chiara, e riſplendente, sì per lettere, come
nell'armi. Fu Legiſta di gran nome anco nella ſua giouentù; onde leſſe alcuni anni publica-
E mente nell'Vniuerſità della Patria, oue preſe per moglie vna Gentildonna de' Bargagli Saneſi,
quale paſſata all'altra vita, pensò tentar ſua fortuna per isfuggire i fortunoſi auuenimenti, che in
quei tempi alla fazzioſa Patria ſouraſtauano alle famiglie del Monte de' Noue, tra le quali s'an-
nouera la Borgheſe; che però volendo nell'iſteſſo tempo sfuggire i pericoli della propria perſona,
ed'i precipitoſi malori della Republica, che già languida per le continue ſedizioni ciuili d'hoggi
in domani procraſtinaua di rendere l'vltimo ſpirito, ſe n'andò à Roma, ed'iui in poco tempo eſ-
ſendo conoſciuto il ſuo valore, non hebbe pari nell'Auuocazione, per lo che fu fatto ben preſto Au-
uocato Conciſtoriale, e doppo Auuocato de' poueri, carica di grande ſtima, e conſeguenza in quella*

ſoprema

Digitized by Google

ſoprema Corte della Chriſtianità. Quàl paſsò allè ſeconde nozze con Flamminia Aſtalli nobiliſſima Romana (come dicemmo) ma non per queſto preteſe ſcaſare con l'animo, e con l'affetto dalla Patria, anzi mantenerſi vero Saneſe, del che ci fa fede la confidenza, che ſempre in eſſo hebbe la Republica, di cui maneggiò molti affari di grande importanza nella Corte di Roma, e per la quale fu Ambaſciator publico à Coſimo allhora Duca di Fiorenza. Idem rit. 16. pag. 452. *Marc' Antonio Borgheſi nobiliſſimo Gentilhuomo Saneſe d'ottime virtù, e di ſingolari qualità dotato, doppo molti eſperimenti del ſuo grande ingegno ſi partì dalla Patria per fuggire le ſedizioni ciuili, e trasferirſi à Roma. Fù conoſciuto da molti Sommi Ponteſici il ſuo valore, per lo che meritò da otto di eſſi d'eſſer'in diuerſi carichi publici adoperato, e nel Collegio degl' Auuocati Conciſtoriali aſcritto, come ſi raccoglie dall'infraſcritta Inſcrizzione fatta ſopra il ſuo depoſito nella Chieſa della Trinità in Monte Pincio in Roma, che è di tal tenore &c. fù degno d'eſſer meſſo tra gl'huomini illuſtri della noſtra Patria, non tanto per le dette prerogatiue, per l'Auuocazione fatta a' poueri, per il ſeruitio preſtato lealmente à otto Sommi Ponteſici, quanto per eſſer padre di Paolo V. Ponteſice Romano, d'Horatio Auditore della Camera, di Franceſco Capitano Generale di S. Chieſa, e di Gio. Battiſta Caſtellano di S. Angelo, tutti perſonaggi, che baſtano eſſi ſoli ad illuſtrare vna Patria. Egli fù, che richieſto à nome del Rè Filippo II. di Spagna, che ſcriueſſe à ſuo fauore circa la ſucceſſione al Regno di Portogallo, riſpoſe, che la maggior parte, che ci haueſſe ſarebbe, ſe l'occupaſſe à forza d'arme.* At quoniam hic ſermo incidit de Pauperum Aduocato, quid Æneæ Siluij (deinde Pij Secundi) calamus hac de re, deque Conſiſtorialibus Aduocatis conſcripſerit, non omittamus. *Vicecancellario* (ait ipſe in Apologetico ad Martinum Mayer. poſt commentar. pag. 373. *ſubſeruiunt Auditores, viri graues, & doctrina excellentes, coram quibus cauſæ agitantur, & diffiniuntur, ſuntque rarò infra duodecim, cuilibet verò eorum quatuor Scribæ aſſiſtunt. Et Aduocatorum nobilis Ordo, qui patrocinantur cauſis, viri electi ex multis vtroque iure conſultis, qui cathedras diù in ſcholis publicis rexerunt; neque hi, neque Auditores abſque magno examine admittuntur; & neceſſe eſt, eos publicè diſputare, priuſquam in hunc Ordinem aſpirare audeant: Hi, quoties publica Conſiſtoria fiunt, ſi quid vel Cardinales, vel Auditores in cauſis peccauerunt, palàm edicunt, ipſique Papæ in faciem malefacta ſua exprobrant, quorum qui ſenior eſt, pauperum Aduocatus appellatur.*

De Burgheſianæ Proſapiæ priſca nobilitate (quæ Principatus prærogatiua præfulget) quamplura præ cæteris poſteritati demandarunt Abraham Bzouius, Lucas Vuaddingus, Anonymus in vita Pauli in opere Ciaconiano, & Ferdinandus Carolus, monumentorum Burgheſiani Archiui inſtructiſſimus, ad quos curioſum relego Lectorem: ego ijs omiſſis, qui periculoſam Martis alcam ſtrenuè ſubierunt, eos tantùm, qui ſapientia claruerunt, recenſebo. Garganum Burgheſium ciuem Senenſem, I. V. C. eximium, anno 1460. a Pio II. Ciuitatum Interamnienſis, & Reatinæ pro S.R.E. Gubernatorem creatum. Petrum, ſedente Leone X. almæ Vrbis Senatorem. Alexandrum, qui Bononiæ, & Anchonæ Pontificius Aſſeſſor ius integerrimè dixit. Nicolaum auratum Equitem, qui ſcripſit, *De Pronubo glorioſæ Virginis Annulo ad Peruſinos*; & eleganti ſtilo *Sanctorum nonnullorum geſta* exarauit, præcipuè S. Catherinæ Senenſis. Marcum Antonium, de quo egimus. Camillum, & Horatium, de quibus infra. Petrum Mariam Senenſem, Curtij filium, Paulo Quinto ſanguine iunctum, anno 1624. ab Vrbano Octauo Cardinalem renunciatum. Claudium Senenſem, anno 1576. electum Groſſetanum Epiſcopum. Camillum Senenſem, eiuſdem Pauli patruelem, ex Epiſcopatu Caſtrenſi Prouinciæ Hydruntinæ ad Montem Ilcinenſem anno 1600. translatum, inde ad Archiepiſcopalem Sedem Senenſem anno 1607. euectum. Hippolytum Senenſem, Pauli V. affinem, anno 1619. Montis Peluſij (alij Montis Alcini ſcripſere) Præſulem delectum, annoque 1636. ad Pientinam tranſlatum Eccleſiam. Hieronymum Senenſem, Pauli V. gentilem, ab Innocentio X. Epiſcopum Suanenſem anno 1652. renunciatum. Nicolaum Senenſem Iureconſultum clariſſimum, qui *Conſiliorum* volumen typis euulgauit. Ludouicum Senenſem, clari nominis iurium Profeſſorem, qui edidit *Commentaria ad rub. ff. de iudic. ad l. 1. ff. eod.* Antoniũ Senenſem, qui ſcripſit *Hiſtoria della Religione Oliuetana.* Diomedem Senenſem, politioris literaturæ cultorem, & Muſarum alumnum, qui edidit *Lettere diſcorſiue intorno al regolato ſcriuer Toſcano. Oſſeruazioni ſopra il Teſto del Decamerone del Boccaccio. Annotazioni in-*

terno

Digitized by Google

A *torno al Corbaccio, o Laberinto del Boccaccio. Canzoni, e Rime nelle nozze del Gran Duca. Rime amoroſe. Rime nella venuta della Gran Ducheſſa di Toſcana à Siena. Lettere communi, o d'vffizi. Orationi diuerſe.*

Pro coronide, ſi Marci Antonij Bugheſij, Ioannis Baptiſtæ filij, noſtriq. Marci Antonij ex filio nepotis, Dominatum exquiras, perlege. Viuit in Vrbe Hiſpaniarũ Primas, Princeps Sulmonæ in Aprutio, Montis Compatri prope Tuſculum, cum annexis Monte Portio, Molaria, Villis, & Pantano; & Viuarij in Sabinis. Dux Canis mortui, cum Valle Mutia, Peteſcio, Putealia, & Montorio in Sabinis; Palumbatiæ, cum Stazzano in Sabinis. Marchio Moriconis, Ciuitellæ, Montis Porcini in Sabinis; Normæ, & Praticæ. Comes Vallis Frigidæ. Dominus Morlupi, Montis la Guardia, Moroli, Orciani, Montis Fortini cum Turri, ac Turricula, Olcuani, Podij Moiani, Podij Natiui, Caſtri Veteris, Collis parui, Scarpæ, Licentiæ, Arcis iuuenis. Numenti.

B

ALEXANDER FERREVS VRSINVS Romanus. Diuerſimodè Ferreus, ac Ferrus deſcribitur. Anno 1549. inter Conſiſtoriales ſedebat Aduocatos. Anno 1574. Marci Antonij Burgheſij obitu ſubſequuto, Collegij Decanatum optauit. Demum anno 1576. mortalitate exutus, ad immortalia properauit. Legitur ipſius Reſponſum inter conſilia Farin. conſ. 15.

Cernitur in Vrbium Regina Roma ædificium ſtructura non ineleganti excitatum, ſacrarum Virginum Cœnobium, Templumque recludens, Purificationis Deiparæ Virginis nuncupatum: vtrumque Chriſtiana pietas Marij Ferrei Vrſini nobilis Romani, in loco, vbi olim fuit vna ex viginti Abbatijs, ſub inuocatione S. Mariæ in Monaſterio nuncupato, fundauit, ac dotauit: locum ipſum ad manus Chartuſianorum deuentum Marius coemit; ſupremo lapide anno Iubilei 1600. impoſito, Moniales ingreſſæ fuere; abſque dote recipiuntur, eò quòd, redditus extent ad annua ſcuta circitèr tria millia à fundatore relicti: Marmoreas perlege inſcriptiones, ad ipſius, vxoriſque nominis diuturnitatem in eodem Templo collocatas. C

D. O. M.
MARIO FERREO VRSINO ROMANO
HVIVS TEMPLI COENOBIIQ. FVNDATORI
QVI SACRAS HIC VIRGINES
D GRATIS ALENDAS EX ASSE RELIQVIT HAEREDES
ADMINISTRATORES EX TESTAMENTO
SEPVLCHRVM QVOD SIBI STATVIT
POSVERVNT
OBIIT ANNO DOMINI MDXCI.
AETATIS SVAE LXXX.

E conſpectu

D. O. M.
IVLIAE CINQVINAE ROMANAE
MARII FERREI VRSINI CONIVGI
E FOEMINAE PIETATE SINGVLARI
ADMINISTRATORES HVIVS COENOBII
MONVMENTVM A VIRO DECRETVM
POSVERVNT
OBIIT ANNO DOMINI MDCVII.
AETATIS SVAE LVIII.

Vixit

Vixit Petrus Ferrus Priuernas, anno 1320. Anagninus Epiſcopus, annoque 1327. ad Marſicanam translatus Eccleſiam, demum ad Theatinam anno 1336. Bartholomæus A
Ferrus de Lugo ex Epiſcopatu Literenſi ad Interamnenſem Sedem anno 1570. translatus. Galeottus Ferrus Patauinus I.C.& Profeſſor clariſſimus, qui ſcripſit *In Lecturas matutinas, Prælectiones, & Scholas. Conſilia.* Alphonſus Ferrius Neapolitanus, qui elaborauit *De ſclopetorum, ſiue archibuſiorum vulneribus. Corollarium de ſclopeti, ac ſimilium tormentorum puluere. De caruncula, ſiue callo, quæ ceruici veſicæ innaſcuntur. De morbo Gallico, Ligni ſancti natura, vſuque multiplici.*

CAROLVS BALDASSINVS Neapolitanus. Ioanne, ſeu Ioanne Baptiſta, germano fratre è viuis exempto, fuit ipſius vice inter Conſiſtoriales Aduocatos anno 1549. cooptatus. Collegij Decanus anno 1576. per obitum Alexandri Ferrei euaſit. Fato ceſſit anno 1591. B
die 29. menſis Octobris. De ipſius tumulo vide ſepulchralem inſcriptionem Melchioris Baldaſsini patrui. Extat altera in eodem Diui Auguſtini Templo Caroli memoria, caracteribus hiſce inſculpta.

Domino noſtro Chriſto, Matriq. eius ſemper Virgini
Carolus Baldaſsinus Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium Decanus
Sacellum Dei Genitrici dicatum
a Fratribus Auguſtinianis ſibi conceſſum
annuo cenſu perpetuo xv. ſcut. numũm
ſuper apothecis Cœnobij conſtituto dotauit C
publicis documentis ab Alexandro Romaulo Vic.PP.Notario confectis
die 26. Martij 1586.
Cuius rei cauſa bis in hebdomada feria 2. pro mortuis
in Altari cui id priuilegij tributum
Sabbatho in honorem S. Dei Genitricis
Sacra ab eiſdem Fratribus perpetua obligatione cautum eſt
Calice, Pallió, Planeta, alijſq. ornamentis Altare decorauit.

In vol.2.conſilior. vltimar.voluntat. conſ.31. nuncupatur *inſignis, & excellens Aduocatus ſacri Conſiſtorij*. De ipſo Aduocato Conſiſtoriali habetur mentio apud Alex. Raudenſ. de analog. cap.15. D

SCIPIO LANCELLOTTVS Romanus. Ex Horatio Lancellotto, & Antonia Aragonia genitus. Decem, & octo circitèr annorum ſerie Iuriſconſultus non vulgaris inter Conſiſtoriales Aduocatos floruit. Idem obiens munus ſacro Tridentino Concilio vnà cum Gabriele Paleotto cauſarum Palatij Apoſtolici Auditore interfuit. Romanæ deinceps Rotæ Auditor à Pio IV.anno 1565. renunciatus, ab eodem Pontifice Mediolanum properare iuſſus fuit, vt Prouinciali Synodo E
vnà cum Sancto illius Ciuitatis Antiſtite Carolo Borromæo aſſiſteret. Purpura deinde inſignitus, muneribuſque quamplurimis auctus obijt ſeptuagenarius. Vberiùs de ipſo Ciaconius conſcripſit; audiamus. *Scipio Lancellottus Romanus eximia legum ſcientia, ciuiliumq. rerum cognitione præſtantiſſimus, ſub Paulo III. primùm Conſiſtorij Aduocatus, ea ſ. e pruden- tia, & virtutis fecit auſpicia, vt cæteri, qui poſtea ſequuti ſunt, Romani Pontifices, cum varijs, grauiſſimiſque Reipublicæ muneribus certatim cohoneſtauerint. Nam a Pio IV. ad Tridentinum Concilium, & ab eiuſdem Synodi Cardinalibus ad Maximilianum ſecundum Romanorum, & Bohe-*

Bohemiæ Regem,& ad Albertum Bauariæ Ducem de Concilij rebus Legatus,atque inde rediens,
A *inter Rotæ Auditores ab eodem Pontifice adſcriptus. A Pio V. ad Cardinalem Madrucium Tri-*
dentinum Epiſcopum, & eius Eccleſiæ Conuentum, nec non iterum ad Bauariæ Ducem, & Ma-
ximilianum ſecundum Imperatorem miſſus, & a Gregorio XIII. ſocius, & conſiliarius Flauio
Cardinali Vrſino ad Carolum IX. Galliæ Regem Legato attributus, mirificè omnium expecta-
tioni reſpondit. Quare (vt alia eius ornamenta ſileam) virum de Republica benemeritum, do-
ctrina, iudicio, & rerum vſu præfulgentem Gregorius XIII. Presbyterum Cardinalem (annò
1583.) *legit. Quem poſtea Sixtus V. audiendis Eccleſiaſtici Status neg cijs præeſſe voluit, Bo-*
noniamque, & Ferrariam miſit, vt controuerſijs de agrorum finibus inter Bononienſes, Ferra-
riaq. Principem excitatis finem imponeret: eundemque anno 1585. Signaturæ Breuium præfe-
cit. At dum maxima erat omnium bonorum ſpes, ſummum illi Eccleſiæ Magiſtratum deſtinan-
tium, obijt Romæ anno Chriſti 1598. 6. Nonas Iunij, & in Eccleſia S. Ioannis Lateranenſis, in
Sacello, quod ipſe condiderat, & dotauerat, quieſcit. In Romana Ciuitate emicat Lancellot-
B te Familia Marchionatus titulo inſignita.

In humanis egit Horatius Lancellottus Romanus, cauſarũ ſac. Pal. Auditor, & a Paulo V.
anno 1611. ſacra Purpura donatus. Vixit ad hanc ferè diem Ioannes Baptiſta Lancellot-
tus, eiuſdem Horatij germanus frater, Epiſcopus Nolanus, vir annis, meritiſq. onuſtus.
Floruerunt Iuriſprudentes eximij Ioannes Paulus, & Robertus Lancellotti Peruſina Ci-
uitate oriundi fratres germani, quorum vterque quamplura reliquit poſteris ingenij mo-
numenta; primus nempe *Inſtitutiones iuris canonici. Diſputationem circa cautiones de non*
offendendo. Regulas iuris Pontificij. Vitam Bartoli I.C. celeberrimi. Apologiam in detractores
Baldi de Vbaldis: alter *Tractatum de attentatis. De reſtitutione in integrum.* Secundus Lan-
cellottus Peruſinus, vir clari nominis, cuius hæc ſunt opera. *Hiſtoria Oliuetana. Acus nau-*
tica viginti duobus ingentibus diſtincta voluminibus. Diſcurſus, quos nuncupauit *Sfoghi*
C *di mente*, quibus tituli, *Pianto ſopra i ſuoi Oliuetani: la Fortuna: la Crudeltà fraterna.*
Hoggidì primo. Hoggidì ſecondo. Li farfalloni de gl'Hiſtorici. Chi l'indouina, è ſauio. Il
Mercurio Oliuetano. Proſpettiua de' Religioſi. Milanteria de gl'Hiſtorici. Aſilo de' Predi-
catori. Pittime de' tribulati. Note hiſtoriali. Che Traiano Imperatore non foſſe Spagnolo,
ma da Todi, Farfallone da eſſer' aggiunto à gl'altri. Del Griffone, arme della Città di Peru-
gia, Diſcorſo. Della Ragion di Stato, ò vero Politica de' Religioſi. La vita propria da lui
ſteſſo deſcritta. Auguſtinus Lancellottus Peruſinus, qui Theologicum opus edidit, ti-
tulum præmonſtrans *Deus opifex.* Cornelius Lancellottus Belga, qui euulgauit *Vitam*
S. Auguſtini. Nectar, & antidotum confectum ex medulla operum S. Auguſtini contra quoſ-
uis ſectarios. Pancarpium Auguſtinianorum continens vitam S. Auguſtini, Monicæ, Nicolai
Tolentinatis. Beatæ Virginis Mariæ Encomium, & Sodalitatis Corrigiota della Conſolatione
Priuilegia, cum Tractatu de Indulgentijs, & quibuſdam parergijs. In Regulam S. Auguſti-
D *ni.* Henricus Cornelij frater, qui ſcripſit *Pſeudominiſterium Pſeudoreformantium, hoc*
eſt de illegitima, & ſubreptitia miſſione Miniſtrorum Lutheranorum, Caluiniſtarum, &
Anabaptiſtarum. Exegeſim Theologicam, Catholicam, & moralem Epiſtolæ canonicæ D. Iu-
dæ Apoſtoli. Abecedarium Luthero Caluiniſticum. Funiculum triplicem religioſæ perfectio-
nis, obligationis, obſeruationis. Caviſtrum Hunnium, ſiue Apologeticum pro diſputatione
de illegitima miſſione. Viticulam Marianam viginti pampinis myſticis adornatam. De li-
bertate Religionis, ſiue ſectarum in Republica Chriſtiana. Coronam iuſtitiæ Eccleſiæ trium-
phantis. Gnomon vitæ religioſæ. Coronam Caluinianam quinque margaritis in gratiam
Euangelicorum adornatã, vnà cum paræneſi ad Ferdinandum II. Romanorum Imperatorem
pro Caluiniſmi ex tota Imperij proſcriptione. Septuaginta quatuor Paralella Auguſtini Roma-
no Catholici, & heretici pſeudoreformati. Ioannes Baptiſta Lancellottus, qui edidit *Vi-*
E *tam SS. Seuerini, & Victorini.* Victorius Lancellottus Camerinenſis, author operis *Lo*
Scolco prattico. Antonius Lancellottus, qui ſcripſit *De peſte.*

CXXXVIII.

MARCVS ANTONIVS MAFFÆVS Romanus. Ex Hieronymo
Maffæo, & Antonina Matthæia anno 1521. prognatus. Achillis A
Maffæi ſacri Conſiſtorij Aduocati, & Bernardini S. R. E. Cardinalis
germanus frater. Anno 1549. inter Conſiſtoriales Aduocatos de-
ſcriptus mihi primùm occurrit. Senatus, Populique Romani Ad-
uocatus, Vaticanæ Baſilicæ, ac Lateranenſis Canonicus, Pontificis
in Vrbe Vicarius, ea doctrinæ, prudentiæ, ac probitatis experi-
menta præbuit non exigua, vt a Summo Romano Antiſtite Pio V.
proborum virorum fautore S. R. E. Cardinalis deligi promeruerit. Deceſſit in Vrbe
anno 1583. In gentilitio maiorum Sacello in Prædicatorum Eccleſia extructo cadauer
tumulatum quieſcit, ibique ſepulchralis hæc legitur inſcriptio.

B

D. O. M.
MARCO ANTONIO
HIERONYMI FILIO MAFFAEO
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI
TITVLI SANCTI CALISTI
VIXIT ANNOS LI. MENSES XI. DIES XXII.
OBIIT XI. KALENDAS SEPTEMBRIS
MDLXXXIII.

Marcus Antonius (legitur in Ciaconiano opere in vita illius) *Maffæus Romanus, nobili* C
ortus genere, Eccleſiæ S. Petri Canonicus, Archiepiſcopus Theatinus, Pij V. Datarius, pro-
pter excellentem vtriuſque iuris peritiam, morum integritatem, & fidele publicis in muneri-
bus præſtitum Sedi Apoſtolicæ miniſterium, annum agens quadrageſimum nonum Presbyter
Cardinalis S.Calliſti electus, ſub Gregorio XIII. (poſt obitum Flauij Vrſini Cardinalis) *Bre-*
uium Præfectus. Subdit ex Petramellario Andreas Victorellus. *Hunc virum pium, &*
prudentem, Theatinum Archiepiſcopum, Aſcanium Cæſarinum Epiſcopum, & Iacobum Sa-
bellum Cardinalem Pontificis Vicarij munere in Vrbe fungentem Templis Romanis reſtituen-
dis Pius IV. præfecerat. Addit Ferdinandus Vghellus. *In adoleſcentia ferè multis Vrbibus*
præfectus, deinde Conſiſtorialis Aduocatus a Paulo III. electus, poſtea inter Canonicos ſacro-
ſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ adſcriptus, paulò poſt Papæ Vicarius vices geſſit. Obeunte Ber-
nardino Cardinali fratre, ad maiora ſibi aditum fecit. Archiepiſcopus Theatinus renuncia- D
tur. Apoſtolicus Nuncius ad Poloniæ Regem miſſus, poſtmodum Pij V. Datarius, Baſilicæ Vati-
canæ Canonicus per obitum Achillis Maffæi fratris factus. Denique ab eodem Pontifice galero
purpureo tum literis, tum prudentia inſignis ornatur tit. S. Vitalis Presb. Cardinalis (malè
Cabrera tit. S. Calliſti) inſignitus, ac Religionis S. Ambroſij, quem ad nemus vocant, Prote-
ctor extitit, cuius ſigulares virtutes Pontifices, ac Chriſtiani Orbis Principes admirabantur.
Alexandro Farneſio, & Ferdinando Mediceo Cardinalibus maxima familiaritate coniuncto,
& ad maiora tendenti mors immatura aditum intercluſit.

SYLVESTER ALDOBRANDINVS Florentinus. Petri Aldobran-
dini I. C. filius. Philippum Decium Iuris profeſſorem fama celeberri- E
mum, Hormanutium Detum, & Alexandrum Malegonnellam præ-
ceptores habere promeruit. Die 25. Maij 1521. Doctoratus lauream
ſuſcepit, ipſomet atteſtante conſ.98. in princ. lib.2. Anno 1530. Rei-
publicæ Florentinæ a ſecretis conſtitutus, nobiliſſimum munus obi-
bat. Cum Læſa Deta Matrona Florentina prænobili matrimonio iun-
ctus, genitor in prolis fœcunditate, ac proſperitate fauſtiſſimus euaſit: ex ea præ cæteris
Petrum, Ioannem, & Hippolytum ſuſcepit, de quibus infra ſuo loco. Vixit Vrbini Ducis

Conſi-

A Conſiliarius, vt ex ipſius liquet ſubſcriptione inter conſilia diuerſor. vltimar. voluntat.
lib.2.conſ.122. *Ego Syluester Aldobrandinus I.V.D. & Eques Florentinus Illuſtriſſ. Vrbini
Ducis Conſiliarius*. Ex approbato manuſcripto Codice ipſum anno 1549. inter Conſi-
ſtoriales Aduoc. ſediſſe mihi conſtat. In Pontificio Pauli IV. Diplomate, anno 1555. pro
filij coadiutoria ſubſignato, nũcupatur *Dilectus filius Syluester Aldobrandinus nobilis Floren-
tinus*: & inferius ſubditur. *Nos igitur &c. ad prædicti Sylueſtri genitoris excellentiam reſpectũ
habentes*. Floruit Iuriſconſultus ſua tẽpeſtate nemini ſecundus, & in Vrbe Fiſci, Cameræq.
Apoſt. Aduocatus. Quamplura reliquit ingenij monumenta, quorum autographa in
Aldobrandina Bibliotheca aſſeruantur. *Conſilia*, duobus voluminibus, Petri Cardina-
lis Aldobrandini iunioris ſtudio typis data admirantur docti; & ipſorum nonnulla legun-
tur impreſſa inter conſilia Iacopini de Riminaldis, Croti, & Farinacij. De ipſius *in Iu-
ſtiniani Inſtitutiones Lucubrationibus* ſic Victorellus in addit. ad Ciaconium in vita Ioannis
Cardinalis Aldobrandini. *Syluester literis ad Vrbini Ducem anno 1548. 7. Kal. Septembris*
B *Romæ datis, egregijſque illius in Iuſtiniani Inſtitutiones Lucubrationibus præfixis, fatetur, exi-
lium ſe ob deſiderium libertatis, & bonorum iacturam paſſum, obeuntemque in exilio Magi-
ſtratum, abſentem, & nihil de re cogitantem, a Paulo III. inter Conſiſtorialis Aulæ Aduoca-
tos adſcriptum, Romamque euocatum*. De proprijs *Additionibus ad Commentaria Decij ſuper
Decretalibus*, in hæc verba loquitur ipſe Sylueſter in epiſtola operi præfixa. *Syluester Al-
dobrandinus Florentinus Hieronymo Tiranno Vrbini Ducis Legato apud Paulum III. S. Præ-
ceptorem habui Philippum Decium, viuentem officiosè, & amantèr obſeruaui, colui mortuum.
Eius Commentarijs ſemper indicis cuiuſdam ferè loco vſus ſum, his præſertim, quos in Canones
cõſcripſit, quòd Iaſonis æmulatione carerent. Addideram ego illis inter ſtudendum quampluri-
ma, ac copioſum Indicem omnium ab eo dictorum confeceram. Id ex Franciſco Cornello Bri-
xienſe, ingenuo, ac docto adoleſcente, cuius ego opera pluribus iam annis in bonarum artium*
C *ſtudijs vtor. Reſciuit Thomas Iuncta, vir meæ exiſtimationis ſtudioſiſſimus, & cupidiſſimus.
Is ſummè contendit a me, vt hæc omnia ſibi exſcribenda, & imprimenda permitterem: graua-
tè ego primùm, ſed quid plura? obtinuit. Horum ego te patronum elegi, quem multis ab hinc
annis mihi amiciſſimum, & coniunctiſſimum, omnique doctrina, & virtute ornatiſſimum co-
gnoui, cuius optima, ac ſpectatiſſima fides, integritas, atque innocentia ſingularis effecit, vt
omnibus inuidiæ monſtris ſuperatis, ac domitis, quaſi alter Hercules in dies Guidobaldo Feltrio
Vrbini Duci optimo clarior eſſes. Hoc tuo maximè teſtimonio lectores omnes nouiſſe cupio, non
me huc ſpectaſſe, cum illa ſcribebam, vt ab alijs quoque legerentur, ſed hac in re meis dumta-
xat ſtudijs conſultum voluiſſe. Vale. Romæ III. Idus Iunias 1549.* Inter Pauli Manutij epi-
ſtolas legitur quinquageſima quinta ad Sylueſtrum Aldobrandinũ conſcripta, vbi ad pro-
poſitum. *Caput etiam illud literarum tuarum Cardinalis Accoltus mihi oſtendit, in quo ita*
D *ſcriptum eſt, paginas te circitèr octingentas iam impleuiſſe Commentationibus is, quas in Pan-
dectarum libros texis: puto magni laboris eſſe, magnaque difficultatis; ſed ſi conſiderabis, quæ
tibi præmia propoſita ſint, vinces omnia: petis immortalitatem, quam multi ſequuntur, tu iam
penè manibus apprehenſam tenes. Vale.* Commentaria nonnulla Bartholomæi Socini in
lucem primus dederat, vt idem teſtatur in epiſt. tom. 2. Commentar. Barthol. Soc. *Clariſſi-
mo Iureconſulto, ac Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Ducis Ferrariæ, eiuſque Fiſci Procuratori
inſigni Lanfranco Gypſio Lugienſi Syluester Aldobrandinus Florentinus ſalutem. Cum ſupe-
rioribus diebus magnoperè me hortatus eſſes, vt quædam Commentaria Bartholomæi Socini,
quæ penès me erant, in lucem emitterem, ne viderer, tanti viri gloriæ inuidere, ac vt tuis
monitis pro meo ſingulari in te, perpetuoque ſtudio ſatisfacerem, dedi operam, vt his typis ex-
euderentur &c. Vale. Ferrariæ Idib. Aprilis 1544.* Reliqua Sylueſtri geſta Ioannes Strin-
E ga in vita Clementis Octaui recenſet: ea ſubnectere non tædet. *Silueſtro le veſtigia pa-
terne ſeguendo, ſotto la diſciplina di Filppo Decio celebre Profeſſore di Legge, mentre che in Pi-
ſa, & in Fiorenza leggeua, diuenne eccellentiſſimo Giureconſulto, e tanto di maggiore eccel-
lenza, quanto che alla ſcienza legale congiunſe molta eloquenza, & cognitione di belle lette-
re, oltre che ſi ſcorgeua in lui vn'animo retto, e libero, & al trattamento delle coſe politiche
naturalmente accomodato. Per le quali ſue qualità la Republica Fiorentina lo eleſſe per ſuo
Segretario, e ſeruiſsene in quei tempi, che vltimamente doppo il 1527. della libertà co' Medici
contraſtaua. Onde eſſendoſi per quegli affari reſo lor Silueſtro ſoſpetto, e tenuto per huomo di*

fattione cõtraria, poi che entrò in quel Dominio il Duca Aleſſandro l'anno 1530. *hebbe il bando dalla Patria con confiſcatione di tutti i ſuoi beni. Fu il ſuo confino à Faenza, il quale egli* A
rompendo, andò vago per diuerſe parti d'Italia: e poiche la fama del ſuo valore lo rendeua à tutti i Prencipi deſiderabile, quando ad'vno, quando all'altro trasferendoſi, fece à più copia dell'opera, e del conſiglio ſuo. Fu egli Conſigliero del Duca Alfonſo di Ferrara, e di Guidobaldo Duca d'Vrbino in varij tempi: di queſti ancora fu Auditor generale. Gouernò la Città di Fano in luoco del Cardinale Accolti l'anno 1535.*Liberò queſta Città da molti perigli d'inteſtine diſcordie, onde era da quella grandemente amato, temuto, e ſtimato. Stette del* 1537. *Vicegouernatore à Bologna ne'principij di Papa Paolo Terzo (*Vghel. in Ital. ſacr. tom. 3. de Gregorio Magalotto Epiſcopo Cluſino loquens ait. *Legationem Bononienſem obiuit, ac pro Auditore Syluestrum Aldobrandinum Clementis Octaui Pontificis parentem ſibi coniunxit) e fu dal medeſimo ne gl'vltimi anni del ſuo Pontificato ſenza ſua ſaputa ſpontaneamente aſcritto nel numero de gl'Auuocati Conciſtoriali, e chiamato à Roma, doue eſercitando con ſomma lode d'integrità, e di dottrina l'Auuocatione, leuò gran grido appreſſo la Corte, e fuori: onde* B
dal Re di Francia hebbe titolo di ſuo Conſigliero, e da altri Prencipi in diuerſi carichi di gran momento fu adoperato, poiche era da quelli in gran conto, e ſtima tenuto. Si ſeruì di lui Papa Paolo Quarto per vno de'ſupremi Conſultori nel maneggio della guerra contra gl'Imperiali, come dimoſtra l'Adriano nella ſua hiſtoria. Laſciò à poſteri diuerſe belliſſime opere del ſuo viuace ingegno, delle quali parte ſono in luce, e parte ſcritte à mano nella libraria di Pietro Cardinale Aldobrandino al preſente ſi conſeruano. La moglie ſua, che Leſa ſi chiamaua, della Famiglia Deti, pur'anch'ella Fiorentina, fu donna di ſantiſſima vita, poiche diceſi, che in lei riluſſero tutto il tempo, che ella viſſe, sì honeſti, & angelici coſtumi, che rendeua di ſe à tutti vn'odor ſoauiſſimo di ſantità. Nec de ipſo ſiluit Poccjantius de Scriptor. Florentin. dum pag. 162. ſcripſit. *Saluester Aldobrandinus vir Conſularis grauiſſimus, Legum Doctor præcipuus, & cæterarum bonarum ſcientiarum non ignarus, eloquio promptus, & clarus, iudicia verò per-* C
acutus, & grauis, qui ob has egregias animi, & virtutis dotes in mille negocijs, ac conſultationibus tum Reipublicæ, tum Summorũ Pontificum ſemper vixit, Vrbiſq; Bononienſis regimen promeruit. Dilucidè, doctè & exactè plura euigilauit, inter quæ extant excuſa Venetijs apud Iunctas 1548.*Commentaria in librum primum Inſtitutionum Iuſtiniani: præterea Tractatum edidit De optima filiorum inſtitutione.* Talis, tantuſque vir mortalitatem tandem in Vrbe deſeruit anno 1558. Ipſius oſſa in gentilitio Aldobrandinorum Sacello, ornatu regio in Eccleſia Prædicatorum extructo recondita iacent. Bina ibi cernuntur lapidea monumenta, alterum Syluestri Aldobrandini, Læſæ Detæ alterum, marmoreis ſuperimpoſitis vtriuſque ſimulachris, additiſque elogijs. Ad læuam.

D

HIC
QVI FILIORVM TAM ILLVSTRI CORONA CINGITVR
SILVESTER ALDOBRANDINVS EST
PATRICIVS FLORENTINVS
CLEMENTIS VIII. PONT. OPT. MAX. PATER
A PRINCIPIBVS VIRIS
IN ADVERSA ETIAM FORTVNA
ARDVIS NEGOTIIS CERTATIM ADHIBITVS
CIVIS OPTIMVS
SVMMVSQ. IVRISCONSVLTVS
QVOD E
EX LABORIBVS PRO PATRIA SVSCEPTIS
ET EX INGENII MONVMENTIS COGNOSCES.
QVAM VERO FVERIT
PROLIS EDVCANDÆ GNARVS PARENS
DIGNITATES NATORVM TESTANTVR.
VIXIT ANNOS LVIII. MENSES VI. DIES XIII.
OBIIT VIII. IDVS IVNII CIƆIƆLVIII.

Ad

CXLI.

A Ad dexteram:

LÆSA DETA
HOC TVMVLO TEGITVR
FLORENTINA MATRONA
CLEMENTIS VIII. PONT. MAX. MATER
PRVDENTIA INSIGNIS ET PVDICITIA
FOELIX SILVESTRO ALDOBRANDINO VIRO
MVLTIPLICI PROLE
HONORIBVS ET PROBITATE FILIORVM OMNIVM
VT NON MINVS CLARA FOETIBVS ESSET
QVAM VIRTVTIBVS.
VIXIT ANNOS LIII. MENSES IX. DIES XIV.
B OBIIT PRIDIE NONAS MARTII CIↃIↃLVII.
PETRVS ALDOBRANDINVS
S. R. E. CARD. CAMERARIVS
MONVMENTVM HOC VIRTVTIS
A CLEMENTE VIII. PONT. OPT. MAX.
INCHOATVM ABSOLVIT
ET AVIS MERITISSIMIS POSVIT.

In eadem ſacra Æde, quæ ſubnectitur, altera ſepulchralis inſcriptio alibi parieti innixa legitur, marmoream ſuperimpoſitam ſuſtinens Læſæ effigiem.

C

D. O. M.
LÆSÆ DETÆ
VXORI CARISSIMÆ
CVM QVA CONIVNCTISSIME VIXIT
ANN. XXXVII.
SILVESTER ALDOBRANDINVS
ADVOCATVS CONSISTORIALIS
MOERENT. POSVIT.
VIXIT ANNOS LIII. MENSES IX DIES XIV.
OBIIT PRID. NON. MARTII
D ANNO MDLVII.

Multiplici extollitur præconio Syluester noſter: nuncupatur enim ab anonymo *Egregius, & vtriuſque diſciplinæ Doctor præ cæteris cyclicè doctus*. A Reſtauro Caſtaldo in tract. de Imperat. q.83. num. 20. *D. Syluester Aldobrandinus I. V. conſultiſſimus, ac præclariſſimus*. A Petro Card. Aldobrandino nepote in epiſt. ad Alexandrum Cardinalem Perettum, primo volumini conſiliorum eiuſdem Syluestri præfixa. *Syluester Aldobrandinus auus meus, vir tanta virtutum laude cumulatus, vt iuris intelligentia, eorum, quæ in eo homine admirabantur, poſtremum eſſet*. A Philippo Decio conſ.598. in princ. *Viſis his, quæ accuratè, & ſubtiliter in caſu propoſito inducuntur per clariſſimum I. V. D. Dominum Syluestrum*
E *Aldobrandinum olim acutiſſimum diſcipulum meum Piſis*. A Simone de Præt. conſ. 122. *Inſignis, & celeberrimus I. C. D. Syluester Aldobrandinus nobilis Florentinus, quem olim cum acutiſſimum diſcipulum ſuum appellauerit Dec. conſ.598. in præſenti poteſt meritò appellari peritiſſimus legum magiſter*. A Card. Baronio Clementem Octauum alloquente tom.4. annal. eccleſiaſt. *Parentem illum tibi tribuens maximum noſtri ſæculi decus, qui cum ſapientia polleret, ac rerum ſcientia, duabus hiſce alis te ſicut Aquila prouocans ad volandum pullum ſuũ, docuit ſuo ductu ima deſpicere, ac ſublimia petere quàm celerrimo volatu: ſed cito nimis altius ſe offerens, & ſeſe in Cælestibus abdens ab oculis ſubductus eſt tuis*. A Ioanne Vincentio Hon-

Hondedeo in epiſt. dedicator. tom.2. ſuorum conſiliorum impreſſa. *Syluester ſua ætate in* A
iuris interpretatione nullum habuit parem, cuius & ſcientiam, & gloriam nunquam intermo-
ri ſinent monumenta immortalia, quæ reliquit. A Ciaconio in vita Ioannis Aldobrandini
S.R.E. Cardinalis. *Sui patris* (nempe Sylueſtri) *Iuriſconſultiſſimi, & magna apud Prin-*
cipes auctoritate viri veſtigia ſectatus. Ab Andrea Victorello in addit. ad Ciacon. in vita
Hippolyti Cardinalis Aldobrandini. *A Sylueſtro patre Iureconſultorum eius æui Coriphæo.*
Ab Vghello in Italia ſacra, de Ioanne Aldobrandino Imolenſi Epiſcopo verba faciente.
Filius Sylueſtri inſignis Iuriſconſulti. A Marian. Socin.iun.conſ.62.vol.3. *Viſo eleganti, ac*
copioſo conſilio clariſſimi D.Sylueſtri Aldobrandini vti mihi fratris honorandi. A Farin. in
epitom.conſ.19. *Tunc temporis eminentiſſimus Iuriſperitus, & Conſulens Syluester, qui me-*
ruit filium habere S.D.N. Clementem Octauum. & conſ.101. num.45. *Clariſſimus Syluester*
Aldobrandinus. A Card.Bentiuolo in memorabilib.cap.5. *Era nato* (loquitur de Clemen-
te Octauo) *della Caſa Aldobrandina, che è vna delle più antiche, e più nobili di Firenze;*
ma tramutatoſi quel Gouerno di Republica in gouerno di Principato, era vſcito di Firenze ſuo B
padre, e per lo più trattenutoſi nello Stato Eccleſiaſtico con opinione di gran Giuriſconſulto. &
inferius. *Hippolito era ſtato anch'egli, come Silueſtro ſuo padre, vno de gl'Auuocati Conci-*
ſtoriali.

De Aldobrandinæ Proſapiæ vetuſta, nobiliq. origine ſcripſit præ cæteris Ioannes
Stringa in vita Clementis Octaui: nonnulla quoque Ioannes Petrus Creſcentius de no-
bilit. Ital. narrat.1.cap.1. in compendium ita perſtrinxit. *Gl'antichi Aldobrandini (non*
meno è tempi noſtri per la porpora di quattro Eminentiſſimi Cardinali, e per l'oſtro di tanti
altri Prelati nell'Italia ſtimati, che ne' ſecoli andati per li miracoli del Cardinale di S. Pietro
Igneo gloria de gl'Eremi di Vallombroſa, e per lo Pontificato di Gregorio VII.) riſtoraro le mu-
ra di Firenze inſin'à i giorni di Carlo Magno, e per lo ſpatio di molte età non ſolo maneggia-
ro à lor voglia la Fiorentina Republica, di cui hebbero ventitre volte il Prencipato, ma con im- C
preſe militari ſi reſero temuti per tutta la Toſcana, e con Dignità di Conte dell'Imperio ſigno-
reggiarono gl'ameni Stati di Soana, Magone, Certaldo, Capraia, Amiata, Montecarello. Ex
ipſa prodierunt Hildebrandus, anno 1073. ad Summum Romani Pontificis thronum
Gregorij VII. nomine euectus. Petrus (ob examen ſuſceptum ignis immenſi, quem
illæſus pertranſiuit, veſtimentis etiam per flammas volitantibus miraculosè incorruptis)
igneus nuncupatus, ab eodem Romano Antiſtite Gregorio inter S.R.E. Cardinales coo-
ptatus; quàmuis Vghell. in Albanenſibus Epiſcopis Petrum hunc è ſtipite Aldobrandino
prodijſſe contendat; at peculiari ſcriptione, ab erudito viro edenda, aſſertio comproba-
bitur. Supremum Confalonerij Magiſtratum Aldobrandinum Genus vſque de anno
1295. in Cambio Aldobrandino geſſit. Moderniori autem æuo decus addidere Hip-
polytus Romanus Pontifex, Petrus, & Ioannes purpurati Vaticani Patres, de quibus D
infra ſuo loco. Cynthius a Clemente Octauo ſacro murice decoratus, qui licèt Aurelij
Paſſeri, & Iuliæ Aldobrandinæ, ipſius Pontificis ſororis genitus, inſignibus tamen, &
cognomine Aldobrandinæ Familiæ fuit cohoneſtatus. Syluester ab eodem Pontifice in
Cardinalium numerum adſcriptus. Hippolytus Clementis VIII. ex fratris filia pronepos,
a Gregorio XV. ſacro inſignitus oſtro. In humanis agit Baccius Aldobrandinus Floren-
tinus, ab Innocentio X. anno 1652. ex intimo Cubiculario, & Canonico Vaticano ad
ſacram Purpuram euectus, virtutum omnium fautor, & cultor. Ex eadem prodijt Ioan-
nes Aldobrandinus, anno 1370. Eugubinus Epiſcopus promulgatus. Iacobus Clemen-
tis Octaui affinis, anno 1593. Tudertinus Paſtor renunciatus. De Aldobrandinorum ve-
rò Dominatu, vide infra in Ioanne Baptiſta Pamphilio.

E

CXLIII.

A ANNIBAL SANGVINEVS Romanus. Petri Pauli Aduocati Conſiſtorialis, & Mercuriæ de Iacobatijs filius. Die 29. Maij 1549. Romani Patritij titulo in vtroque iure laureatus. Eodem anno in locum demortui genitoris fuit Pontificio Diplomate inter ſacri Cōſiſtorij Aduocatos cooptatus. Die 7. Iulij 1549. Aduocati ijdem, publico conuentu celebrato, locum ipſi, votumque in Collegio conceſſerunt, ac terminum quatuor annorum pro publica,ſecretaq. diſputatione habenda præfixerunt, ita tamen vt interim nihilominus futuris Aduocatis (vt aliàs ſeruatum fuerat) præcederet. Die 4. Aprilis 1553. denuò ipſius fauore terminum vnius anni Aduocati prorogarunt; interfuit tamen Collegialibus actibus, Antonio Vellio præcedendo. Aduocatorum Conſiſtorialium filijs,preeminentiæ huiuſmodi tam de iure, quàm ex antiqua Collegij conſuetudine debentur, vt alibi dicam, & innuit Pontifex in eodem Motu proprio, ibi: *cum idem Officium exiſtat,*
B *quod Petrus Paulus prædictus, dum vixit, obtinuit, tam iuxta priuilegia, & indulta Apoſtolica, quàm alia Aduocatorum Conſiſtorialium huiuſmodi Collegio, vel Aduocatis pro tempore exiſtentibus conceſſa, ſeu de iure, conſuetudine, vel aliàs quomodolibet competentia, cæteris præferendum* (Annibalem) *& in locum patris recipiendum omnino cenſuimus*. Anno 1554. ex certis illum mouentibus cauſis, Aduocati Conſiſtorialis munus in Summi Pontificis manibus reſignauit.

C ANDREAS CIANVS Senenſis. Ab Vgurgerio tit. 16. pag. 451. hæſitantèr aſſeritur, Andream inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos cooptatum fuiſſe, eundem tibi, quouſque veritas aliunde eluceſcat, dubitatinè indico: en ipſius verba. *Andrea Ciani nobil Saneſe, e contemporaneo de' due ſudetti* (Dominici, & Proti de Maccabrunis Senenſium) *fù compagno di Proto nell'eſecuzione di conferirſi à Roma per far più ſolenne pompa del ſuo ingegno, che nella ſua giouentù haueua attentamente impiegato negli ſtudy legali. Iui vogliono alcuni, che foſſe fatto Auuocato Conciſtoriale, ma perche non habbiamo di ciò certo riſcontro, per ſignificare, quanto s'inoltraſſe nella grazia de' grandi, ci baſtarà addurre quella, che ne ſcriue il ſopranominato Fererio.*

Tuque Ciane bonis exemplar, vt æthereus Sol
D *Vaticana moues immenſa Palatia Diuûm.*
Fulguris atque inſtar fluitantia verba Niualis
Sunt tibi tu lituus, tu ſuada medulla periclis.

ANTONIVS VELLIVS Romanus. A Paulo huius nominis Tertio in locum primi ſacræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocati cedentis, vel decedentis gratioſè ſubſtitutus. Ad officium huiuſmodi per obitum Ioannis Baptiſtæ Baldaſſini vacans anhelauit, ſed Aduocatorum intercedente Collegio, Antonius ipſe morem gerendo, pro ea dumtaxat vice conſenſit, vt in eundem locū Carolus Baldaſſinus prædefuncti germanus frater cooptaretur. Modico temporis curſu Achille
E de Graſſis Conſiſtoriali Aduocato ad cauſarum ſacri Palatij Auditoratum anno 1547. euecto, Aduocatorum Collegium, ob fidem Vellio datam, Ioannem Aloyſium de Aragonia, & Antonium Gabrielium ad Summum Pontificem Paulum III. fauore Vellij ablegauit. Interim Sebaſtianus de Bubalis pluribus Motibus proprijs ſuffultus, controuerſiam valdè odioſam pro Aduocatione aſſequenda cum Antonio excitauit: obijt Paulus; Iulius deinde III. anno 1550. Solio impoſitus, Burgundium Leolum de Griphis, Alexandrum Ferreum de Vrſinis, Antonium Gabrielium, Archangelum Patritium, & Marcum Antonium

tonium

tonium Burgheſium ad ſui pedes prouolutos, & pro Antonio Vellio nomine Collegij inſtantiſſimè perorantes excepit: Pontifex eodem anno controuerſiam ad fauorem Vellij A
Motu proprio extinxit: hæc ad rem ſunt verba Diplomatis. *Nos propterea motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia eundem Antonium ob illius literarum ſcientiam, vitæ, ac morum honeſtatem, aliaq. ad id animum noſtrum mouentia gratioſ fauore proſequi volentes, & noſtra Aulæ Conſiſtorialis Aduocatis optimè de Nobis, & Apoſtolica Sede meritis etiam gratiam facere cupientes, tam ſupraſcriptam admiſſionem, quàm cætera ſupra narrata confirmantes, firma, rataq. habentes, eundem Antonium ad ſupradictum locum admittendum, recipiendumq. fore, & eſſe omnino decernentes, ac omnem vim litis, controuerſiam, altercationem, & moleſtiam, quæ quacumque occaſione, ſiue cauſa inter ipſum Antonium, & Sebaſtianum prædictum, ac quamcumque aliam perſonam eſſe potuit, vel exiſtat, ad Nos aduocantes, & penitus extinguentes, & annihilantes &c.* In Vrbis Gymnaſio iura palàm profeſſus eſt Antonius, Aduocati Conſiſtorialis perſonam cum laude ſuſtinens. De ipſo Aduocato ſacri Conſiſtorij habetur mentio in Conſtit. Pij V. 39. edita, vt moderatiùs Romanæ fœminæ dotibus, B
muneribus, ac ornamentis vterentur: in tract. de analog. Alexandri Raudenſis cap. 15. & in vol. 2. conſilior. vltimar. voluntat. conſ. 31. nuncupatur *inſignis, & excellens Aduocatus ſacri Conſiſtorij*. Anno 1583. mortalium ærumnas deſeruit.

Floruit Hoſtilius Vellius de Galeſio Iuriſconſultus eximius. In Patauina S. Auguſtini Eccleſia hæc legitur ſepulchralis Inſcriptio. MCCCCLXXXXIV. Octauo Ianuarij. Hæc eſt Sepultura nobiliſsimi viri Iohannis de Vello, filij Domini Laurentij de Vello Legum Doctoris, & heredum deſcendentium. Vixit Mutius Vellius Conſiſtorialis Aduocatus, de quo infra.

C

FABRITIVS GABRIELIVS Romanus. Antonij Aduocati Conſiſtorialis filius. Die 6. Martj 1550. Doctorali in vtroque iure laurea inſignitus. Patris deinde Coadiutor. Quo tamen anno fuerit inter Aduocatos cooptatus, me latet: hoc vnum non ignoro, quòd anno 1551. tribus tantùm vicibus in ſolemni Aduocatorum conuentu ſedit.

MARIANVS SOCINVS Senenſis. Alexandro Socino natus, Socinus iunior, ſiue Socinus nepos, ſeu Socinus tertius nuncupatus. Mariani Socini ſenioris ex filio, & Bartholomæi Socini (de quibus ſupra) ex fratre nepos: liquet ex ipſius conſ. 18. D
num. 4. conſ. 25. num. 13. & 15. volum. 1. Antonium de Venafro præceptorem audiuit, vt idem teſtatur Socin. conſ. 9. in princ. vol. 1. Bononiæ degens (ob idque Bononienſis a nonnullis dictus) a Iulio III. in locum Aduocati Conſiſtorialis primùm vacaturum anno 1551. ſubrogatus. *Singularis doctrina* (ait Pontifex) *& morum decor, quibus perſonam tuam inſignitam eſſe accepimus, promerentur, vt illam condignis honoribus attollamus: hinc eſt, quòd Nos te in Vniuerſitate noſtra Bononiæ Lectorem ordinarium ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, te in Aulæ noſtræ Conſiſtorialis, & Conſiſtorij noſtri Aduocatum ad locum vnius ex Aduocatis Conſiſtorialis primò vacaturum ex nunc prout ex tunc ex certa noſtra ſcientia auctoritate noſtra Apoſtolica recipimus, & admittimus*. Fuit eodem anno a legitimo Mariani Pro- E
curatore Motus proprius in Aduocatorum Collegio prolatus, iterumque anno 1553. ſed ab ipſis ea conditione admiſſus, quòd *ſaluis priuilegijs filiorum Aduocatorum, ac alijs priuilegijs, & conſuetudinibus pro Collegio, procedat tempore ſuo &c.* An autem deinceps, vt erat in eiuſdem votis, gratia ſortita fuerit effectum, mihi ex collegialibus actis non liquet; hoc tamen extra controuerſiam teneo, quòd in fronte tertij, quartiq. voluminis conſiliorum ipſius, *præclariſſimus Aduocatus Conſiſtorialis* inſcribitur: immo idemmet in conſ. 7. impreſſo inter conſ. Gerardi Mazolli huiuſmodi vtitur ſubſcriptione. *Ego Ma-*

rianus

Digitized by Google

CXLV.

A *rianus Socinus Senenſis I. V. D. Eques, & Comes, & Aduocatus Conſiſtorialis Bononiæ iura*
ciuilia legens. Ex ipſo Alexander natus eſt, qui Commentaria in leges nonnullas edi-
dit, de quo Mantua in vitis Iuriſconſultorum mira conſcripſit, ſubdens, quòd niſi imma-
tura morte præreptus fuiſſet, tam magnam ſpem de ſe, opinionemque concitauerat, vt
ipſum alterum Socinum ſeniorem, ac iuniorem futurum ſine controuerſia omnes con-
iectura facilè fuerint aſſequuti. Celſum filium alterum genuit, cuius epiſtola ad Cardi-
nalem Auguſtanum legitur conſcripta vol.4. conſilior. genitoris. Floruit Marianus no-
ſter ſublimis, & nulli ſecundus legum Doctor. Maxima ſui nominis gloria ab anno 1508.
apud Italos Iura profeſſus fuit, præcipuè Senis, Piſis, Patauij, primamq. in Bononienſi
Gymnaſio Iuris ciuilis vſque ad annum 1556. Cathedram tenuit. Anno 1556. tanti vi-
ri ſtamen in Patria acciſum eſt: Andreas Seotus in Itinerario Italiæ par. 1. pag. 79. me edo-
cuit, quòd Bononiæ in ſacra Diui Dominici Æde tumulatus iacet; cuius deinde ſepul-
chrale elogium eruditiſſimi, ac officioſiſſimi Franciſci Natalis Bononienſis beneficio
B recepi.

MARIANO SOCINO IVNIORI SENENSI
VIXIT ANN. LXXIIII. M. IIII. D. XXV.
OBIIT AN. MDLVI. DIE XIX. AVGVSTI.
FILII MESTISS. PATRI OPT. P.

Ipſius *Conſilia* numero ferè ſexcenta, quatuor diſtincta voluminibus, & *Communes iuri-*
dicas Concluſiones ſparſim in ſyntagmate communium opinionum diuerſorum impreſſas
admirantur docti. Legitur quoque typis euulgata ſolemnis *Repetitio in l. ſciendum, ff. de*
C *legat.* 1. ab ipſo in Patauina Vniuerſitate anno 1533. elaborata. Ab Anonymo appella-
tur *Vir profectò clariſſimus, celeberrimuſq. Iureconſultus*. alibi. *Clariſſimus, eminentiſſi-*
muſq. Iureconſultus Marianus Socinus iunior Senenſis, Patritius, Eques, ac Cæſareæ, Ponti-
ficaliſq. Aulæ Comes. alibi. *Inter moderniores facilè primus, eminentiſſimus I. V. D. Dominus*
Marianus Socinus iunior Patritius Senenſis. alibi. *Profundiſſimus, & conſummatiſſimus*
I. V. D. A Io. Bapt. Sanctio in ſubſcriptione ad conſ. 7. vol. 1. ipſius Mariani. *Præſtantiſſi-*
mus I. V. D. & frater honorandus. A Philippo Decio inter conſ. eiuſdem Soc. conſ. 76.
Excellentiſſimus, & clariſſimus Iureconſultus D. Marianus Socinus iunior uti frater maior
honorandus. A Franciſco Burſato in epiſtola ad lectorem, primo volumini ſuorum cõ-
ſiliorum præfixa. *Ex quibus* (ſuis nempe præceptoribus) *vnus Marianus Socinus iunior*
fuit, qui quanto fuerit ingenio, quantaq. doctrina præditus, ipſe & docendo, & reſpondendo,
D *& ſcribendo facilè declarauit*. & conſ. 363. in fin. tom. 4. *ab eruditiſſimo D. Mariano Socino*
meo præceptore colendiſſimo. A Ioanne Bapt. Caſulano in ſubſcript. ad conſ. 128. ipſius
Soc. *Eximius Conſulens D. Marianus Socinus mihi frater honorandus*. Ab Alex. conſ. 24.
lib. 5. *Celeberrimus D. Conſulens*. A Bero. conſ. 145. vol. 2. *Clariſſimus Doctor excellentiſſi-*
mus Marianus Socinus, vir planè ex omni parte beatus, & meus tanquam frater, ac maior ho-
norandus. A Franciſco Marzario in epitom. de fideicom. pag. 9. *Celeberrimus I. C. D. Ma-*
rianus Socinus iunior colendiſſimus præceptor meus quondam Paduæ. & conſ. 9. num. 1. *ætate*
noſtra primi nominis Doctor eminentiſſimus D. Marianus Socinus iunior olim præceptor meus
Paduæ. A Gerard. Mazol. conſ. 1. nu. 54. *Excellentiſſimus D. Marianus Socinus iunior vir*
ſummæ ſcientiæ, qui iure hæreditario, & proprio hanc legalem ſcientiam ſibi poteſt non ab re
vindicare. conſ. 5. num. 42. *D. Marianus Socinus iunior acutiſſimi ingenij, & meritò ante*
E *alios excellens*. A Ranaldo Ridolfio in oratione pro filio notho legitimo facto, pag. 118.
Marianus ille Socinus iunior, cum maiorum ſuorum ſplendore, tum propria virtute inſignis.
A Reſtauro Caſtaldo inter conſ. Gerar. Mazol. conſ. 1. *Præclariſſimus I. C. D. Marianus*
Socinus iunior, vir vtique ſummæ doctrinæ, iudicij, & ingenij. Ab eodem in tract. de Im-
perat. q. 83. num. 20. *I. V. conſultiſſimus, ac præclariſſimus*. A Io. Bapt. Ferrett. conſ. 180.
in princ. *Clariſſimus Doctor*. A Nicolao Antonio Grauatio in vita Iacobi Philippi Portij
diſcipuli Mariani. *Iureconſultus in legibus interpretandis ſingularis, & propè diuinus, ſic*
vt fortunati appellari poſſint auditores, quibus datum eſt ſub tali præceptore inſtitui. A Lean-

dro Alberto in deſcriptione Italiæ in Hetruria mediterranea, *Hora da gran nome à queſta degniſſima Patria Mariano ſecondo Socino con la ſcienza delle leggi, che è condotto con ottimo ſalario à Bologna da Padoua, oue lungamente ha letto nelle leggi con gran fauore.* Ab Angelo Portenario in hiſtor. Patauin. lib. 7. cap. 4. *Mariano Socino il giouane, nipote di Mariano il vecchio da Siena, il quale fu chiamato Dottor ſottiliſſimo, leſſe con gran grido molti anni in Siena, in Piſa, & in Padoua.* A Pompeio Vizanio (in quem poſt hæc e carata incidi) in hiſtor. Bononien. anno 1556. pag. 42. *Morì anco poco dipoi Mariano Socino giuniore, il quale leggeua Leggi ciuili nella prima Catedra nello Studio di Bologna, nella quale gl'anni addietro era ſtato condotto con groſtiſſimo ſtipendio, e fu accompagnato il ſuo funerale con ſolenne pompa alla Chieſa di S. Domenico.* A Scoto in itinerario Italiæ par. 1. pag. 79. *Principale, e famoſo Dottor di legge.* & pag. 96. *Mariano ſecondo Socino dottiſſimo nelle leggi.* In vita Auguſtini de Auguſtinis, impreſſa in ipſius Dialogis de numiſmatibus; *partì* (Auguſtinus) *per Padoua, & iui otto meſi dimorò, tanto per l'autorità del Dottore, quanto per la* B
vaghezza di quel luogo, vdì diligentemente Mariano Soccino il minore: la qual famiglia de' Soccini diede certamente ſenza fermarſi tre Dottori di Legge ſegnalati, Mariano il maggiore, e Bartolomeo, celebri per i libri dati in luce; de quali Dottori di Legge ciaſcun ſecolo vno appena ſuole produrre. Ab Vgurgerio de viris illuſtrib. Senenſib. tit. 16. pag. 432. quem recẽtiſſimè percurri. *Mariano Sozzini il giouane, figlio* (nepos ex fratre) *di Bartolomeo ſudetto, ſe non paſſò, almeno pareggiò l'eccellenza de' ſuddetti nella profeſſione legale; perche hauendole appreſe altamente nello Studio di Siena, quiui s'addottorò, e leſſe publicamente, ſin che fù chiamato à profeſſarle nell'Vniuerſità di Piſa, doue moſtrò, ch'egli era vero figlio* (nepos) *di Bartolomeo (che vi leſſe, come habbiamo detto) sì nel retaggio, sì nelle virtù. Creſciuto poi di fama, e di nome, ſeguitò pure il viaggio di ſuo padre, eſſendo condotto con gran ſalario alla prima Catedra di Padoua, oue, mentre leggeua con grandiſſima frequenza di ſcolari, gli morì vn figlio, chiamato Aſcanio, di nobiliſſima indole, e di grandiſſima eſpettazione, e lo* C
fece ſepellire in quella Città nella Chieſa di S. Agoſtino. Quiui laſciò queſto sì caro pegno, e ſe n'andò anch'egli Giureconſulto eminente di Bologna, doue hauendo letto molt'anni, paſſò all'altra vita, e fù ſepolto nel Clauſtro del Conuento di S. Domenico in vn ſuperbiſſimo monumento di marmo. Scriſſe ſuper 1. & 2. Infort. ſuper 1. & 2. ff. nou. in modo di Repetizione: publicò Rub. ff. ſolut. matrim. Rub. l. 2. & l. cum filio, de legat. & l. 4. S. Cato, & l. ſtipulatus, ff. de verb. obligat. E due gran volumi di Conſigli ſtampati in Venezia, ed i ſuoi Commentary nelle quattro Letture veſpertine letti nelle ſudette quattro famoſiſſime Vniuerſità d'Italia, ſi veggono ſtampati in foglio in Venezia l'anno 1566. Patauij in Diui Auguſtini Templo hæc legitur funebris Inſcriptio.

D

Aſcanio Sozino Senenſi
ſummæ ſpei, ingenijq. amabilis puero,
longe pluſquam illa ætas poſtulabat,
in primis iam bonarum artium ſtudijs erudito
Qui vixit Annos XII. Menſes VI. Dies X.
Marianus iunior Patauij ciuilis Iuris priore loco Interpres
& Camilla parentes mœſtiſſ. filio dulciſſ. P. C.
MDXXXIX. Sept. Id. Apr.

E

HONV-

CXLVII

A HONVPHRIVS CAMAIANVS Aretinus. Inter maioris Parci Abbreuiatores primùm, deinceps inter Pontificij Conſiſtorij Aduocatos anno 1554. ſedit. Aduocati Fiſcalis munus in Vrbe geſſit. S. Inquiſitionis Fiſco, ſacræque Conſultæ Conſiliarius datus. Cameræ Apoſtolicæ Præſes promulgatus. Denique inter Apoſtolicos Prothonotarios cooptatus, anno 1574. mortalitatem exuit. In Eccleſia Prædicatorum Vrbis oſſa ipſius tumulata iacent, hoc appoſito marmoreo ſepulchrali elogio.

D. O. M.
ONVPHRIO CAMAIANO ARETINO
GENERIS NOBILITATE
B VITÆ INTEGRITATE
ET MVLTIPLICI ERVDITIONE INSIGNI
QVATVOR PONTIFICIBVS
ET COSMO MEDICES MAGNO ETRVRIÆ DVCI
OB EXIMIAS ANIMI ET CORPORIS DOTES
RERVMQ. AGENDARVM EXPERIENTIAM
VALDE CARO
MAIORIS PARCI ABBREVIATORI
ADVOCATO CONSISTORIALI
ET FISCO S. INQVISITIONIS ET S. CONSVLTÆ
CONSILIARIO
C CAMERÆ APOSTOLICÆ PRÆSIDI
ATQVE DEFVNCTA CONIVGE
PROTHONOTARIO APOSTOLICO
ET SVMMORVM LABORVM
VBERIORES FRVCTVS PERCEPTVRO
IMPORTVNA MORTE SVBLATO
ANNO LVI. MENSE V. DIE XVIII. MDLXXIV. IV. KAL. MAII.
LÆLIVS CAMAIANVS F. GENITORI OPTIMO
MOESTISSIMVS POSVIT.

D In 2. vol. conſilior. vltimar. voluntat. conſ. 31. appellatur *Inſignis, & excellens Aduocatus ſacri Conſiſtorij*. A Farin. q. 39. num. 116. dicitur *Celeberrimus illius temporis Aduocatus*, & ipſius conſilium ibi legendum exponitur. De ipſo Aduocato Conſiſtoriali, & Fiſci Apoſtolici Patrono fit mentio apud Alex. Raudenſ. de analog. cap. 15.

Inter mortales egit Honuphrij coætaneus (an ſanguine iunctus ignoro) Petrus Camaianus Patritius Aretinus, anno 1551. Feſulanus Epiſcopus renunciatus; anno 1566. ad Aſculanam Sedèm translatus; vir doctrina, pietate, morum integritate eximius, cuius exageratas animi dotes vide apud Vghellum in Italia ſacra inter vtriuſque Ciuitatis Epiſcopos: Cenotaphium Præſuli optimo poſuere Coſmus Camaianus Aretinus Summi Pontificis Referendarius, Antonius Commendator S. Stephani, Petri fratres, & Lælius Ieſu Chriſti Eques, nepos.

E

ANTIMVS MARCHESANVS de Caſtello, è Tiphernatum nempe Ciuitate in Vmbriæ Prouincia oriundus. Annibale Sanguineo reſignante, Antimus, trigeſimum ſuæ ætatis annum agens, Pontificio Iulij III. Diplomate anno 1554. in illius locum fuit Conſiſtorialis Aduocatus promulgatus. Anno 1566. Summo Romano Præſule Pio Quinto ſedente, Aduocati munus liberè dimiſit. Emicuit in Vrbe ipſius Pontificis Datarius, & hinc forſan occaſio reſignationis exorta. Poſtmodum (teſte Vghello in Italia ſacra) ad Tiphernatem Eccleſiam ſubuectus, anno 1582. mortalitatem exuit. Vghellus tamen pro Antimo Antonium conſcripſit. De ipſo Aduocato Conſiſtoriali apud Raudenſem mentio in tract. de analog. cap. 15. qui in errorem non abſimilem, Antonium pro Antimo ſcribens, incidit. In vol. 2. conſilior. vltimar. voluntat. conſ. 31. memoratur *Inſignis, & excellens Aduocatus ſacri Conſiſtorij*. A

Subſequentibus annis Romana in Aula verſatiſſimus floruit Ioannes Baptiſta Marcheſanus Antimi nepos, vtriuſque Signaturæ Decanus, cuius ingenium magnæ molis volumina *Commiſſionum, ac Reſcriptorum vtriuſque Signaturæ praxim* edocentia; Tractatumque *De Sententiarum ſpeciebus, earumque differentijs*, elaborauit. In epiſtola, operi de Commiſſion. præfixa, ad Paulum Quintum conſcripta, ſic de Patruo loquitur. *Cum hoc* (Marco Antonio Burgheſio Conſiſtoriali Aduocato) *quantum erat hominum optimo eius Collega, Antimus Marcheſanus patruus meus amicitia, ſeu verius clientela ius ſanxit, mihiq. meiſq. patrimonium hoc longè præclariſſimum reliquit, hereditariam erga Burgheſios ſeruitutem*. B

ALEXANDER OLIVA de Ciuitate Aquilæ. Anno 1554. inter Pōtificij Conſiſtorij Aduocatos in locum Burgundij Leoli de Griphis cedentis adlectus. Inter mortales vixit ad annum vſque 1565. quo extra Romanam Curiam fato ceſſit. C

Superiori æuo alter in humanis egerat Alexander Oliua Saxoferratenſis, Ordinis S. Auguſtini, Theologus, Concionatorq. eximius, anno 1460. a Pio II. præter omnium expectationem ſacra Purpura inſignitus, & ad Camerinenſem Eccleſiam euectus: ſcripſit *Sermones centum de Chriſti ortu*. *De Cœna cum Apoſtolis*. *De peccato in Spiritum ſanctum*. *Orationes*. Ipſius præconia profuſiſſimè recenſuerunt Ciaconius in vita; Victorellus ibi in addit. Pius II. in commentar. lib. 4. & 12. Anton. Campan. in funebri oratione; Philelphus in gratulatoria epiſtola; & Vghellus in Italia ſacra. Benedictus Oliua Aquilanus vixit Triuicenſis Epiſcopus. Floruere Albericus de Oliua I. C. clari nominis, qui *Commentum in Ritus Eccleſiæ Neapolitanæ* elaborauit. Albertus de Oliua, qui *Practicam* conſcripſit. Anellus Oliua Neapolitanus, qui edidit *Cathalogum aliquorum Virorum ſanctitate illuſtrium Prouinciæ Peruanæ Societatis Ieſu*. *Vitas Virorum illuſtrium Societatis Ieſu in Prouincia Peruana*. *Hiſtoriam Regni Peruani, & fundationem Societatis in illo*. Marcus Antonius Oliua Brixienſis, qui conſcripſit *Modum recitandi Coronam Beatiſſimæ Virginis*. Ioſeph Oliua Poeta elegans. Viuit in Vrbe Ioannes Paulus Oliua Ianuenſis, admirandi vir ingenij, Diuini verbi Declamator celeberrimus, & ab Innocentio X. Apoſtolici Palatij Concionator Pontificius pronunciatus. D

PETRVS PAVLVS DE IVSTINIS de Caſtello, Romanus Ciuis Hieronymi Conſiſtorialis Aulæ Aduocati filius, cui tamen (forſan ob incongruam ætatem) in munere non ſucceſſit. Die 16. Octobris 1552. Doctoratus laurea decoratus. Primùm Iulij III. Motu proprio in Aduocati ſui Conſiſtorij proximè cedentis, vel decedentis locum anno 1554. ſubrogatus. *Dilectum filium* (ait Pontifex) *Petrum Paulum de Iuſtinis Ciuem Romanum I.V.D. adoleſcentem literarum ſcientia, bonis moribus imbutum, tum ſuis ita exigentibus meritis, tum etiam conſide-* E

A *ſideratione quondam Hieronymi de Iuſtinis eius genitoris, qui celeberrimus Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocatus, dum vixit, extitit.* Alio deinceps Pauli Quarti Motu non abſimili in locum demortui Aduocati Archangeli Patritij anno 1555. ſuffectus. Pontificiæ literæ characteribus hiſce Iuſtinum commendant. *Dilectum filium magiſtrum Petrum Paulum de Iuſtinis Clericum Romanum I.V.D. Literarum Apoſtolicarum maioris Præſidentiæ Abbreuiatorem, & in illarum expeditione dilecto filio noſtro Alexandro S. Laurentij in Damaſo Diacono Card. de Farneſio nuncupato S.R.E. Vicecancell. aſſiſtentem, familiarem noſtrũ, cuius ſingularẽ doctrinã, integritatem, & prudentiam tam familiari experientia, quàm fide dignorũ teſtimonijs cõprobatam eſſe accepimus, tum ſuis ita exigentibus meritis, tum etiam conſideratione quondam Hieronymi etiam de Iuſtinis eius genitoris, qui celeberrimus Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocatus, dum vixit, extitit, condignis fauoribus, & gratijs proſequi volentes, eidem Petro Paulo, qui cum vnica, & virgine coniugatus, & in vigeſimo ſecundo, vel circa ſuæ ætatis anno conſtitutus exiſtit &c.* Leguntur tria ipſius Reſponſa inter cõſilia Farin. conſ. 15. Anno 1576.
B in Summi Pontificis manibus Aduocationis munus liberè dimiſit, & ceſſit. Eundem eſſe autumo Petrum Paulum Iuſtinum de Ciuitate Caſtellana, anno 1577. die 22. Aprilis Liberianæ Baſilicæ Canonicatu cohoneſtatum, de quo apud Paulum de Angelis in deſcript. illius Baſilicæ lib. 3. cap. 7. Dictio etenim illa *Caſtellum* diuerſimodè a ſcriptoribus refertur ad Tiphernum, ac Ciuitatem Caſtellanam. Vol. 2. conſilior. vltimar. volunt. conſ. 31. dicitur *Inſignis, & excellens Aduocatus ſacri Conſiſtorij.* De ipſo Aduocato Conſiſtoriali (Pauli nomine) meminere Alex. Raudenſ. de analog. cap. 15. & Farin. de inquiſitio. q. 11. nu. 98.

C ANGELVS CÆSIVS Romanus. Venantij Chiappini Cæſij, & Philippæ Vffreduciæ filius; Pauli, & Friderici S. R. E. Cardinalium, ac Veſpaſiani Cæſij Aduocati Conſiſtorialis ex conſobrino nepos; Petri Donati Cardinalis germanus frater. Pontificio Iulij III. iuſſu in locum Veſpaſiani anno 1554. inter Aduocatos adſcriptus. Hæc Pontificij verba Diplomatis. *Nos volentes dilectum filium Angelum de Cæſis ſcholarem, & I.V. Profeſſorem, & præfati Veſpaſiani ex fratre conſobrino nepotem, ac in vigeſimo tertio, vel circa ſuæ ætatis anno conſtitutum, apud Nos de literarum ſcientia, vita ac morum honeſtate, alijſque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum &c. in locum dicti Veſpaſiani ex nunc prout ex tunc, & è contra, poſtquam gradibus Doctoratus inſignitus fuerit, creamus &c.* Epiſtolæ tenorem a
D Friderico Card. Cæſio hac de re conſcriptæ recenſendum duxi. *Magnificis Dominis Decano, & Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium, Magnifici Domini. Hiermattina la Santità di N. S. mi fece gratia del luoco dell'Auuocatione di M. Veſpaſiano mio fratello in perſona di M. Angelo Ceſi mio nepote, non oſtante qualunche riſerua data à qualſiuoglia perſona. Et perche mi vien detto, che le S. Voſtre ſono inſtate di far congregatione da chi cerca trauagliar l'effetto della mia gratia, per queſto m'è parſo farnele auuiſate, & inſieme exhortarle, & pregarle à non far coſa in pregiudicio di detto mio nepote, e della gratia fattami da N.S. che queſta gratia non ſolamente reualida, ma anche accreſce il priuilegio, & lodabile conſuetudine del loro Collegio. Et oltre ch'io ſia certo haranno grato, che ſi rinoui l'officio, & il nome della bon. me. di mio padre nella loro Illuſtre Compagnia, riceuerò à ſingolar gratia da tutti, e da ciaſcuno delle S. Voſtre quanto faranno per me, & per mio nepote in queſto caſo, così li offero ſempre*
E *quanto poſſo per ogni honore, & commodo loro. Di Caſa à 21. di Agoſto del LIIII.*
D. VV. *Bonus frater Fed. Card. Ceſius.* Anno 1566. Aduocationis Officium Pontificiæ voluntati liberè reſignauit. Eodem anno Tudertinus Epiſcopus adlectus eſt; deinceps Apoſtolicæ Cameræ Clericus; anno tandem reparatæ ſalutis 1606. mortalitatis tributum pendit. Eruditum audiamus Vghellum, ad ſydera Angelum laudibus extollentem. *Angelus Cæſius Romanus Chiappini filius ex Aduocato Conſiſtoriali a Pio V. electus eſt* (Tudertinus Antiſtes) *anno 1566. die 15. menſis Februarij: ſub Gregorio verò XIII. Apoſtolicæ Cameræ Clericus effectus eſt, atque Decanus. Literatorum hominum aman-*

tiſſimus

tiſſimus fuit, antiquitatiſq. ſtudioſiſſimus. Multo labore ſuorum Prædeceſſorum nomina in- A
dagauit, ac duce ſolertia reperit: repertoſq. poſtea in Aula Epiſcopalis Palatij depingendos cu-
rauit, ſingulis breui inſcriptione appoſita. Nouum Templum Romæ, ac nobile S. Mariæ de
Vallicella vulgò vocatum, quod iam pridem Petrus Donatus frater Cardinalis munificentiſſi-
mè fundauerat, æmula virtute perfecit, perleganti in eo conſtructo Sacello; cui magnam do-
tem dixit. Deceſſit autem anno quadrageſimo ſui Epiſcopatus, noſtræ verò ſalutis 1606.
ætatis ſuæ verò 76. eodemque Templo prope fratrem exceptus eſt, vt geminata Purpu-
ra duorum fratrum idem ſepulchrum nobilitaretur; de quo hæc habentur in cathalogo
manuſcripto Tudertinorum Præſulum Bibliotheca Barberina (quæ omnium in Vrbe
copioſiſſima, ſi Vaticanam excipias, admiratur.) *Hic ſolemniter Vrbem ingreſſus totam*
Diœceſim perluſtrauit, eccleſiaſticos ritus, & cæremonias reſtituit, Pontificali pridem inco-
gnito apparatu ſtatis diebus edito populum ad Eccleſiam magis frequentandam diſpoſuit. Cle-
ricorum numerum, habitum, mores, conſuetudines reformauit, ac eorum ritualem librum edi-
dit. Totam Eccleſiam, cuius parietum ſingulatim poterant tunc lapides, & tegulæ tecti nume- B
rari, mutatione Altaris, & organi, tabernaculo, maiori fornice, capellis, picturis egregijs, can-
cellis, inſigni ſerica ſupellectili, renouatiſq. campanis illuſtrauit. Sanctimoniales clauſtris cō-
tineri ſuauiter induxit, illaſq. Ordinis S. Franciſci ex Monaſterio collabente in tutiorem locum
authoritate Apoſtolica tranſtulit. Aedes exiguas, & anguſtas nouas condidit, veteres inſtau-
rauit. Sanctorum Caſſiani, & Callixti Martyrum, & Fortunati Confeſſoris Epiſcoporum Tu-
dertinorum, ac Sanctarum Romanæ, & Dignæ Virginum Corpora in Templo S. Fortunati illu-
ſtriori ſepulchro ære ſuo condito ſolemni pompa tranſtulit, ibidem Beati Iacoboni de Benedictis
oſſa decentius poſuit, ac Beati Philippi Corpus Ordinis Seruorum, prius apud S. Marci Eccleſiam
ſub Altari maiori, deinde ad Eccleſiam S. Mariæ gratiarum tranſlatum collocauit. Vetuſtas
Eccleſiæ Conſtitutiones, & nouas Synodales additas imprimi fecit, vnà cum Officio Sanctorum
Tudertinorum Apoſtolica authoritate approbato. Collecta vndique monumenta proprio reſti- C
tuta Archiuo Eccleſiaſtico collocauit. Summam ſcutorum quatuor mille donauit Societati An-
nunciationis Beatæ Virginis, pro nubendis quotannis puellis honeſtis, & pauperibus. Viam
Cæſiam, ac plateam cum fonte ſub eodem nomine in Vrbe Tudertina ad publicum beneficium,
& ornatam ſtrauit, & conſtruxit. Aegenis, & ſenioribus alimenta continuò exhibuit, aliaq.
pia opera exercere nunquam ceſſauit. Friderici S.R.E. Cardinalis Cæſij memoriam ſepul-
chrali hoc elogio in Liberiana Baſilica diuturnitati demandauit.

D. O. M.
FEDERICO CAESIO D
S.R.E. CARDINALI PORTVENSI
QVI HOC SACELLVM ET ALTERVM
IN AEDE DIVAE MARIAE PACIS
ET TEMPLVM DIVAE CATHERINAE
VIRGINVM MISERABILIVM
FVNDAVIT ET DICAVIT
ANGELVS CAESIVS E
PATRVO OPTIMO POSVIT.
VIXIT ANNOS LXIV. MENSES VI. DIES XXVIII.
OBIIT V. KAL. FEBRVARII MDLXV.

IOAN-

CLI.

A IOANNES ALDOBRANDINVS Florentinus. Syluestri Aduo-
cati Conſiſtorialis, & Læſæ Detæ filius, Clementis Papæ VIII. ger-
manus frater. A genitore ad ſui ipſius locum, pur ceſſum, vel de-
ceſſum vacaturum, anno 1554. nominatus. Vetuſtum Collegij ſty-
lum in præfata nominatione ſeruatum, ſeruariq. conſuetum, ex in-
fractæ fidei M.S. Codice deſumptum recenſere non tædet. *Die 6.
Nouembris anni 1554. D.Sylueſter Aldobrandinus Florentinus Aduoca-
tus Conſiſtorialis in Collegio de more congregato inhærendo nominationi
aliàs factæ, de qua rogatus eſt, vt aſſeruit D.Georgius de Itinere A.C.notarius de menſe Septem-
bris anni 1552. vel alio veriori tempore, coram clariſſimis D.D. Antonio Gabriellio Collegij
DD. Aduocatorum Conſiſtorialium Decano, D. Archangelo Patritio, D. Marco Antonio Bur-
gheſio, D.Alexandro Ferreo Vrſino, D.Scipione Lancellotto, D.Antonio Vellio, D.Honuphrio*
B *Camaiano, & D.Antimo Marcheſano Aduocatis Conſiſtorialibus, ex facultate ſibi a iure com-
muni. & ex conſuetudine hactenus obſeruata, ac vigore priuilegiorum almi Aduocatorum Con-
ſiſtorialium Collegij, nominauit ad locum ſuum, cum per ceſſum, vel deceſſum, vel quamcum-
que aliam amiſſionem, vel dimiſſionem vacare contigerit, vt interim tamen gaudere, & potiri
poſſit omnibus priuilegijs Aduocatorum, prout filij Aduocatorum per patrem nominati hactenus
frui, & potiri conſueuerunt, & etiam quæ vigore priuilegiorum, & Conſtitutionum potiri de-
bent, dilectum eius filium Ioannem ibidem præſentem, & acceptantem, & gratias agentem, &
rogauit eoſdem clariſſimos DD.Aduocatos ibidem præſentes, quatenus dictam nominationem
admittere dignentur, ac dicto D.Ioanni poſſeſſionem dictæ Aduocationis, & loci tradere, & aſſi-
gnare modis, formis, & conditionibus aliàs conſuetis. Quibus auditis, prædicti clariſſimi DD.
Aduocati vnanimi conſenſu, nemine ipſorum penitus diſcrepante, dictam nominationem ad-*
C *miſerunt omni meliori modo, & dictum D. Ioannem in Collegium prædictum acceptarunt, &
receperunt, ac licentiam dederunt eidem D. Sylueſtro ducendi, & ponendi ipſum ad poſſeſſio-
nem dicti loci Aduocationis, cum facultate, & poteſtate interim donec locus vacauerit, ſe geren-
di pro Aduocato Conſiſtoriali, votandi, & ſubſcribendi pro tali, veniendi, ſtandi, & perma-
nendi in Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium, in Capellis, & Conſiſtorijs etiam publicis,
& omnia alia faciendi, & exercendi, quæ Aduocati Conſiſtoriales exercere, & facere poſſunt,
his dumtaxat exceptis, quòd de emolumentis Collegij participare non poſſit, & quòd teneatur,
quandocumque actu vacauerit, ſoluere ſolitam admiſſionem, diſputare, & omnia alia adim-
plere, ad quæ Aduocati Conſiſtoriales tenentur, tam ex forma Iuris, & Conſtitutionum, quàm
conſuetudinum dicti Collegij, & quòd non debeat in ſedendo præferri aliquibus alijs actu, &
effectualitèr admiſſis, antequam ipſe admiſſus ſit ad locum dicti D.Syluestri vt vacantem.*
D *Quibus peractis, idem D.Sylueſter ex licentia ſibi a dicto Collegio attributa induxit coram me
notario, & teſtibus infraſcriptis eundem D.Ioannem ad poſſeſſionem dicti Officij, & Aduocatio-
nis, aſſignando eidem locum poſt vltimum ex Aduocatis ſupranumerarijs* (nam duodenarij
Aduocatorum Conſiſtorialium numeri ſeptem tantùm de numero, quinque ſupra nu-
merum vocantur) *Qui D. Ioannes ibidem præſens dictam nominationem, & inductionem in
poſſeſſionem acceptauit, ac de illis gratias prædictis DD. Aduocatis egit.* Anno 1555. Pauli
IV. Motu proprio fuit Syluestri nominatio Apoſtolicæ confirmationis munimine robo-
rata. *Nos igitur* (ait Pontifex) *tam ob ipſius Ioannis doctrinam, & bonos mores, quàm ad
prædicti Sylueſtri genitoris excellentiam, ac erga Nos, & S. Sedem Apoſtolicam benemerita re-
ſpectum habentes &c.* Leguntur ipſius reſponſa inter conſ. Farinac. conſ. 19. & 21. Modico
temporis decurſu in Conſiſtorialium Aduocatorum congreſſu ſedit Ioannes, anno 1556
E ad Romanæ Rotæ Auditoratum euectus. A Pio deinde V. Imolenſis Præſul renunciatus,
& ab eodem ſacra demum Purpura eximio viro iure debita inſignitus. Maiora promeri-
tus, anno 1573. è Mundo eripitur. Romæ in Prædicatorum Templo in Aldobrandinæ
gentis ſacello, marmorea ſuperimpoſita ipſius effigie, huiuſmodi legitur epitaphium.

IOAN-

Digitized by Google

CLII.

IOANNES ALDOBRANDINVS
S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
TITVLI S. SIMEONIS
MAIOR POENITENTIARIVS.

A

Tanti hominis memoriam celebrauit Cabrera in opere Ciaconiano, aiens. *Ioannes Cæ-*
ſareo, ſacroq. iuri animum addixit, in eoq. ſtudio pari morum laude feliciter excurrit. Hinc
ad Rempublicam accedens, non minori ſemper contentione in paranda boni nominis gloria cer-
tans, quantum ingenio, & doctrina valeret, quanto veræ pietatis, & Reipublicæ Chriſtianæ
ſtudio flagraret, breuiter expreſſit. Nam primùm Rotæ Auditor lectus, iuſtitiæ amantiſſimus B
fuit, ex qua vna virtute boni viri appellantur. Deinde a Pio V. Pontifice anno Chriſti 1569.
Forocornelienſis, ſeu Imolenſis Epiſcopus declaratus, gregem ſibi creditum non magis eloquio,
quàm ſanctiſſima vita exemplo ad Cæleſtium rerum amorem excitabat, & in ſuos mores forma-
re ſtudebat. Quarum rerum fama idem Pontifex, qui eum Eccleſiæ gubernaculis admouere cæ-
perat, vt ſibi in Pontificia ſuſtinenda mole Ioannes propiùs adeſſet, & ampliorem natus locum,
ſuæ virtutis, talentiq. a Deo accepti pondus exerceret, Presbyterum Cardinalem tituli S. Simeo-
nis (S. Suſannæ primùm promulgatum, inde S. Simeonis ſcripſit Vghel. in addit.) *pro-*
nunciauit. Mox ineundo contra Turcas fæderi inter Philippum II. Hiſpaniæ Regem, & Ve-
netorum Senatum, Pontificis nomine intereſſe iuſſus, id negocÿ laudabiliter perfecit: quæ con-
tra Turcas expeditio quum militibus, & pecunia perficienda foret, huic etiam muneri præponi-
tur, diplomate accepto, vt omnes Eccleſiaſticæ Ditionis exules Pontificis nomine conciliaret, C
& ſecuros eſſe iuberet, ſi modò aduerſus Fidei hoſtes arma caperent, aut pecuniam in id bellum
miniſtrarent. Poſt hæc, Carolo Borromeo S. Praxedis Cardinali Mediolanum, cuius erat Ar-
chiepiſcopus, abeunte, & Pænitentiarÿ Magiſtratui, vt commodius paſcendo gregi adeſſet, re-
nunciante, Summus Pænitentiarius Aldobrandinus creatur, nec multò poſt ſignandis Apoſto-
licis Breuibus præficitur. Cui ſic ad excelſum conceptæ opinionis gradum progreſſo, quem ſum-
mæ dignitatis locum eius integritas, eruditio, & virtus promeruerat, anno 1573. nonas Se-
ptembris importuna mors inuidit. Victorellus ibid. *Cardinalis eximia virtute præſtans &c.*
Gregorio XIII. valdè gratus. Ea pietate, & prudentia commiſſum populum gubernabat, vt ille
ſe quaſi Angelo è Cælo miſſo a Pontifice creditum diceret. Idem in vita Petri Cardinalis Al-
dobrandini. *Ioannes Cardinalis virtutum lumine collucens Summo Pontificatu dignus exiſti-*
matus. Card. Baronius Clementem Octauum alloquens tom. 4. annal. eccleſ. *Reliquit* D
tibi, quem ſequereris, ducem prauium, morum magiſtrum, virtutum viuum exemplar Ioan-
nem clariſſimæ memoriæ germanum fratrem tuum, magnum illum S. R. E. Cardinalem quauis
laude maiorem, qui prouidum agens aurigam creditæ ſibi quadrigæ, quatuor fratres ſumma cõ-
cordia moderatus, dignos Apoſtolicæ Sedis dignis obſequÿs mancipauit &c. Idem eum Petro
S. R. E. Card. Aldobrandino verba faciens tom. 6. annal. *Ioannes S. R. E. digniſſimus Cardi-*
nalis, in quo tanquam in antiquæ probitatis viuo reddito exemplari virtutes omnes vnà cum
doctrina incomparabili miro decore fulſere. Vghellus in Italia ſacra. *Ioannes filius Syluestri*
inſignis Iuriſconſulti, non minus Iuriſprudentia clarus, quàm pater: apud Chriſtianos Princi-
pes ſingularem collegit gratiã, præcipuè autem apud Pium IV. qui (a Paulo IV. fuit inter Audi-
tores cooptatus) *ob præclara illius merita ſacræ Romanæ Rotæ Auditorem declarauit, ac Pius*
deinde Quintus Imolenſem Epiſcopum anno 1569. anno verò 1570. ſacra Purpura cohoneſta- E
uit, eiq. tranſigendum negocium attribuit ſacro fœdere Venetos cum Hiſpaniarum Rege iungendi
contra inſoleſcentem Turcam, qui populabundus Chriſtianis littoribus propius, infeſtiuſq. im-
minebat. Quod cum Ioanni cecidiſſet ex voto, magnam inde retulit prudentiæ laudem. Sum-
mus Pænitentiarius fuit, interq. fortunæ arridentis obſequia ex humanis rebus exemptus eſt, non
ſine mærore Pÿ Pontificis. Hondedeus in epiſtola ad Petrum S. R. E. Card. Aldobrandinũ.
Ioannes poſt diu probatam in ſacro Romanæ Rotæ Auditorio, aliiſq. cauſarum grauiſſimarum
iudicÿs, integritatem, atque ſapientiam, a Pio V. Pont. Opt. virtutis amantiſſimo, & acerrimi

iudicÿ

Digitized by Google

iudicij viro in auguſtiſſimum Card. *Ordinem relatus eſt.* Farin. in epitom. conſ. 19. *Tunc temporis eminentiſſimus Iuriſperitus, & Conſulens* Ioannes *Syluestri filius, propter eius exemplarem bonitatem, benignitatem, aliaq. innumerabilia merita meritò etiam ad Cardinalatus apicem aſſumptus:* & Ioannes Stringa in vita Clementis VIII. *Giouanni ſi trouò anch'egli nelle leggi peritiſſimo, & hebbe l'animo di tanta integrità di coſtumi ornato, che hauendolo perciò il Sommo Pontefice Papa Paolo IV. nel numero de gl'Auditori di Rota aſcritto, fu poſcia da Pio V. ſuo Succeſſore l'anno 1569. eletto, & conſecrato in Veſcouo d'Imola, nel qual carico, & vfficio paſtorale eſſendoſi non men prudente, che religioſamente diportato, volle il Pontefice per premio delle ſue virtù, nella terza ordinatione, ch'ei l'anno ſeguente de' Cardinali fece, in quel ſacro Collegio co'l titolo di S. Simone annouerarlo, e decorarlo, qual grado, & honore non più di quattro anni tenne, imperoche venne à morte l'anno 1573. del meſe di Settembre, con diſpiacere infinito de' ſuoi, e di quei, che lo conoſceuano.*

B

MARIVS GABRIELIVS Romanus. Antonij filius. Die 25. Octobris 1555. vtriuſque iuris laurea cohoneſtatus. Eadem die Honuphrius Cominus procurator, & agens ipſius Antonij Aduocatorum Conſiſtorialium Decani, in extrema ferè vitæ periodo conſtituti, vtendo facultatibus a iure communi, conſuetudine hactenus obſeruata, & Aduocatorum Conſiſtorialium priuilegijs, genitoribus erga filios attributis, ad locum Antonij, cum per ceſſum, vel deceſſum, vel quamcumque aliam amiſſionem, vel dimiſſionem vacare contigiſſet, Marium filium nominauit: Aduocati vnanimi conſenſu nominationem
C admiſerunt, ſequentiq. die patris obitu ſubſequuto, eandem confirmarunt, & quatenus opus, illum in Aduocatum Collegam receperunt; ita tamen, vt ſolitam admiſſionem ſoluere, ac infra ſtatuendum tempus diſputare teneretur. Pauli Quarti Pontificis proprio Motu denuò Marius in locum defuncti genitoris ſubrogatur. *Sperantes* (ibi) *dilectum filium Marium Gabrielium dicti Antonij filium I. V. D. in vigeſimo, vel circa ſuæ ætatis anno conſtitutum earundem virtutum imitatorem fore &c.* Vixit Senatus, Populiq. Romani Aduocatus, prout liquet ex conſ. 31. impreſſo lib. 2. conſ. vltimar. voluntat. vbi nuncupatur *Inſignis, & excellens Aduocatus ſacri Conſiſtorij D. Marius Gabrielius etiam Populi Romani Aduocatus.* Quo tempore fato functus fuerit, me latet; hoc haud ignoro, quòd anno 1580. in humanis Aduocatus Conſiſtorialis agebat, vt conſtat ex deputatione, a Gregorio XIII. de ipſo facta, pro diſcutiendis, ac examinandis Vrbis Statutis
D recentèr in vnum congeſtis: quodque anno 1570. communes Concluſiones ab Antonio elaboratas typis euulgauerat. Iacobus autem Simonetta ſacræ Romanæ Rotæ Auditor in ſuo tract. de reſeruat. beneficior. q. 36. num. 12. laudibus ipſum extulit, vt ſup. in Antonio Gabrielio. De eodem Conſiſtoriali, Populiq. Romani Aduocato mentionem nouiſſimè inueni apud Alexandrum Raudenſem de analog. cap. 15. & apud Farin. de inquiſitio. q. 11. num. 98.

PETRVS ALDOBRANDINVS Florentinus. Syluestri Aldobrandini, ac Læſæ Detæ filius: Clementis Papæ Octaui, & Ioannis S.R.E. Cardinalis germanus frater: Petri Cardinalis Aldobrandini pater.
E Anno 1556. a Syluestro genitore ad ſui locum quomodocumque vacaturum (Ioanne Aldobrandino inter ſacræ Romanæ Rotæ Auditores adlecto) nominatus. Ritus idem ſeruatus fuit, qui in Ioannis nominatione, & admiſſione. Paulus Quartus nedum Aduocati Cōſiſtorialis coadiutoriam confirmauit, ſed genitoris coadiutorem in Fiſci Aduocati munere Petrum conſtituit. Anno 1587. die 21. Februarij Coronatus de Coronatis Pontificium Sixti Quinti Diploma, ipſum in locum Petri in Vrbe defuncti cōſtituens, in Collegio Aduocatorum expoſuit, vnde licet aſſerere, Aldobrandinum vel

anno eodem, vel proximè elapſo fato ceſſiſſe. Romæ in Eccleſia S. Mariæ in via nun- A
cupata, Sacellum ſub inuocatione SS. Annunciationis cernitur, picturis egregijs, orna-
mentiſq. marmoreis perſpicuum, a Petro Aduocato Conſiſtoriali exornatum, dotatum.
Repetitiones quamplures conſcripſit. Summam Rolandinam *Additionibus* locupletauit.
Petri *Conſilium* inſeruit in ſingularibus Rotæ Romanæ Theodoſius Rubeus par.3.in verb.
Petrus Aldobrandinus, pag.211. In 2.vol.conſilior. vltimar. voluntat. conſ.31. appellatur
Inſignis, & excellens Aduocatus ſacri Conſiſtorij. A Farin. conſ.4. in prin. & num.14. *Fiſci
tunc Aduocatus Petrus Aldobrandinus S.D.N. frater germanus, doctiſſimus, & integerrimus
vir.* conſ.11. *Eximius, & ſapientiſſimus vir, & Iuriſconſultus Petrus Aldobrandinus, tunc
Fiſci, & ſacræ Aulæ digniſſimus Aduocatus. Petrus* (ait Victorellus in Ciaconiano opere
in vita Petri S.R.E. Cardinalis Aldobrandini) *in Romana luce Conſiſtorialis Aulæ Patro-
nus Pompeij Arigonij ad Patroni munus Romæ obeundum inſtructor, ac dux: teſtem habes
Arnaldum Oſſatum.* Stringa in vita Clementis Octaui. *Quanto à Pietro, che fu il primo-* B
*genito, padre del ſopradetto Cardinal Pietro Aldobrandini, diceſi, che fu molto raro, & eccel-
lente ſoggetto nelle leggi, di maniera che pochi pari hebbe egli a ſuoi dì.* De ipſo Aduocato
Conſiſtoriali habetur mentio apud Alex. Raudenſ. de analog. cap.15.

IOANNES BAPTISTA FLISCVS RITIVS Albiganenſis. Virum hunc Conſiſto-
tialis Aduocati munere inſignitum anno 1559. floruiſſe mihi conſtat ex impreſſa
adnotatione in calce conſilij 17. Gerardi Mazolli. *D. Io. Baptiſta Fliſcus Ritius Al-
biganenſis Iuriſconſultus Aduocatus Conſiſtorialis.*

FRANCISCVS BOSSIVS Mediolanenſis. Aegidij Senatoris fi- C
lius. Hic primus ex Iuriſconſultorum Mediolanenſium Colle-
gio fuit a Pio Quarto ad locum primò vacaturum, Aduocatus
Conſiſtorialis electus; at ſuſpicor, quòd inter eoſdem non ſede-
rit, ad maiora euectus, vt infra in Hieronymo Maggiolino: ve-
rùm quia ab erudito Vghello inter Nouarienſes Epiſcopos, Ad-
uocati ſacri Conſiſtorij prærogatiua prius decoratus deſcribitur,
en tibi ipſius affero verba. *Franciſcus Boſſius, paulò ante Peruſi-
nus Epiſcopus, ad Nouarienſem Eccleſiam tranſlatus eſt 1579. die
21. menſis Octobris. Hic filius fuit Aegidij Senatoris, cumq. de numero Iuriſconſultorum eſſet,
nomineq. illius Collegij habita luculenta oratione, Pio IV. nouam dignitatem gratulatus eſſet,
adeo vbertate dicendi Pontifici placuit, vt ipſo iubente Conſiſtorialis Aduocatus euaſerit. Eun-* D
*dem Pius V. deinceps Protonotarium Apoſtolicum, ac vtriuſque Signaturæ Referendarium, Vi-
celegatum Peruſiæ, Vmbriæ, ac Bononiæ, Epiſcopumq. Grauinenſem renunciauit. A quo Gre-
gorius XIII. deinde illum tranſtulit ad Peruſinum, indeq. ad Nouarienſem, hoc ipſum S.Caro-
lo Borromæo apud Pontificem procurante, quippe qui optimis Præſulibus, ac ſibi ſimillimis Suf-
fraganeis impenſius delectaretur. Poſt ſuam diligentius Diœceſim perluſtratam, iuſſus a Grego-
rio Pontifice, eandem curam viſitationis exhibuit erga Genuenſem, Laudenſem, Burgenſemque,
ac S.Domninum. Nouarienſe Seminarium, vitæ norma præſcripta, ad meliorem frugem tra-
duxit per præceptores, morumq. inſtitutores, qui certo in domicilio ad id opus incumberent. Al-
terum Seminarium in Inſula S.Iulij munificentèr erexit, Prebendamq. Theologalem ad Conci-
lij Tridentini præſcriptum inſtituit; cumq. annos quatuor, & amplius Nouarienſem Eccleſiam
pie, ſancteq. rexiſſet, clauſit diem poſtremam anno 1584. die 18. menſis Septembris; cuius in-* E
ferias S.Carolus Borromæus ſua præſentia exornauit, ſepultuſq. eſt in Cathedrali. Vghellus
idem de ipſo cum laude meminerat inter Peruſinos Antiſtites.

BON-

CLV.

A BONSIGNOR FINETTVS Senenſis. Alexandri de Finettis, &
Margaritæ de Piccolomineis filius. Anno 1545. in Senenſi Vni-
uerſitate vtriuſque iuris lauream conſequutus. In Romano Sapien-
tiæ Lyceo iuris Cæſarei Profeſſor; & in eadem Vrbe Fabij Cardi-
nalis Mignanelli Auditor, primiq. nominis Defenſor cauſarum,
A Pio Quarto in locum Scipionis Lancellotti, ad Romanæ Rotæ
Tribunal euecti, Conſiſtorialis Aduocatus anno 1565. promulga-
tus: In hæc verba de ipſo loquitur Pontifex. *Cum ſicut accepimus,*
dilectus filius Bonſignor Finettus nobilis Senenſis I.V.D. & in Romana Curia per decem annos,
& vltra cauſas patrocinando, defendendo, & in illis ſcribendo, benè, laudabilitèr, & vt decet
bonum, probum, doctum, & integerrimum Iuriſconſultum, ſe g ſſerit, & gerat de præſenti, cu-
pientes locum Aduocati Conſiſtorialis, & Aulæ noſtri Conſiſtorij, qui per promotionem dilecti fi-
lij Scipionis Lancellotti ad officium vnius ex Palatij noſtri Apoſtolici cauſarum Auditoribus nu-
B *per a Nobis factam, qui ante promotionem prædictam illum obtinebat, vacauit, & vacat ad*
præſens &c. alicui idoneo, & docto, ac probo viro conferre, & aſſignare, ipſumque Bonſigno-
rem fauore proſequi gratioſo &c. Legitur ipſius ſubſcriptio inter quæſtiones Hieronymi de
Monte q. 22. Pius deinde Quintus, Pontificum religioſiſſimus, proborumq. fautor exi-
mius ſolidam Finetti virtutem cũ integritate iunctam probè noſcens, ipſum inter ſacros,
ſtrenuoſq. iuſtitiæ propugnatores, Romanæ inquam Rotæ Auditores, anno 1567. coo-
ptauit. Anno 1569. Michael Bonellus S.R.E.Card.Camerarius ſui ipſius in Romano Stu-
dio Locumtenentem Bonſignorem deputauit, ſic ipſum laudibus extollens. *R.P.D. Bon-*
ſignori Finetto ſacri Pal. Apoſt. cauſarum Audit. vti fratri nobis dilectiſſimo ſalutem in Domino.
Cupientes in Collegio D.D. Aduocatorũ ſacri Conſiſtorij, in quo bo.me. Iacobus Gratus nuper in
Romana Curia defunctus, dum viueret, Locumtenentẽ noſtrũ agebat, de alio ſecundùm cor noſtrũ
C *idoneo, & nobis grato Locumtenẽte prouidere, & de te, cuius fidem, prudentiã, literarum ſcientiã,*
alioſq. innumeras virtutes abundè compertas habemus, plurimùm in Domino confiſi, ſperan-
teſq. quòd cui te præfecerimus negocio, illud omni cum laude conficies, harum ſerie te noſtrum in
d. Collegio Aduocatorum Locumtenentem deputamus &c. Auguſtam Peruſiæ Ciuitatem, Vm-
briæq. Prouinciam æqua lance pro Pontifice moderatus eſt. Cornelius Benincaſius I. C.
illuſtris Finettum anno 1571. alloquens in tract. de Conſtit. illius nequaquam reticuit
virtutes. *Nemo (ait) te ipſo meos hoſce labores neque grauiore authoritate tueri, neque ſin-*
ceriore teſtimonio comprobare, neque tandem peritius de illis iudicare queat: nam præterquam-
quod talis, ac tantus vir conſtanti hominum fama prædicaris, tam certo, rectoq. es iudicio, quod
multo, ac penè infinito rerum vſu conſtituiſti, atque ijs es virtutibus, quæ illuſtres, ac in pri-
mis Chriſtianos viros, hoc eſt tui ſimiles, maximè decent. Prudentèr itaque Pius Pont. Max.
atque is Pontifex, qualem nec iſta, nec ſuperior ætas vidit, pro ea, qua præcellit ſanctitate,
D *æquiſſimus hominum æſtimator, cum perſpectum illi eſſet, qua celebritate, quaq. auditorum fre-*
quentia in clariſſimo Vrbis Gymnaſio ius ciuile aliquot annos explanaueris, ac deinde qua in-
tegritate, quantaque nominis tui laude Aduocati munere in eadem Vrbe diu functus fueris;
cum optimus quiſque opera tua vti vellet, te ex Aulæ Conſiſtorialis Aduocato in principes Ro-
manæ Curiæ Iudices ita honorificè adſciuit, vt debitum iamdudum doctrinæ, virtutiq. tuæ ho-
norem perſoluiſſe, ac non tam te ornare, quàm ordinem illum ſummi nominis viro augere vo-
luiſſe pleriſque omnibus viſus fuerit. Verùm cum animaduerteret Summus Pontifex ad exa-
ctum explicatæ virtutis decus vnicam tibi dumtaxat laudem ſupereſſe, vt ſcilicet in regendis
populis induſtriæ, prudentiæq. tuæ ſpecimen dares, tuteq. tui ipſius in re perdifficili periculum
faceres, Peruſiam, atque vniuerſam Vmbriæ Prouinciam adminiſtrationi tuæ credidit, quas adeo
iuſtè, ſancteq. in tanta præſertim annonæ difficultate, ſumma rei frumentariæ inopia, ac planè
E *mira frugum omnium caritate moderaris, vt te tanquam diuinum hominem omnes extollant,*
ac plurimis, ijſq. iuſtiſſimis laudibus in Cælum euehant. Eaſdem Finetti virtutes Bernardi-
nus Alphanus Iureconſultus præſtantiſſimus immortalitati calamo commendauit, dum
de illo in collectanea iuris ciuilis ſcripſit. *Neque tu Præſes prudentiſſime hoc ignoras, qui*
& exercitatione literarum, & ſumma prudentia naturæ munere ſibi conceſſa faciliimè aſſecu-
tus es, vt iudicio excelleres, & quorum laudanda, quorumuè explodenda eruditio ſit, optimè do-
cere poſſes. Nam quotidie ferè modò a cognitione ad res agendas, modò a rebus agendis ad co-

gnitionem traductus, ita & ſcientiarum ſtudia, & uſum rerum maximarum ſimul complexus A
es, ut quæ eſt magna inter homines de genere vitæ controuerſia, tu eam egregia quadam ratione
ſuſtuleris &c. Cui aptius hæ vigiliæ meæ mitti potuerunt, quàm ei, quem noui omni egregia vir-
tutis laude cumulatum? cui etſi magna eſt grauiſſimorum negociorum impoſita moles, quam is
ſumma cum ſua laude ſuſtinet, tamen in illa ipſa occupatione ita eum literarum tractatio dele-
ctat, ut legat cum voluptate, quæ alij ſcripſerunt, & quod ipſi otij, ac temporis datur, id in
optimarum Artium ſtudijs libentiſſimè conſumat, quo fit, ut ad magnas res agendas, & tra-
ctandas vehementius inſtruatur, & diſpari in ſtudio, pari tamen cum laude verſetur &c. Alia
ſunt in te, quæ non eſt hic commemorandi locus, ne blandi nimium, aſſentatoreſq. videamur.
Porrò præclara virtutis tuæ ſpecimen dediſti, cum in celeberrimum Rotæ Auditorum Collegium,
ipſo maximè Collegio comprobante, adſcitus es, cui quidem honori facilis ad ampliſſimum, ma-
ximumq. Sacerdotium aditus patet, ideſt ad eum Ordinem, unde maximè Dei Vicarij Rectores
humani generis deliguntur, quę quia te dignum iudico, ratio me monet, vt ea de te prædicam, B
quæ, cognita virtute tua, longè non abſunt. Campos tamen nunc patentes habes, in quibus eua-
gentur, & excurrant functiones virtutum tuarum, in quibuſuè omnes ingenij tui diuitias ex-
plicare potes. Neque Ioſeph Ludouicus inter ſuas Peruſinas Deciſiones Finetti præconia
omiſit, dum ſcripſit deciſ.80. num.24. Cum Reuerendiſſ.D.Buonſignorus Finettus huius Pro-
uinciæ Moderator ſit adeo alienus ab huiuſmodi lucris, vt maxima cum admiratione omnium
apertè dignoſcatur, ipsū paruipĕdere pecunias, intentioq. principalis ipſius ſit honor Dei, & cultus
iuſtitiæ, cuius ipſe eſt quam maximus zelator, ita quòd in eo omnes virtutes reſidere dignoſcantur.
deciſ.96.num.41. Qui (Finettus) ob eius virtutes, & præſertim ob ſcientiam profundam lega-
lem annis proximè elapſis fuit cooptatus in numero Dominorum Auditorum ſacri Palatij Apo-
ſtolici, & ad præſens a Summo Pontifice Pio V. fuit deputatus ad hanc Prouinciam moderandam,
& gubernandam, quippe qui in præſenti Gubernio ius ſuum vnicuique tribuit, & pacatam Ci-
uitatem hanc, & Prouinciam reſtituit cum laude, amore, ac timore omnium. & deciſ.108. C
appellatur Gubernator iuſtiſſimus, & literatiſſimus. Apud Nicolaum Finettum iuniorem,
Romana in Aula Aduocationis nobili munere ſumma cum laude perfunctum, mox in Ca-
pitolino Foro ſecundum Collateralem, Siluijq. (Bonſignoris ex Franciſco fratre nepotis)
filium duodecim eiuſdem Bonſignoris Conſiliorum volumina aſſeruantur, luce digniſſi-
ma, de quibus forſan loquutus fuit Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſ. 116. Vtinam impri-
merentur eius ſcripta, quæ habebat, & quæ mihi oſtendit, profectò ex lectura ſuorum laborum
legum Profeſſores mirificè ſubleuarentur. Anno 1572. Vir tantus mortalitatis tributum
in Vrbe pendit, & in ſacra D. Auguſtini Æde, quod mortale eſt, depoſuit. In ipſius laudi-
bus adhuc inſiſtens eximius Doctor Ludouicus d.deciſ.116.in fin.ſcripſit. Obijt enim Romæ,
ſtatim peracto Gubernio maximo cum honore, de menſe Iulij 1572. cuius morte non ſolùm Ro-
mana Rota, & Vrbs fuit priuata tanto viro, ſed Orbis totus, cum re vera in ſcientia ciuili, & D
canonica nemini foret poſtponendus. Io. Vinc. de Anna allegat.82.num.13. vt mihi ſcripſit
acutiſſimus Doctor Bonſignorus Finettus Conciſtorialis Aduocatus. Sed non omittenda, quę
ſeriosè ipſius conciuis Vgurgerius de Finetto exarauit tit.9.pag.223.de Viris illuſtrib. Se-
nenſib. cuius Auctoris opus etſi ſerò, oportunè tamen ad meas manus peruenit. Buon-
ſignore d'Aleſſandro Finetti nobil Saneſe pareggiò nella ſcienza legale qualſiuoglia ſuo coeta-
neo, e doppo hauer letto anch'egli, ed'auuocato in Siena, ſeruì Auditore il noſtro Cardinal
Mignanelli, di cui ſi guadagnò l'affetto in tal guiſa, che l'amò grandemente, e lo tenne appreſ-
ſo di ſe in quella carica, ſin che viſſe; il che giouò aſſaiſsimo à Buonſignore, per farſi conoſcere
nella Corte di Roma. Reſtato, ch'egli fù ſenza padrone, ritornò alla profeſsione dell'Auuo-
cato; il che gli riuſcì così felicemente in quei ſommi Tribunali, che fu fatto Auuocato Conciſto-
riale da Pio Quinto (Quarto) Pontefice Romano, il quale amando non meno la bontà, che la E
dottrina di Buonſignore, determinò d'incaminarlo à grandiſsimi honori Eccleſiaſtici, anzi tra
poco tempo, cioè li 13. di Febraro 1568. (alij 1567.) lo dichiarò Auditore della Ruota di Ro-
ma, nella quale carica ſi moſtrò dottiſsimo, ed integerrimo; ma volendolo ancor prouare ne' ma-
neggi, e ne gli affari dello Stato della Chieſa, gli diede il gouerno della nobiliſsima Città di Pe-
rugia, che fù altre volte, ed è Sedia d'ampliſsima Legazione del Perugino, e dell'Vmbria. Queſto
Buonſignore moſtrò non eſſere manco pratico ne' punti della prudenza, che delle leggi; per lo
che richiamato à Roma dal Papa, per ſeruirſene in grauiſsime occorrenze, morì doppo il ſuo
ritorno

Digitized by Google

A *riterno con molta diſpiacere del detto Pontefice, che ſi diſſe hauerlo già deſtinato alla Porpora, ed'il ſuo felice paſſaggio all'altra vita ſegui li 11. di Luglio 1572.*

De Finettorum Senenſium nobilitate vſque ab anno 1362. mihi conſtat, quo Guido Finettus ſupremo in Patria Magiſtratu perſungens, peſte obijt: in eodem munere ſucceſſorem Nicolaum Guidonis filium annis 1391. & 1398. perlego. Nicolaus alter, Bõſignoris germanus frater in humanis egit, in Peruſina Vniuerſitate Profeſſor philoſophiæ percelebris; cuius filius Polibius legali ſcientiæ addictus in Rotæ Ianuenſis Tribunali Auditor ius dixit: ipſius Nicolai typis euulgatus *Tractatus de Anima* circumfertur; & in eiuſdem laudem Scipio Creſconius Conciuis meus Vrbeuetanus anno 1546. Epigramma cecinit. Floruit quoque Ioannes Finettus Venetus I. C. philoſophia, & politiori literatura mirabilitèr exornatus, qui edidit *Diſcorſi, & Corſi di penna*.

B HIERONYMVS MAGGIOLINVS Mediolanenſis. Georgij Maggiolini, & Luciæ de Balbis filius. Anno 1565. a Pio IV. inter ſui Conſiſtorij Aduocatos poſt obitum Alexãdri Oliuæ adſcriptus. Ipſe primus ex Collegij Mediolanenſis Iureconſultis verè inter Conſiſtoriales Aduocatos ſedit. *Dilectum filium* (in Diplomate) *noſtrum Hieronymum Maggiolinum nobilem Mediolanenſem I.V.D. de gremio d. Collegij, iuxta conceſſionis, & applicationis prædictarum tenorem inter alios electum, & Nobis præſentatum, amplioribus fauoribus, & gratijs proſequi, electionemq. de eo factam admitti, & recipi, ſibiq. ſpecialem gratiam facere volentes, eidem Hieronymo Nobis magis grato, & accepto dictum Aulæ Conſiſtorialis officium &c. concedimus, & aſsignamus.* Obitus ipſius me latet annus. Ad poſterorũ memoriam Pontificij Diplo-
C matis tenorem ſubnectam, quo idem Pontifex Iuriſperitorum Mediolanenſi Collegio locum vnum inter ſacræ Romanæ Rotæ Auditores, alterumq. inter Conſiſtoriales Aduocatos perpetuò aſſignauit. *Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. In præcelſa &c. Et inſuper vt præfatum Collegium viros ad munera ſuæ profeſsionis obeunda honorificentius educere, ac viciſſim Curia prædicta perſonis ſcientia, & doctrina inſignitis peramplius ſuffulta proficere valeat, eidem Collegio vnum Auditoris cauſarum Palatij Apoſtolici, quod nuper certo modo vacans prædicto Pomponio* (Cottæ) *ac aliud primò vacaturum Aduocati Aulæ Conſiſtorij noſtri Officia, quod Franciſco Boſſio Mediolanenſibus dilectis filijs de gremio Doctorum dicti Collegij exiſtentibus; qui Pomponius videlicet a præfato Collegio vnà cum Lucio Cotta prædicto, & Petro Iacobo Malumbra, Franciſcus verò prædictus a Cõmunitate dictæ Ciuitatis vnà cum Carolo Vicecomite, & Scipione Simonetta, ac Franciſco Turriano dilectis filijs inter alios delecti gratu-*
D *latum ad Nos venerunt, luculentaſq. orationes coram Nobis habuerunt, quorumq. egregia virtus, eximia doctrinæ candor, & ſingulares animi dotes etiam veteris experientiæ documento Nobis haud ignota, & ex ipſa Legatione ſatis nominati ſunt, Motu ſimili, non expectata alia dicti Collegij pro nunc nominatione aliàs modo, & forma infraſcriptis facienda, conceſſimus, & aſſignauimus, ex nunc dicto Collegio perpetuò applicamus, & appropriamus, ac etiam concedimus, & aſſignamus, ad hoc vt de cætero in perpetuum Abbates, & Collegium prædicti tres quoad Auditoris, quo verò ad Aduocati officia huiuſmodi vacantia, vel vacatura tres alios Doctores habiles, & idoneos de ſuo gremio per ſuffragia eligant, & vacatione illorum pro tempore occurrente, vnus ex tribus ad Auditoris, & alius ex alijs tribus ſic electus ad Aduocati officia huiuſmodi reſpectiuè per Nos, ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, nec aliter aſſumantur. Mandantes dilectis Electoribus, & Collegio, ac eorum ſingulis ſub excommunica-*
E *tionis maioris latæ ſententiæ pœna, quatenus electionem huiuſmodi non fauore, gratia, precibus, aut quauis alia ambitione, ſeu corruptela, ſed ſecundùm idoneitatem vniuſcuiuſque eligendi, ſolum Deum præ oculis habendo, ſtudeant omnino celebrare &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1560. Octauo Idus Iuly Pontificatus noſtri anno primo.* De præfata gratuita conceſſione habetur mentio in epiſtola ab Oratore Veneto die 13. Septembris 1560. ad Rempublicam in hæc verba conſcripta. *In Conciſtoro à propoſitione del Cardinal Morone N. Signore decretò, che il Collegio de i Dottori di Milano perpetuamente haueſſe vn'Auditor di Ruota, & vn'Auocato Conciſtoriale, da eſſer nominati quattro* (tres vt ſupra)

ſupra) *per eſſo Collegio, & vno di eſſi eletto per ſua Santità*. Idem commemoratur a Platina in vita Pij Quarti. *Per moſtrarſi grato verſo la Patria, conceſſe in perpetuo al Collegio de' Dottori di Milano, nel numero de' quali era ſtato ancor'eſſo, l'Auditor di Rota, e l'Auocato Conciſtoriale*. Ab Andrea Victorello in addit. ad Ciacon. in vita ipſius Pontificis. *Ante paucos annos Iuriſconſultorum Mediolanenſium Collegio conceſſerat Pius, vt ex illo Auditor Rotæ Ramanæ, & Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus perpetuò deligeretur*. A Paulo Morigia de nobilit. Mediol. lib. 2. pag. 67. *Fauorì anco la noſtra Città, che ſempre per lo tempo auuenire vn Dottore del Collegio di Milano foſſe Auditore del Palazzo Apoſtolico, & vn'altro Auocato del ſanto Conciſtorio, & i primi, c'hebbero queſti gradi, furono Pomponio Cotta, e Franceſco Boſſo nobili Milaneſi*. & iterum lib. 6. pag. 325. *E Pio Quarto Sommo Roman Pontefice di Caſa Medici, eſſendo ſtato Dottore di detto Collegio, piacquels d'accreſcerli maggior nobiltà, e cõceſſegli vn'ampliſſimo priuilegio, che contiene diuerſi gran fauori, con parole di molta lode, e gloria al detto Collegio: e fra li molti fauori, che li conceſſe, vno fù, che li creò Conti, e Caualieri, & appreſſo per lo tempo auuenire ſino in perpetuo ſempre volſe, che vn Dottore di detto Collegio ſia Auditore della Ruota di Roma, & vn'altro ſia Auocato del ſanto Conciſtorio*. Et ab ipſomet Pio Quarto in proœmio Motus proprij ad fauorem Maggiolini ſubſignati. *Cum aliàs vnum ex Officijs Aduocati Aulæ Conſiſtorij noſtri primò vacaturum Collegio dilectorum filiorum Doctorum Mediolanenſium conceſſerimus, & aſſignauerimus, eidemque Collegio perpetuò applicauerimus, & approbauerimus, ad hoc vt occurrente vacatione eiuſdem Officij, Abbas, & Collegium prædictum tres de gremio dicti Collegij Doctores habiles, & idoneos ad Aduocatis officium huiuſmodi vacans per ſuffragia eligerent, quorum alter ad officium huiuſmodi per Nos, ſeu Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, nec alitèr aſſumatur, & ex tunc dilectus filius Franciſcus Boſſius vnus ex dicti Collegij Doctoribus, applicatione dicti officij eidem Collegio facta, ad primò vacaturum Officium huiuſmodi per Nos electus, & nominatus fuerit. Cum itaque &c. dictus Franciſcus in Ciuitate noſtra Peruſina pro noſtris, Sanctæq. Romanæ Eccleſiæ ſeruitijs Gubernator deputatus, nec non ipſo in Romana Curia exiſtente, in vtriuſque Signaturæ Referendarij Officio, alijſq. maioribus, & Nobis magis gratis præpeditus ſit negocijs, adeoquòd Officium Aduocati exercere non valeat &c.*

A
B
C

Inter Iuriſconſultos nobilis Collegij Mediolanenſis recenſetur a Morigia Aſcanius Maggiolinus ex Dominis Montis Berſarij.

IOANNES BAPTISTA ASTALLIVS Romanus. A Pio huius nominis Quinto in locum Aduocati ſacri Conſiſtorij Antimi Marcheſani anno 1566. ſuffectus. *Dilectus filius Ioannes Baptiſta Aſtallius nobilis Romanus*, in Pontificia conceſſione. Quanto temporis decurſu inter Aduocatos vixerit, mihi adhuc obſcurum, niſi ex infra dicendis in Hieronymo Gabrielio aſſeramus, anno 1585. fato ceſſiſſe. D

Priſcas inter, nobileſq. Romanas Aſtalliam Familiam numerandam, nemo mihi contendet. Hæc Orbi præ cæteris peperit Aſtaldum de Aſtallis, a Cæleſtino Secundo anno 1144. Vaticana Purpura inſignitum. Dominicum, anno 1399. ad Fundanam Eccleſiam euectum. Ioannem, Martino Papa V. ſedente, Cameræ Vrbis Theſaurarium, vt conſtat ex ipſius Pontificis Diplomate, quo certa pecuniarum ſolutio cuidam Ciui Romano pro reparatione Pontis S. Mariæ a Ioanne facta per Pontificem cõfirmatur: *Dilecto filio* (ibi) *nobili Viro Ioanni de Aſtallis Ciui Romano Cameræ Almæ Vrbis Theſaurario*. Ioannem Baptiſtam, ab Vrbano Octauo anno 1626. Troianum Epiſcopum renunciatum. & Camillum, ab Innocentio Decimo inter Conſiſtoriales Aduocatos primùm, inter Cameræ Apoſtolicæ Clericos deinceps, inter purpuratos denique Senatores cooptatum, de quo infra. De Flaminia Aſtallia Pauli Quinti Pontificis genitrice vide ſupra in Marco Antonio Burgheſio. Scias denique (quicquid nonnulli alitèr ſenſerint) longè diuerſam extitiſſe Familiam Stagliam Romanam iamdiù extinctam, ac Aſtalliam: quod mihi quoque comprobatur ex diuerſitate inſignium Iacobi Stagliæ, vnius ex Reformatoribus Studij Vrbis in Cathalogo Profeſſorum eiuſdem Studij anni 1552. colori- E

bus

A bus expreſſorum, quorum pars dextera per longum dimidiata, aurea, ſiniſtra verò plurimis teſſerulis aureis, ac rubeis diuiſa cernitur.

HIPPOLYTUS ALDOBRANDINUS Florentinus, a nonnullis tamen Fanenſis dictus, quia Fani anno 1536. natus, dum ibi Genitor pro Pontifice Gubernator ius dicebat. Syluestri Aldobrandini Cõſiſtorialis Aduocati celeberrimi, & Lęſę Detæ filius, Ioannis, Petrique (de quibus ſupra) germanus frater, ac Petri iunioris (de quo infra) patruus. Exemplo patris edoctus, virtutiſq. incenſus ardore, Iuriſprudentiæ ſtudijs incubuit. Adhuc adoleſcentulus ad Pij Quarti pedes oſculandos cum genitore prouolutus, hæc audiuit a Summo Antiſtite verba Pontificatus præſagia. *Incumbe in ſtudia fili, vt Chriſtianam Rempu-*
B *blicam gubernare aliquando poſſis*. Philippus quoque Nerius (inter Cœlites deinde adſcriptus) Aldobrandino Pontificatum, nomenq. prædixerat, illius familiaritate vſus. Inter ſacri Cõſiſtorij Defenſores primò adlectus: inde a Pio V. inter Romanæ Rotæ Auditores aſcitus: mox Pontificius Datarius: S.R.E. Cardinalis: Summuſq. Pœnitentiarius a Sixto V. promulgatus: Polonica Legatione pro Regis electione ab eodem Pontifice auctus: demum anno 1592. dieque 30. Ianuarj conſentientibus omnium Cardinalium ſuffragijs, in Vaticano ſolio, ex quo Mundi arbiter Pontifex humana omnia moderatur, Clementis Octaui nomine collocatus. De ipſius primordijs Andreas Victorellus in opere Ciaconiano, & Cardinalis Bentiuolus in memorabil.lib.1. ſic ad rem loquuntur. *Ferrariæ* (ait Victorellus) *& Bononiæ eximiæ indolis iuuenis Iuriſprudentiæ operam nauauit; Bononiæ Gabrielem Palæotum Iuriſperitiſſimum ius explicantem audiuit, inſignibuſq. Pontifi-*
C *ciæ, & Cæſarianæ ſcientiæ decoratus eſt: alias Italiæ Vrbes, & Hiſpaniæ partem peragrauit, viros doctiſſimos alloquutus, non vulgares progreſſus fecit: Romam ſe deinde recepit, Conſiſtorialiſq. Aulæ Aduocati munus, quod olim pater eius obinerat, delatum accepit. Nella ſua inferior fortuna* (ſcribit Bentiuolus) *Hippolito era ſtato anch'egli come Silueſtro ſuo padre vno de gl'Auuocati Conciſtoriali, e poi era ſucceduto all'Offitio di Auditor di Rota, che dal Cardinal Giouanni prima ſi eſercitaua &c.* Pontifex creatus Hippolytus, Februario menſe ſolemni coronamento a Franciſco Sfortia primo Diacono Cardinali inſignitus, quarta Aprilis die Lateranenſem Baſilicam adiuit, pompaq. plauſuq. ſolemni poſſeſſionem de more adeptus fuit. Hinc ad Apoſtolicæ Nauis moderamen conuerſus, in id quidem integro ſui Pontificatus decurſu totus incubuit. Pij Quinti Conſtitutionem a prædeceſſoribus Pontificibus confirmatam, qua locorum S.R.E. alienatio interdicitur, ipſe quo-
D que iuramento comprobauit. Item & aliam a Sixto Quinto promulgatam de pecuniarum aceruo in ſanctiori Æliæ Arcis ærario aſſeruando. Romæ vt die qualibet ſacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in aſſignatis Templis ſolemnitèr expoſitum adoraretur, ſanctiſſimè inſtituit. Iudæos a Romanæ Eccleſiæ Ditione expulit, ſi Romam, Anconam, Auenionemq. excipias. Beatum Hyacinthum Polonum Ordinis Prædicatorum Sanctorum Cathalogo adſcripſit. Magni Moſcorum Ducis, & Alexandrinæ Eccleſiæ, nec nõ Ruthenorum epiſtolas, legationes, obedientiamq. promeruit. Ducem Niuernenſem ab Henrico Quarto Borbonio (Galliæ deinde, Nauarræq. Rege) ad Vrbem tranſmiſſum humaniſſimè excepit, qui eiuſdem Regis nomine pro ſua, Gallicíq. Regni ſalute hæreticæ prauitatis deteſtatus errores, Catholicaq. Romanæ Eccleſiæ Dogmata profeſſus, abſolutionem ab anathemate, ac pro Rege titulum Chriſtianiſſimi conſequutus fuit. Apoſtolicos Nuncios ad Tranſiluaniæ Principem, & ad Maronitas in Libano Monte degen-
E tes cum muneribus tranſmiſit. Alphonſo Eſtenſe Ferrariæ Duce mortalibus ærumnis abſque liberis exuto, Ducatum illum ſine cæde, aut ſanguinis effuſione (parato tamen exercitu, fulminatiſq. Cenſuris) Apoſtolicæ Sedi glorioſè recuperauit. In ſequenti anno ipſemet Pontifex Ferrariam profectus, ibiq. ſubſiſtens, duo nobiliſſima coniugia celebrauit, alterum inter Margaritam Auſtriacam præſentem, ac Philippum III. Hiſpaniarum Regem abſentem; alterum inter Albertum Archiducem Auſtriæ præſentem, & Iſabellam Claram Eugeniam Hiſpaniarum Infantem abſentem. Propugnaculum in ea Ciuitate cœpit

cœpit extruere. Pacis nuncium, inter Henricum Chriſtianiſſimum, & Philippum Catho- A
licum Reges, Cardinalis de latere Legati enixa opera firmatæ, ſummo percepit gaudio.
Vrbem reuerſus, exundantis Tyberis alluuionem, ſtragemq. commiſeratus eſt, eximia
pietate, detrimenta, quæ potuit, prohibuit, & ad Diuinam mitigandam iram, ſuppli-
cationes, ieiunia, piaſq. largitiones indixit. Magni Iubilei anno recurrente, eo prius
indicto, maxima poſtmodum, qua enitebat, religione, liberalitate, ac pietate eundem
celebrauit. S. Cæſarij Templum Romæ extruxit. Monaſterium Monialium S. Vrbani
inſtituit. Collegium Scotorum in Vrbe fundauit. Beatum Raymundum Barcinonen-
ſem Dominicani Ordinis profeſſorem inter Sanctos extulit. Rauennatenſi Eccleſiæ Imo-
lenſem, ac Ceruienſem reſtituit. In Capitolina Area prope Cœli Aram Palatium extrui
iuſſit, & in fundamentis primum ipſemet Pontifex lapidem poſuit; at præter fundamen-
ta nil actum vlterius: nobilis verò ædificij molem, cuius idæam Clemens capaci mente
conceperat, Innocentius Decimus opere idæato extruxit. Ad Lateranenſem, Vatica- B
namq. Baſilicas conuerſus, hìc Sacellum mirificè exornauit, illic auguſtiſſimæ Eucha-
riſtiæ Sacellum æreis columnis, picturis, peregrini marmoris cruſtis, alijſq. ornamentis
inſigniuit. Nec forma ineleganti gentilitium in ſacra Prædicatorum Æde Sacellum exor-
nauit. Plura in Vaticano Palatio tum ædificia extruxit, tum extructa picturis, marmoreiſq.
ornamentis decorauit. At vel pauca de Clemente hìc ſubnectere, opus multi temporis,
& laboris foret. Ipſius geſta luculentiſſimè non ſine præconijs recenſentur a Baronio,
Cabrera, Victorello, Vghello, Stringa, Longo, Angelio, Bentiuolo, alijſq. innume-
ris. Viros tantùm indicabo, tanti Pontificis prudentia ſacra Purpura cohoneſtatos, nem-
pe Lucium Saxum Neapolitanum, Franciſcum Toletum Hiſpanum, Petrum Aldobran-
dinum Florentinum, Cynthium Aldobrandinum (Aurelij tamen Paſſeri, & Iuliæ Aldo-
brandinæ filium) Senogallienſem, Syluium Sabellum Romanum, Laurentium Priolum
Venetum, Franciſcum Mariam Taurusium Politianum, Octauium Bandinum Florentinũ, C
Franciſcum Cornelium Venetum, Anna Decars Gallum, Franciſcum ex Comitibus San-
cti Georgij, & Blandratæ, Camillum Burgheſium Romanum, Cæſarem Baronium Sora-
num, Laurentium Blanchettum Bononienſem, Franciſcum Dauila Hiſpanum, Ferdinan-
dum Ninnum de Gueuara Hiſpanum, Bartholomæum Cæſium Romanum, Franciſcum
Manticam Vtinenſem, Pompeium Arigonium Romanum, Andream Perettum de Mõ-
te Alto, Philippum Villielmi Bauariæ Ducis filium, Bonifacium Beuilaquam Ferrarien-
ſem, Bernardum de Roias Hiſpanum, Alphonſum Vicecomitem Mediolanenſem, Do-
minicum Tuſchum Regienſem, Arnaldum Doſſatum Gallum, Paulum Æmilium Zachiã
Ianuenſem, Franciſcum a Dietrichſtain Germanum, Syluium Antonianum Romanum,
Robertum Belarminum Politianum, Bonuiſum Bonuiſium Lucenſem, Franciſcum de
Scobleau Sourdis Gallum, Alexandrum Eſtenſem Ferrarienſem, Ioannem Baptiſtam D
Detum Florentinum, Syluestrum Aldobrandinum Romanum, Seraphinum Oliuarium
Razalium Gallum, Dominicum Gimnaſium de Caſtro Bononienſi, Antonium Zapatam
Hiſpanum, Philippum Spinellum Neapolitanum, Carolum de Comitibus Romanum,
Bernardum Maczicio Vvski Polonum, Carolum Madrutium Germanum, Iacobum Dauy
Gallum, Innocentium de Bubalis Romanum, Ioannem Delphinum Venetum, Iaco-
bum Synneſium Picentem, Erminium Valentium de Triuio, Hieronymum Agucchium
Bononienſem, Hieronymum Pamphilium Romanum, Bernardum Tabernam Mediola-
nenſem, Anſelmum Marzarum Monopolitanum, Ioannem Auriam Ianuenſem, & Caro-
lum Pium Ferrarienſem. At dum Clemens magna glorioſè peragebat, contracto prauo
corporis habitu, ferèque depopulato natiuo calore, die tertia Martij, annoq. 1605. non
ſine Vrbis mœrore morbo oppreſſus occubuit. Ipſius cadauer in Vaticanæ Baſilicæ tem- E
porario tumulo tandiu iacuit, quandiu Paulus Quintus in celeberrimum Liberianæ Ba-
ſilicæ Burgheſianum Sacellum tranſtulit, eiq. nobile marmoreum ſepulchrum excitauit,
additis Statua, & elogio.

CLXI.

CLEMENS VIII. PONTIFEX MAXIMVS
A PATRIA FLORENTINVS
EX ALDOBRANDINA FAMILIA
HIPPOLYTVS ANTEA NVNCVPATVS
A PIO V. PONT. MAX.
INTER ROMANÆ ROTÆ AVDITORES ADSCRIPTVS
POSTEA DATARIÆ A SIXTO V. PRÆFECTVS
EXIMIÆ ERVDITIONIS SVMMÆQ. INTEGRITATIS
LAVDEM PROMERVIT.
AB EODEM SVMMO PONTIFICE
IN AMPLISSIMVM CARDINALIVM ORDINEM
ADLECTVS EST.
MAIORISQ. POENITENTIARII HONORE
B AVCTVS.
LEGATVS ETIAM
AD SIGISMVNDVM POLONIÆ REGEM MISSVS
GLISCENTEM INTER IPSVM
ET RODVLPHVM ELECTVM IMPERATOREM
DISCORDIAM SEDAVIT.
INNOCENTIO IX. PONT. MAX. VITA FVNCTO
AD ECCLESIÆ CATHOLICÆ REGIMEN VOCATVS
PRVDENTIA PIETATE VIGILANTIA
CÆTERISQ. VIRTVTIBVS CHRISTI VICARIO DIGNIS
EXCELLVIT.
C OMNIVMQ. CONSENSV
PONTIFICIBVS VERE MAXIMIS
ADNVMERATVS EST.

Breuis altera ibi ſuperinciſa legitur inſcriptio

CLEMENTI VIII. PONT. MAX.
PAVLVS V. PONT. MAX. ROM.
GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVIT.

D Verùm vt grata Clementinæ beneficentiæ recordatio apud Conſiſtoriales Aduocatos, beneficiorum admodum memores, perpetuò vireſcat, pro coronide, ipſius munificentiſſimi Pontificis Diploma, quo Aduocatorum iura roborantur, ſubnectam. *Petrus Miſeratione Diuina S. Nicolai in Carcere Diaconus Card. Aldobrandinus S. R. E. Camerarius. Venerabili Collegio Prothonotariorum Apoſtolicorum de numero participantium, illiuſq. R. R. P. P. D. D. Prothonotarijs, Comitibus Palatinis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, quacumque auctoritate, & dignitate fungentibus, & functuris, omnibuſq. alijs, quos infraſcripta concernunt, collegialitèr, vel particularitèr, ſeu concernere poterunt aliàs quomodolibet in futurum, illiq. vel illis, cui, vel quibus præſentes noſtræ literæ præſentabuntur, ſalutem in Domino, & mandatorum noſtrorum obedientiam. Noueritis, quòd nuper pro parte Collegij Aduocatorum ſacræ Aulæ Conſiſtorialis fuerunt nobis præſentatæ literæ Apoſtolicæ ſub plumbo, vt moris eſt, expeditæ, non abolitæ, non cancellatæ, aut in parte aliqua ſuſpectæ, quas nos ea, qua decuit, reuerentia recepimus, huiuſmodi ſub tenore, videlicet.* CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI *Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem æqui boniq. ſupremum aſſertorem non ſolum illa, quæ a ſuis* Prædeceſſoribus *rectè, & prouidè ſancita ſunt, ne in contentionis ſcrupulum relabantur, ſed eò firmius illibata ſubſiſtant, quo ſæpius Apoſtolico præſidio fuerint communita, approbationis ſuæ robore conſolidare, verùm etiam dubia deſuper exorta opportunæ declarationis falce reſecare, ac alias in his paſtoralis officij ſui partes efficacisèr interponere, prout iuſtitiæ, & æquitati conſentaneum eſſe cognoſcit. Aliàs ſiquidem per fel. rec. Iulium* Papam III. *prædeceſſorem noſtrum accepto, quòd multi iuri,*

X cini-

ciuilis, & canonici ignari ad Doctoratus gradum indebitè aſpirantes, ſub prætextu, quòd in A
aliqua Vniuerſitate Study generalis operam dando, in tantum profecerant, quòd ad gradum
huiuſmodi ſuſcipiendum idonei exiſtebant, licentiam a Sede Apoſtolica extorquebant, vt ab ali-
quo Prælato, ſeu Perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, etiam de proprijs, inſignia Do-
ctoratus in Romana Curia ſuſcipere valerent, ac eiuſdem licentiæ prætextu, examine, alijſq.
ad id neceſſarijs deſuper minimè adhibitis, contra ſacrorum Canonum ſtatuta, & iuris diſpo-
ſitionem, in ipſius Doctoralis Dignitatis opprobrium ſe ad illius gradum faciebant promoueri,
vnde plura abſurda ſequebantur, & multis ob priuilegia graduatorum Beneficia eccleſiaſtica
aſſequi aſpirantibus, Clerus indoctis replebatur; plures quoque Magiſtratus, qui ex conſuetu-
dinibus, & Statutis locorum per iuris Doctores deberent exerceri, etiam a pluribus indoctis ſic
doctoratis adipiſcebantur, non ſine magno Iuſtitiæ detrimento, ſicque bonis, & induſtrijs, ac
literatis Doctoribus animus concidebat, cum pariter doctis, & indoctis gradus paterent digni-
tatis, & exinde in populu Doctoralis Dignitas vileſcebat, prædictus Prædeceſſor præmiſſis, prout
ex debito Paſtoralis officij tenebatur, præſertim in dicta Vrbe, ex qua vtrumque ius profluit, ac B
deſcendit, & a cuius exemplo cæteræ Orbis partes ſolent regulari, obuiare volens, ac de litera-
rum ſcientia, virtutibus, & meritis Collegij Aduocatorum ſuæ Aulæ Conſiſtorialis, quibus Do-
ctores in vtroque iure creandi, & illis inſignia conferendi ex diuerſis priuilegijs & antiqua cō-
ſuetudine facultas, & auctoritas competebat, ac in eiſdem poteſtas S.R.E. Camerarij, Gymna-
ſijq. almæ Vrbis Cancellarij pro tempore exiſtentium repræſentabatur, plurimùm in Domino
confiſus, Motu ſuo proprio, & ex certa ſcientia per quaſdam ſuas in forma Breuis confectas lite-
ras ſtatuit, & ordinauit, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nullus etiam prætextu cu-
iuſuis licentiæ, ſeu facultatis ab eo deſuper obtentæ, aut priuilegiorum, indultorum, & litera-
rum Apoſtolicarum quibuſuis perſonis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, conditionis, præe-
minentiæ, nobilitatis, & excellentiæ exiſtentibus, etiam Romanæ Curiæ Officialibus, eorumque
Collegijs, ac quacumque dignitate, & honore fulgentibus, aut illorum contemplatione, C
ſeu intuitu, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam
ex titulo oneroſo, & quibuſuis alijs, etiam quantumcumque maximis, & vrgentibus cau-
ſis, ſub quibuſuis verborum formis, & expreſſionibus, ac cum quibuſuis efficaciſſimis, & in-
ſolitis, etiam derogatoriarum derogatorijs clauſulis, etiam talibus, quòd illis nullatenus, aut
nonniſi ſub certis modo, & forma in eis contentis derogari poſſit, irritantibuſque, & alijs decre-
tis per ipſum Iulium, ſeu eius prædeceſſores, ac eandem Sedem, vel alitèr pro tempore conceſſo-
rum, ad gradum Doctoratus in vtroque, ſeu altero iurium ab alio, quàm a Collegio Aduocato-
rum huiuſmodi in dicta Curia aſſumi, ſeu in vtroque, vel altero iurium Doctor creari poſſet, ac
aſſumptiones, & creationes Doctorum, nec non traditiones inſignium Doctoralium per Colle-
gium eorundem Aduocatorum faciendas validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque effectus ſortiri,
alias verò in vtroque, ſeu altero iurium huiuſmodi Doctorum creationes, ac inſignium prædi- D
ctorum traditiones per alios quàm Collegium Aduocatorum huiuſmodi de cætero in ipſa Curia
faciendas, cum inde ſequutis, irritas, & inanes, nulliuſq. roboris, vel momenti eſſe, & cen-
ſeri, ac nemini ſuffragari, nec non ſic aſſumptis ad huiuſmodi Doctoratus gradum pro non Do-
ctoribus haberi decreuit; & deinde piæ me. Pius Papa V. etiam prædeceſſor noſter cum fida rela-
tione intellexiſſet, nonnullos Comites Palatinos, & diuerſos alios prætextu facultatum, ſibi a
Rom. Pont. & Sede prædicta conceſſarum, quamplurimos tam laicos, quàm clericos indoctos, &
inhabiles in iuribus huiuſmodi, ac etiam Theologia, nullo, aut non debito examine præuio, Do-
ctores, Licentiatos, & Magiſtros creaſſe, & promouiſſe, vt ad dignitates, cæteraq. Beneficia ec-
cleſiaſtica facilius aſſumerentur, & de illis eis prouideretur, in animarum ſuarum iacturam,
& quamplurimorum ſcandalum, his quoque obuiare volens, Motu, ſcientia, & poteſtatis ple-
nitudine ſimilibus, quadam perpetuò valitura Conſtitutione omnia, & ſingula facultates, & E
indulta eiſdem Comitibus, ac etiam quibuſuis Officialium prædictæ Curiæ Collegijs, ſingulíſque
alijs perſonis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & preeminentiæ exiſtentibus ad Doctoratus,
Licentiaturæ, & Magiſterij gradum promouendi per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſo-
res ſuos, & Sedem prædictam, ac etiam ſe ipſum, etiam eiſdem motu, ſcientia, & poteſtatis ple-
nitudine quomodolibet conceſſa, confirmata, & innouata, illorum tenores tunc pro expreſſis ha-
bens perpetuò reuocauit, caſſauit, & annullauit; inſuper decreuit, & declarauit, eos, qui a Co-
mitibus Palatinis, & alijs prædictis promoti fuerāt, quoad dignitates, cæteraq. Beneficia eccleſia-
ſtica nulla gradus prærogatiua frui poſſe, vel debere, quibuſuis facultatibus, priuilegijs, indul-

tis,

tis, & literis Apoſtolicis, eiſdem Comitibus, & Collegijs, nec non quibuſuis alijs, ex quauis etiam
A *vrgentiſſima, & oneroſa cauſa, etiam in vim contractus inter eos, & Sedem prædictā initi, etiā*
Motu pari, & Conſiſtorialitèr, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approba-
tis, & innouatis expreſsè derogando. Et ſucceſſiuè recol. mem. Sixtus Papa V. ſimilitèr præde-
ceſſor noſter etiam per quaſdam ſuas literas inter alia omnia, & quæcumque priuilegia Collegio
Aduocatorum huiuſmodi per prædictum Iulium, & quoſcumque alios Romanos Pontifices præde-
ceſſores ſuos ſuper facultate creandi Doctores etiam priuatiuè quoad omnes alios conceſſa, illorū
omnium tenores etiam pro expreſſis habens confirmauit, & innouauit, ac quatenus opus eſſet,
de nouo conceſſit, Conſtitutioni ſuæ de non tollendo iure quæſito etiam expreſsè derogando, ac
aliàs, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Poſtmodum verò pro parte Collegij
Aduocatorum huiuſmodi nobis expoſito, quoòd prædicta eorum priuilegia a Collegijs aliorum di-
ctæ Curiæ Officialium, & præſertim dilectorum filiorum Notariorum noſtrorum de numero par-
ticipantium prætextu cuiuſdam priuilegij per prædictum Sixtum prædeceſſorem ſub Dat. vide-
B *licet Non. Februarij Pontificatus ſui anno primo Collegio Notariorum huiuſmodi conceſſi labe-*
factari, & ferè iam conſuetudinem, ſeu potius abuſum irrepſiſſe, vt nonnulli ad Doctoratus lau-
ream aſpirantes, & de propria idoneitate diffidentes, nullo rigoroſo a Collegio Aduocatorum hu-
iuſmodi faciendo, ſed quodam alio inter priuatos parietes a propitijs, & confidentibus Doctori-
bus habito examine, per certas particulares perſonas prætextu quorundam priuilegiorum, &
indultorum Apoſtolicorum eis, vt aſſerebant, conceſſorum ad vtriuſque iuris Doctoratus gra-
dum aſſumebantur, & quandoque etiam accidiſſe, vt a Collegio Aduocatorum huiuſmodi re-
probati ab illis nihilominus admitterentur, Nos, vt vnicuique Collegiorum tam Aduocatorum,
quàm Notariorum huiuſmodi, quorum ſingulares perſonæ familiares noſtri exiſtunt, iura ſua
illæſa ſeruarentur, & ne propterea lites inter eos deſuper agitari contingeret, cauſam huiuſmodi
dilecto filio Magiſtro Seraphino Oliuario Cappellano noſtro, & cauſarum Palatij Apoſtolici Au-
C *ditori cognoſcendam, ac Nobis referendam primò per memoriale noſtrum, & deinde facta No-*
bis ab eo ad fauorem Collegij Aduocatorum huiuſmodi relatione, rurſus illi oretenus, vt ean-
dem cauſam in Palatij huiuſmodi Auditorio proponeret, commiſimus: & tandem dicta cauſa
in eodem Auditorio die 3. menſis Aprilis anni Domini 1598. propoſita, cum ibidem reſolutum
fuiſſet, priuilegia Collegij Aduocatorum huiuſmodi præualere, & nihilominus Collegium huiuſ-
modi Notariorum, & illius particulares Perſonæ reſolutioni prædictæ non acquieſcerent, ſeq. par-
ticularitèr, ac etiam Collegialitèr priuilegio ipſis per prædictum Sixtum prædeceſſorem, vt præ-
mittitur conceſſo vti, ac aliqua, quæ in Auditorio prædicto deducta non fuerant, per ipſos de no-
uo proponi poſſe prætenderent, Nos zelo iuſtitiæ vnicuique eorundem Collegiorum æqua lance,
vt decebat, adminiſtrandæ permoti, dilecto filio noſtro Laurentio tit. S. Laurentij in Pane, &
Perna Presbytero Cardinali Blanchetto dedimus in mandatis, vt iterum iura, & rationes Col-
D *legiorum Aduocatorum, & Notariorum coram ipſo verbotenus, vel in ſcriptis deducenda cogno-*
ſceret, & intelligeret, ac poſtmodū Nobis referret; Qui quidem Laurentius Cardinalis partibus
ipſis ſæpius auditis, illorumq. iuribus, & rationibus maturè perpenſis, & conſideratis, Nobis etiā
retulit circa præmiſſa Collegium Aduocatorum huiuſmodi bonum ius fouere, eorumq. priuilegia
doctorandi in vtroque iure priuatiuè quoad omnia alia Collegia, & perſonas, præſertim Nota-
riorum prædictorum in Curia, & Vrbe prædictis, ipſiuſq. Vrbis Diſtrictu præualere, & præfe-
renda eſſe. Quare pro parte Collegij Aduocatorum huiuſmodi Nobis fuit humilitèr ſupplicatū,
quatenus ſuis priuilegijs, alijſq. præmiſſis pro eorum ſubſiſtentia perpetua, & inuiolabili obſerua-
tione robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, ac aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de be-
nignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Collegij Aduocatorum huiuſmodi indemnitati,
& ſimul abſurdis, & inconuenientibus ſupradictis quantum cum Deo poſſumus, conſulere,
E *ac ne de cætero inhabiles ad huiuſmodi gradus admittantur prouidere volentes, necnon ſingula-*
res perſonas Collegij Aduocatorum huiuſmodi a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, &
interdicti, alijſq. eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occa-
ſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dum-
taxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ac ſingularum Litera-
rum, Conſtitutionum, Ordinationum, Statutorum, aliorumq. præmiſſorum omnium, & alio-
rum neceſſariorum, ac inde ſecutorum quorumcumque, nec non infraſcriptorum Statutorum,
Conſuetudinum, Ordinationum, Capitulorum, & Conſuetudinum veriores, & totos tenores,

CLXIV.

*ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicatio-
nibus inclinati, ſupradictas eorundem Prædeceſſorum literas, ac per illas Collegio Aduocatorum A
huiuſmodi conceſſa priuilegia, & indulta, ac in eis contenta quæcumque; præterea omnia, &
ſingula Statuta, Conſtitutiones, Ordinationes, & Capitula per Collegium Aduocatorum huiuſ-
modi, pro eius, ac negociorum illi, nec non Gymnaſio prædicto, cuius Rectoratus eidem Collegio
Aduocatorum Apoſtolica auctoritate vnitus, & annexus reperitur, incumbentium, perſonarumq.
eis ſubiectarum felici regimine, & gubernio facta, & condita, licita tamen, & honeſta, ac ſa-
cris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, Conſtitutionibuſq. Apoſtolicis minimè contra-
ria; nec non quaſcumque conſuetudines laudabiles, & honeſtas Apoſtolica auctoritate tenore
præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſq. plenariæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ
firmitatis robur adycimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quàm facti, nec non ſolemnitatum
quarumcumque quomodolibet omiſſarum, alioſq. defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem
ſupplemus, illaq. omnia auctoritate, & tenore prædictis innouamus, & de nouo concedimus, ac
ab omnibus, & ſingulis perſonis, ad quas pro tempore ſpectat, & ſpectabit in futurum, inuio- B
labiliter perpetuò ſeruari volumus, mandamus, & ordinamus. Inſuper Collegio Aduocatorũ
huiuſmodi, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus præter ipſos nulla omnino alia perſona
cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, conditionis, ordinis, preeminentiæ, nobilitatis, & ex-
cellentiæ exiſtens, ac quacumque dignitate, & honore præfulgens, nullum præterea aliud Colle-
gium Romanæ Curiæ Officialium, & Notariorum de numero participantium huiuſmodi, etiam
vigore, ſeu prætextu quorumcumque priuilegiorum, indultorum, licentiarum, facultatum, &
literarum Apoſtol. etiam motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiã ex titulo oneroſo, ac quibuſ-
cumq. alijs etiam quantumcumq. maximis, & vrgentiſſimis ſub quibuſuis verborũ formis, & ex-
preſſionibus, ac cum quibuſuis efficaciſſimis, etiam derogatoriarũ derogatorijs clauſulis, etiam tali-
bus, quòd illis nullatenus, aut nonniſi ſub certis modo, & forma in eis contentis derogari poſſit,
irritantibuſq. & alijs decretis per ſupradictos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices præde- C
ceſſores noſtros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam quomodolibet conceſſorum, ſeu etiam confir-
matorum, & innouatorum, quibuſcumque perſonis, & cuiuſuis dignitatis, gradus, & conditio-
nis exiſtentibus, etiam maximè idoneis, & habilibus gradum Doctoratus, & Licentiaturæ in
vtroque, ſeu altero iurium in Curia, & Vrbe, ac Diſtrictu prædictis conferre, eaſq. ad huiuſ-
modi gradum promouere, Doctoratuſq. ſeu Licentiaturæ inſignia conferre, ac tales in Doctores,
ſeu Licentiatos creare poſſint, ſed quòd munus, ſeu priuilegium, ac facultas creandi Doctores,
ſeu Licentiatos in vtroque, vel altero iurium, ac conferendi inſignia Doctoratus, & Licentiatu-
ræ ſolummodò ad Collegium Aduocatorum huiuſmodi priuatiuè quoad omnes alias perſonas cu-
iuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, ac omnia alia Collegia Officialium dictæ Cu-
riæ, & Notariorum de numero participantium prædictorum perpetuò ſpectet. Demum Collegio
Aduocatorum huiuſmodi, quòd ſupradicta eorum Statuta, Conſtitutiones, Ordinationes, & Ca- D
pitula, ac ſtilos, vſus, & conſuetudines pro rerum tempore, & perſonarum qualitate, ac quoties
eis expedire videbitur, abrogare, caſſare, mutare, alterare, & alia illorum loco facere, conde-
re, edere, & ſeruare, liberè, & licitè valeant, quæ poſtquam facta, condita, & edita fue-
rint, dummodo, vt præmittitur, licita, & honeſta, ſacriſq. Canonibus, & Decretis dicti Conci-
lij, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis contraria non exiſtant, eo ipſo dicta auctoritate confirmata
ſint, ac ab omnibus, & ſingulis, quos ea concernunt, in futurum ſub pœnis in eis contentis obſer-
uari debeant, eiſdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo concedimus, & indulgemus, ple-
namq. liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem impartimur; nec non quibuſuis
alijs perſonis, & Collegijs etiam Notariorum de numero participantium huiuſmodi, ne de cæ-
tero perſonas quaſcumque etiam quomodolibet optimè qualificatas in eiſdem Curia, Vrbe, &
Diſtrictu ad Doctoratus, ſeu Licentiaturæ gradus aſſumere, ſeu illis eorum inſignia tradere quo- E
quo modo, etiam vigore priuilegiorum, & indultorum ad hoc eis auctoritate prædicta conceſſo-
rum, ac etiam confirmatorum, & innouatorum audeant, vel præſumant, diſtrictiùs inhibemus.
Quinimò priuilegia, licentias, facultates, & indulta eis conceſſa prædicta quoad hoc auctorita-
te, & tenore ſimilibus reuocamus, caſſamus, & annullamus. Decernentes, quaſcumque Do-
ctoratus, ſeu Licentiaturæ in vtroque, ſeu altero iurium creationes, eorumq. inſignium traditio-
nes ab alijs, quàm Collegio Aduocatorum huiuſmodi, etiam per Comites Palatinos, ac prædictos
Notarios etiam de numero participantium, eorumq. Collegium de cætero in Curia, Vrbe, &*

Diſtri-

CLXV.

Diſtrictu prædictis faciendas cum inde ſecutis quibuſcumque nullas, irritas, & inanes, nulliuſ-
A *que roboris, & momenti eſſe, fore, & cenſeri, neminiq. ſuffragari, ipſoſq. ab alijs, quàm Colle-*
gio Aduocatorum ad Doctoratus, ſeu Licentiaturæ gradum huiuſmodi aſſumptos pro non Doctori-
bus, ſeu Licentiatis haberi, ac ad officia, beneficia, dignitates, & honores, quæ nonniſi Doctori-
bus concedi, vel conferri debent, vel conſueuerunt, inhabiles, & incapaces prorſus eſſe, & cen-
ſeri debere, neque præſentibus ex quauis cauſa, vel occaſione, etiam per Nos, & Sedem prædi-
ctam, ac etiam Conſtitutiones Apoſtolicas, aut Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas editas, & eden-
das, ac quaſcumque literas Apoſtolicas in forma Breuis, etiam quòd tenores, & forma illarum
habeantur pro expreſſis, ſeu alias clauſulas, & decreta quæcumque in ſe continentes, Notarijs
etiam de numero participantium, ac Comitibus Palatinis, ac alijs Officialibus, & perſonis præ-
dictis, & eorum Collegijs pro tempore conceſſas, etiam vigore implicitæ derogationis latiſſimè
extenden. in ſupplicationibus deſuper pro tempore ſignatis appoſitæ in genere, vel in ſpecie de-
rogari, ipſaſq. præſentes etiam ex eo quòd intereſſe habentes, vel prætendentes ad hoc vocati non
B *fuerint, aut quauis alia cauſa de ſubreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel*
quopiam alio defectu notari, impugnari, inualidari, reuocari, caſſari, ſuſpendi, limitari, aut
in aliquo alterari minime poſſe, & quoties eis derogari, ſeu illas reuocari, caſſari, limitari,
aut alterari contigerit, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, etiam ſub poſteriori, aut
alia quauis data per Collegium Aduocatorum huiuſmodi pro tempore eligenda reſtitutas, repeti-
tas, & reintegratas, ac de nouo conceſſas eſſe fore, & cenſeri, ſicq. in præmiſſis omnibus, & ſin-
gulis per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, & cauſarum dicti Palatij Auditores, ac S. R. E.
Cardinales iudicari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquã
etiam ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordi-
nationibus Apoſtolicis, nec non quibuſuis priuilegijs, facultatibus, indultis, & literis Apoſtolicis,
Collegijs Notariorum etiam de numero participantium, ac aliorum Officialium huiuſmodi, nec
C *non dictis Comitibus Palatinis, ac quibuſuis alijs, etiam ex quauis cauſa vrgentiſſima, & titulo*
oneroſo, ſeu in vim contractus inter eos, & Sedem prædictam initi, Motu, ſcientia, & poteſtatis
plenitudine ſimilibus, etiam Conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus con-
ceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumq. totis tenoribus ſpe-
cialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua mentio, non autem per clauſulas generales idem impor-
tantes, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,
tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo, ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita
obſeruata inſerti forent eiſdem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes quoad hunc effectũ
hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſ-
cumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis,
approbationis, adiectionis, ſuppletionis, innouationis, conceſſionis, voluntatis, mandati, or-
D *dinationis, indulti, inhibitionis, reuocationis, caſſationis, annullationis, decreti, & deroga-*
tionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,
indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit in-
curſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1599. *Idibus Februa-*
rij, Pontificatus noſtri anno 9. *N. Lombart. C. Mancinellus. Henricus Gillart pro Magiſtris.*
V. Robertus. C. Pamphilius. V. Carlettus. Io. Caſ. Attorettus pro Præfecto Sollicit. I. Bombellus.
D. Franco. I. Zianus. Loco † *plumbi.* ET DEINDE *pro eiuſdem Collegij Aduocatorum*
parte fuimus inſtanter requiſiti, quatenus præinſertas Literas obſeruari mandare, aliàſq. in præ-
miſſis opportunè prouidere dignaremur. Nos itaque attendentes, requiſitionem huiuſmodi fore
iuſtam, & rationi conſonam, volentes Ordinationes Apoſtolicas ab omnibus obſeruari, & debi-
tæ executioni demandari, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum
E *præinſertas Literas Apoſtolicas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, & expreſſa intimamus,*
inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtrum, & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, & de-
duci volumus per præſentes. Et nihilominus vobis eiſdem omnibus, & ſingulis ſupradictis cõ-
mittimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim vi-
ſis præſentibus, ac toties quoties illarum vigore fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrum fuerit re-
quiſitus, ſub mille ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, aliiſq. cenſuris, & pœnis
eccleſiaſticis præinſertas Apoſtolicas, & præſentes noſtras Literas, & contenta in eis quæcumque
in omnibus, & per omnia iuxta illorum formam, & tenorem inuiolabiliter, & ad vnguem ob-
ſeruetis.

ſeruetis, adimpleatis, & exequamini, ac ab omnibus obſeruari, adimpleri, & exequi faciatis, &
mandetis. Non permittentes, Collegium Aduocatorum prædictorum contra illorum formam, A
& tenorem quomodolibet moleſtari. Inhibendo inſuper, & expreſsè præcipiendo mandantes vo-
bis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum ſub antedictis pœnis, ne Col-
legium prædictum contra præinſertarum, & præſentium noſtrarum Literarum formam, & teno-
rem moleſtare, vel perturbare, nec quidquam in dictarum Literarum ſpretum, & contemptum,
ac iuriſdictionis prædicti Collegij vilipendium, detrimentum, damnum, & præiudicium quid-
quam attentare, vel innouare, attentatumue, ſeu innouatum proſequi, mediare, terminare,
vel finire audeatis, ſeu præſumatis, aut veſtrum aliquis audeat, ſiue præſumat per ſe, vel alium,
ſeu alios quouis prætextu, occaſione, vel cauſa. Alioquin contra inobedientes, & præmiſſis non
parentes, ad pœnarum prædictarum incurſus declarationem, illarumq. omnimodam executio-
nem procedemus, & procedi mandabimus, contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. In quo-
rum omnium, & ſingulorum præmiſſorum fidem has præſentes fieri, & per infraſcriptum no-
ſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ notarium ſubſcribi, ſigilliq. dicti noſtri Camerariatus Officij feci- B
mus appenſione muniri. Dat. Romæ in Camera Apoſtolica anno ab eiuſdem Domini Natiui-
tate 1601. Indictione 14. Die verò 12. Menſis Septembris. Pontificatus Sanctiſſimi in Chri-
ſto Patris, & D.N. D. Clementis Diuina Prouidentia Papæ Octaui anno X.

P. *Card. Aldobrandinus Cam.*

Cæſar Bartolellus Auditor.

Demophoon Ferrinus.

C

Die ſexta Auguſti 1605. introſcriptum Mandatum de obſeruando priuilegia præſentatum, &
intimatum, ac notificatum fuit R. P. D. Hieronymo de Auila Decano Ven. Collegij Ill. & R.R.
D.D. Protonotariorum Apoſtolicorum de numero participantium. Item die 8. eiuſdem D. Ma-
ſentio Gerardello illius Secretario, tradita ipſis illarum copia perſonalitèr. Et die 9. eiuſdem
R.P.D. Ioanni Baptiſtæ Vines perſonalitèr abſque dimiſſione copiæ. Et die 11. eiuſdem R.P.D.
Alphonſo Giliolo. Et die 13. eiuſdem R.R. P.P. D.D. Antonio Maſſa, Franciſco Iuſtiniano,
& Alexandro Matthæo. Et die 26. eiuſdem R.P.D. Antonio Fachinetto Prot. ſupradicti Colle-
gij perſonalitèr abſque dimiſſione illarum copiæ, per me Ioannem Baptiſtam Bagni SS. D. N.
Papæ Curſorem. *Bart. Dinius Mag. Curſ.*
Die 9. Septembris eiuſdem anni introſcriptum Mandatum de obſeruando Priuilegia præſenta-
tum, & intimatum fuit perſonalitèr D. Io. Baptiſtæ Lilio cum dimiſſione copiæ in eius manibus D
per me P. Aloyſium Peregrinum S.D.N. Papæ Curſ. Redeamus ad ſeriem Aduocatorum.

FABRITIVS LAZZARVS Dertonenſis. Friderici Card. Cæſij olim
Auditor. Anno 1566. Angelo Cæſio Aduocati ſacri Conſiſtorij mu-
nus liberè dimittente, Fabritius in locum ipſius, Pio V. iubente,
ſubrogatur. S.P.Q.R. iura tutatus eſt eiuſdem in Vrbe Aduoca-
tus; Romanorumq. Statutorum congeſtioni aſtitit. Naturæ debitū
ineuitabile ſoluit anno 1585. Legitur ipſius *Conſilium* impreſſum
a Franciſco Ziletto in volumine Conſiliorum pro Triuultijs edito- E
rum pag. 87.

Vixere S. Lazarus de Lazaris Mediolanenſis, anno 440. Archiepiſcopus eiuſdem
Ciuitatis renunciatus. Ioannes Antonius Lazzarus Durantinus, anno 1572. ad Ame-
rinenſem Sedem euectus. Petrus Antonius Lazzarus Papienſis, Philoſophus, Theolo-
guſque percelebris, qui elaborauit *Canonicarum Quæſtionum in vtroque, tam interno,*
quàm externo foro practicabilium, ſectionem vnicam. De blaſphemia. De Monitorijs.
Summam, ſiue Compendium omnium operum Martini ab Azpilcueta Nauarri, iam per Ia-
cobum

A *cobum Caſtellanum collectum, nunc verò reformatum, purgatum, emendatum, declaratum, ac perutilibus adiectionibus auctum, adiectis declarationibus ſacri Concilÿ Tridentini. Horologio della Paſſione di Chriſto*; alia in ſcriptis latitant.

MARCVS ANTONIVS BIZZONIVS Romanus. Ioannis Baptiſtæ Fiſci, Cameræq. Apoſt. generalis Procuratoris Fiſcalis filius. Vtriuſque iuris laurea die 24. Iulij 1566. in Vrbe donatus; Pij poſtmodum Quinti munificentia, Bonſignore Finetto inter Romanæ Rotæ Auditores adſcripto, anno 1567. Conſiſtorialis Aduocatus promulgatus. *Dilectum filium* (Pontificis verba) *Marcum Antonium Bizonum clericum Romanum I. V. D. apud Nos de literarum ſcientia, vita, ac morum honeſtate, alÿſq. probitatis, & virtutum meritis multipliciter commenda-*
B *tum*. In Romanæ Sapientiæ Academia Iura publicè profeſſus eſt, non ſine ſui nominis celebritate. Sixto Quinto ſedente, ad Fulginatenſem Eccleſiam, per obitum Conſtantij Bargellini Paſtorali ſolatio deſtitutam, anno 1586. aſſumptus; & ad Regnum Neapolitanum Apoſtolicus Nuncius deinde tranſmiſſus. Fato functus eſt anno ætatis ſuæ 59. humanæq. ſalutis 1606. Cadauer in Cathedrali Falginatenſi tumulatum, compendioſa hæc indicat inſcriptio.

MARCVS ANTONIVS BIZZONIVS
ROMANVS
C EPISCOPVS FVLGINATENSIS
M.D.C.V.I.

Marci Antonij virtutes non vulgares Vghelli calamo vberrimè exaratas audiamus. *Fulginas deinde grex Marcum Antonium Bizzonium Romanum Paſtorem excepit, vtriuſque iuris conſultiſſimum virum, publicum per Italiam legum Profeſſorem, atque Aduocatum Conſiſtorialem, Sixto V. Pontifice Maximo die 8. Ianuarÿ 1586. Neapoli pro Pontifice fungens Legatione, aliquandiù abfuit a grege. Hic innocentis vitæ, animique candoris præcipui fuiſſe narratur, tantæ autem liberalitatis, ac munificentiæ in omnes, præcipuè in eos, quos magis verecundia, quàm indigentia premit, vt in hoc genere mira de eo fama traduxerit ad poſteros.*
D *Illud autem in primis narrandum venit, vnde paria, vel maiora poſſint lectores colligere. Erat aliquando Marco Antonio ad Limina Apoſtolorum inſtitutum iter, cauſaq. profectionis eam pecuniam congeſſerat, quæ itineri ſuffectura videretur; dum antē egreditur limen, vt ſe in viam daret, ecce ibi nobilis quidam prouolutus in genua, docet Epiſcopum tanta ſe cum verecundia indigentia premi, vt tota ſua familia non procul a deſperatione videretur abeſſe: exhorruit Epiſcopus ad neceſſitatem narrantis, ſuaq. domus ſtatim adminiſtratore accito, iuſſit proferre nummos, Romam proficiſcenti viaticum futurum: iuſſus ille protulit crumenam, quam Bizzonus acceptam, ſuis manibus repræſentauit egeno, malens neceſſario itinere abſtinere, quā vnius ouiculæ defuiſſe neceſſitati. Tanto autem ſtudio Diuini cultus flagrabat, vt non ſemel viſus ſit Beatiſſimæ Deiparæ Imagines, quas vel puluis, vel aliqua labes infeciſſet, linguæ lictu reuerentèr detergere. Concionabatur frequentèr ad populum, caſuſq. conſcientiæ Clerum ſibi*
E *creditum edocebat, ne in ancipiti illo Pœnitentiæ foro temerè ſententiam ferret. Huic Eccleſiæ viginti annos cum laude, cumq. animarum iucunditate, & fructu præfuit, poſt quos, cum ſe morti propiorem intellexiſſet, miro deuotionis ardore, exitum ſuum Sacramentis muniuit, cum è paupere, viliq. ſtratu Imaginem Chriſti è Cruce pendentis complexans manibus, prius ad circumſtantes de Mundi vanitate fuiſſet concionatus, quibus cum vberes commouiſſet lachrymas, inter manus Ioannis Baptiſtæ Vitellÿ eximiæ pietatis viri, qui Epiſcopo cum morte luctanti aſſiduè adeſſe voluit, ſpiritum exhalauit.* Petr. Pacl. in tract. de tortur. q. 3. num. 21. *Et ita in practica continuò ſeruari dicebat excellentiſſimus, & honorandus præceptor meus D. Marcus Antonius*

Digitized by Google

CLXVIII.

Antonius Binzonins Ciuis Romanus, legens in prima Cathedra in almo Vrbis Gymnaſio: volui tantum virum referre, vt ſciant omnes non eſſe in practica ab hac conſuetudine recedendum. A
Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. q. 11. *Dicebat aliàs excellentiſſimus dominus meus, & praeceptor D. Marcus Anto. Bizonus nunc digniſſimus Epiſcopus Fulginaten. & Nuncius Sedis Apoſtolicæ in Regno Neapol.* Iacobil. in Diſcurſu Ciuitatis Fulginei pag. 39. *Marc' Antonio di Gio: Battiſta Bizzoni da Roma, ma originario di Lodi, eſſendo Auuocato Conciſtoriale in Roma, fu da Papa Siſto V. a di 6. di Gennaro 1586. creato Veſcono di Foligno: era di molta eruditione, zelo, e bontà: morì à di 26. d'Aprile 1606. riposa nella Catedrale con depoſito di pietra.*

Proſapia Bizzonia vetuſta nobilitate præfulſit Romæ, Venetijs, Mediolani, Cremonæ, in Foro Diuguntorum, vulgò Crema, & alibi. Strenuos, militiæq. peritos Duces in lucem dedit, de quibus ad ſaturitatem apud Creſcentium de nobilit. Ital. par. 2. narrat. 10. cap. 1. pag. 415. & ſeqq. vſque ad 432. ac alibi ſæpius par. 1. & 2. Nec viri defuerunt ſacris Infulis coronati. Vixere præ cæteris Leonardus Bizzonius Vulturarienſis An- B
tiſtes. Rutilius anno 1586. Lauretanus, & Recanatenſis Epiſcopus creatus, qui haud modicè ab Vghello commendatur; quiq. edidit *Speculum Epiſcoporum. De Interdicti in Venetos iuſtitia. De Iubilæo. De fuga. De eccleſiaſtica immunitate. De Beata Virgine. Diſſertationes, & Commentaria in Canticum Magnificat.* Paulus Baſilicæ Lateranenſis Canonicus, annoq. 1632. Soranus Præſul renunciatus. Hieronymus Benſonius Mediolanenſis, qui longo itinere per Europam, Indiaſq. peregrinatus, *De Indijs occidentalibus, ſiue de America* conſcripſit partes 4. 5. 6. & 7.

CAMILLVS BVRGHESIVS Romanus. Marci Antonij I. C. celeberrimi, & Flaminiæ Aſtalliæ filius, anno 1552. Orbi datus. Die 22. C
Octobris 1569. vtriuſque iuris laurea in Vrbe decoratus, eademque die a genitore, ex facultate ſibi a iure communi attributa, & ex conſuetudine hactenus obſeruata, ac vigore priuilegiorum Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium, in ſui ipſius locum, cum per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamcumque aliam amiſſionem, vel dimiſſionem vacare contigiſſet, Coadiutor nominatus, & ab Aduocatis libentiſſimè exceptus. Triumannorum decurſu in Collegio ſedit. Ad maiora demigraturus, die 20. Septembris 1572. paternam nominationem in publicis Aduocatorum comitijs dimiſit. Mox inter vtriuſque Signaturæ Referendarios adſcriptus. Liberianæ Baſilicæ Vicarius promulgatus. Alexandri deinceps Cardinalis Montalti Bononiæ Prolegatus. Apoſtolicæ Cameræ Auditor in locum demortui germani fratris Horatij Burgheſij ſubrogatus. Pontifi- D
cis extraordinarius ad Philippum Secundum Hiſpaniarum Regem cum poteſtate de latere Legati Nuncius. Vaticana Purpura ab Octauo Clemente inſignitus. Æſinus Epiſcopus renunciatus. Vrbis Vicariatu cohoneſtatus. Tandem ad ſupremum Orbis faſtigium Pauli Quinti nomine, die 16. Maij anno 1605. ætatis ſuæ 53. fauſtiſſimo plauſu euectus. Tanti Pontificis religionem, pietatem, prudentiam, munificentiam, iuſtitiam quis non miratur? Ipſius geſta in compendium redacta celerrima narratione percurram. Solemni Pentecoſtes celebritate in Vaticana Principis Apoſtolorum Baſilica cõſueto ritu Franciſcus Cardinalis Sfortia Diaconorum prior Pontificio capiti tiaram triplici corona diſtinctam, gemmiſq. grauem impoſuit. Menſe Nouembri è Vaticano ad Lateranũ, plaudentibus fluctuantium turbarum acclamationibus, triumphali pompa proceſſit Paulus. Annonæ copiam nedum in Vrbe, ſed in Eccleſiaſtica vniuerſa Ditione inceſſantèr alere E
ſtuduit: ad illius vbertatem 800. aureorum millia erogauit: hortea ad Thermas Diocletiani ampliſſimo ædificio dilatauit. Aulæ Romanæ Tribunalia æquiſſima ſanctione reformauit. Diſſidia inter Sabaudiæ, Mantuæq. Duces ſedauit. Chriſtianos Principes ad animos, armaq. pro Hungarici Regni, publicaq. ſalute contra efferum Turcarum Tyrannum iungenda enixè hortatus, ipſe ad Cæſarem auxilia tranſmiſit. Regis Congi, Regis Voxij apud Iaponios, Regiſq. Perſarum Legatos ad ſe miſſos humaniſſimè excepit. Linguas latinam, græcam, hebraicam, & arabicam in Religioſorum Academijs edoceri

ſanci-

Digitized by Google

CLXIX.

A ſanciuit. Ædificia quamplura ad Vrbis ornatum excitauit. In Liberiana Baſilica Sacel-
lum toto terrarum Orbe celeberrimum Deiparæ ſemper Virgini dicatum a fundamentis
condidit, lapidibus, marmoribuſq. pretioſis, gemmis, picturis, ſtatuis, ſacraq. ſupelle-
ctili mirificè exornauit. Canonicorum eiuſdem Baſilicæ conclauia extruxit. Vaticanum
auguſtiſſimum Templum acceſſione non exigua, porticuq. inſigni ad ſtuporem amplia-
uit. Apoſtolorum Petri, & Pauli Confeſſioni (quam vocant) ornamentorum vario ge-
nere decus addidit. Vaticanam Regiam multis in partibus ædificijs adauxit. Bibliothe-
cam dilatauit, ibique proximum Tabularium, pro ſecretioribus Apoſtolicæ Sedis monu-
mentis aſſeruandis, condidit. In Quirinali Palatio ampliſſimum Pontificium Sacellum,
Sacrarium, & Palatium ipſum pluribus in locis a fundamentis extruxit. Eremitis Camal-
dulenſibus ſolum in agro Tuſculano ad Eremum fundandam largitus eſt. Aram princi-
pem in S.Agnetis Templo extra Vrbem elegantèr extruxit. Marmoream columnam ex
B Templi Pacis fori boarij ruinis exportatam ante Liberianam Baſilicam erigi iuſſit, Deipa-
ræq. Statua impoſita, religioſo trophæo dicauit. Ex agro Braccianenſi veteribus aquæ
Alſietinæ ductibus reſtitutis, nouiſq. adiectis, in Vrbem aquam induxit, Leoninam re-
gionem varijs, vberrimiſq. fontibus locupletatam, aquarum inopia liberauit. Ferrarien-
ſem Arcem a Clemente Octauo inchoatam abſoluit. Centumcellarum Portum, & Ar-
cem reſtaurauit, ac auxit. Fanenſem Portum, Burgheſium nuncupandum, aperuit. Ca-
rolum Borromæum Mediolanenſem, & Franciſcam Romanam è Laurentij mariti fami-
lia de Pontianis nuncupatam, in Sanctorum album retulit. Aureorum centum millia
quotannis inter egenos diſtribuit. Sexaginta viros, ſeu natalium nobilitate, ſeu virtu-
tis prærogatiua eximios ſacra Purpura inſigniuit, nempe Scipionem Caffarellum Romanũ
ipſius Pontificis ex ſorore nepotem, Burgheſiano cognomine, ſtemmateq. donatum;
C Ludouicum de Torres Romanum; Maphæum Barberinum Florentinum, quem ſubſe-
quuta ætas meritis onuſtum in Vaticano throno ſedentem venerata eſt; Bartholomæum
Ferratinum Amerinum; Ioannem Garſiam Millinum Romanum; Horatium Spinulam
Ianuenſem; Bonifacium Caietanum Romanum; Marcellum Lantem Romanum; Ho-
ratium Maffæum Romanum; Franciſcum Forgazium Tranſiluanum; Franciſcum Roche-
foehaldum Gallum; Hieronymum Xaueres Hiſpanum; Mauritium a Sabaudia Sabaudi
Ducis filium; Ferdinandum Gonzagam Mantuani Ducis genitum; Michaelem Angelum
Tontum Ariminenſem; Fabritium Verallum Romanum; Io: Baptiſtam Lenium Romanũ;
Lanfrancum Margotium Parmenſem; Aloyſium Capponium Florentinum; Decium
Carafam Neapolitanum; Dominicum Riuarolam Ianuenſem; Metellum Bichium Se-
nenſem; Ioannem Bonſium Florentinum; Philippum Filonardum Romanum; Petrum
Paulum Creſcentium Romanum; Iacobum Serram Ianuenſem; Auguſtinum Galaminũ
D Brixichellenſem; Horatium Lancellottum Romanum; Gaſparem Borgiam Hiſpanum;
Felicem Centinum Aſculanum; Franciſcum Vendramenum Venetum; Ludouicum
Guiſium a Lotharingia Gallum; Robertum Vbaldinum Florentinum; Tiberium Mutũ
Romanum; Gabrielem Treſſium Paniaquam Hiſpanum; Balthaſarrem de Sandoual Hi-
ſpanum; Carolum Medices Florentinum magni Ducis Etruriæ germanum fratrem;
Vincentium Gonzagam Mantuæ Ducis germanum fratrem; Iulium Sabellum Ro-
manum; Alexandrum Vrſinum Romanum; Melchiorem Kleſſelium Germanum; Ale-
xandrum Ludouiſium Bononienſem, qui deinde Petri ſolium conſcendit Gregorij XV.
nomine; Ladiſlaum de Aquino Neapolitanum; Octauium Belmuſtum Ianuenſem,
Petrum Camporeum Mutinenſem; Matthæum Priolum Venetum; Scipionem Cobel-
lutium Viterbienſem; Henricum Gondum Gallum; Franciſcum Roias de Sandoual Hi-
E ſpanum; Ferdinandum Auſtriacum Regis Catholici filium; Franciſcum Cenninum Se-
nenſem; Ludouicum de la Valletta Gallum; Guidonem Bentiuolum Ferrarienſem; Pe-
trum Valerium Venetum; Itelium Fridericum Zolleren Germanum; Iulium Romam
Mediolanenſem; Cæſarem Gherardum Peruſinum; Deſiderium Scagliam Cremonen-
ſem; Stephanum Pignatellum Peruſinum; & Auguſtinum Spinulam Ianuenſem. Hiſce,
alijſq. innumeris glorioſè peractis, Menſe Ianuarij 1621. cum ad Eccleſiam Diuæ Agne-
tis perrexiſſet, deliquit ibidem animo, & ægrotauit; paucos etiam ante menſes moleſtiſ-
ſima ſcabie, oculorumq. defectibus laborabat; tandẽ die 28. eiuſdem menſis in Quirinali

Y Pala-

Digitized by Google

Palatio hora 23. ſpiritum, infracto, pioq. animo emiſit Paulus. Cadauer in Vaticani Templi tumulo ad tempus reconditum, inde Gregorio XV. ſedente, ad Burgheſianum A
in Exquilijs Sacellum triumphali funebri pompa translatum fuit, ibiq. quieſcit. Cernitur ad eiuſdem Sacelli dexteram ex candido marmore Pauli ſimulachrum, genibus innixum, erectis, iunctiſque manibus in preces effuſum, binis inciſis ſepulchralibus elogijs, quorum vnum.

PAVLVS V. PONT. MAX.
MORTIS MEMOR
VIVENS SIBI POSVIT.
SCIPIO CARD. BVRGHESIVS
FVNVS DVCI IVSTA SOLVI CORPVS INFERRI
CVRAVIT. B

Inferius alterum.

PAVLVS V. PONT. OPT. MAX.
PATRIA ROMANVS
EX BVRGHESIA FAMILIA
CVI
PERPETVA VITÆ INNOCENTIA
ET SPECTATA VIRTVS
AD INSIGNES QVOSQVE HONORES
GRADVM FECIT.
BONONIÆ PRO LEGATO PRÆFVIT C
MOX A GREGORIO XIV.
CAVSARVM CAMERÆ APOSTOLICÆ
AVDITOR CREATVS
ET A CLEMENTE OCTAVO
AD PHILIPPVM SECVNDVM HISPANIARVM REGEM
DE GRAVISSIMIS REBVS LEGATVS
IN AMPLISSIMVM ORDINEM COOPTATVS
INTER GENERALES INQVISITORES
ADSCRIPTVS
ET VRBIS VICARIVS ELECTVS
CVM OMNES TANTORVM MVNERVM PARTES D
SVMMA CVM LAVDE OBIVISSET
AD SVMMVM PONTIFICATVM
LEONE XI. E VIVIS EREPTO
FLORENS ADHVC ÆTATE
INCREDIBILI PATRVM CONSENSV
EVECTVS EST.
CVMQ. VIGILI SOLICITVDINE
SECVRITATEM ANNONÆ COPIAM
IVSTITIAM ET QVIETEM
POPVLIS ECCLESIASTICÆ DITIONIS
CONCORDIAM VERO ET PACEM E
VNIVERSO CHRISTIANO ORBI
SEMPER PRÆSTITISSET
RELIGIONEM
SVMMA PIETATE COLVISSET
VRBEM
MAGNIFICENTISSIMIS ÆDIFICIIS ORNASSET
ATQVE EGREGIIS OMNIVM VIRTVTVM OFFICIIS

ADI-

CLXXI.

A
ADITVM SIBI AD IMMORTALITATEM APERVISSET E MORTALIBVS RAPTVS GRAVE CVNCTIS SVI DESIDERIVM RELIQVIT. SEDIT IN PONTIFICATV ANNOS XV. MENSES VIII. DIES XIII. OBIIT ANNO SAL. MDCXXI. DIE XXVIII. IANVARII.

Pauli ſtatura (ſcripſit calamus eruditus) *procera fuit, omnibus ferè altior in turba, firma,*
validaq. compage membrorum, ore ſucci, & dignitatis pleno, colore albido, oculis ſub ampla
B *fronte mediocribus, contracto, ac ſeuero ſupercilio, quadam veluti ſede non faſtus, ſed maieſta-*
tis, quam viri taciturnitas augebat, & ſua tranquillo vultu diffuſa ſerenitas colorabat. Bur-
gheſium Pontificem tot calami commendarunt, quot de illo ſcripſerunt: at præ cæteris
ipſius eximias animi dotes, geſtaq. Heroe digna vberrimè recenſuerunt Baronius, Mã-
tica, Andreas Victorellus, & Anonymus (Author, ſuppreſſo ibi nomine, fuit Alexander
Donatus è Societate Ieſu) in opere Ciaconiano, Abraham Bzouius, Paulus de Angelis,
Ioannes Baptiſta Marcheſanus, Lucas Vvaddingus, Ferdinandus Carolus, Leo Allatius,
Lælius Guidiccionus, Perronius, Spondanus, Gaulterius, Lipſius, Vgurgerius, & Pallo-
nius, ad quos te relego: hæc tantùm cum eleganti Poeta canam

Paulus ille Maximus
C *Eſt Quintus, Orbi, quo imperante reddidit*
Aſtrea læto ſecla rurſus aurea.

OCTAVIANVS VESTRIVS Barbianus ex Comitibus Cunij Fo-
rocornelienſis (Imolam vocant) ciuiſq. Romanus: filius Hiero-
nymi Veſtrij, & Lucretiæ Brochiæ Imolenſium. Pontificiũ Diplo-
ma die 29. Ianuarij 1571. in conuocato Aduocatorum Conſiſto-
rialium cœtu exhibuit, quo inter ipſos in locum Honuphrij Ca-
maiani eligebatur: ad vlteriora deinceps in probationibus pro-
ceſſit; an autem cum Aduocatis ſederit, certò mihi non conſtat,
quanquam probabilitèr teneam, ſuperaddita quoque Marcheſani
D aſſertione. Floruit Romæ inter egregios Iuriſprudentes; & (Ali-
doſio atteſtante, vt infra in Laurentio Campegio) pauperum Aduocatus. A Pio Quinto
religioſiſſimo Pontifice ad Ferrariæ Ducem tranſmiſſus fuit, vt cõtrouerſiam, inter hunc, &
Magnũ Etruriæ Ducem occaſione præcedentiæ exortã, componeret. Opuſculum edidit,
iterum, ac pluriès typis datum, cunctiſq. in foro verſantibus vtiliſſimum, cui titulus *Practi-*
ca in Romana Aula actionem, & iudiciorum mores introductionem continens: hanc eandem
Nicolaus Antonius Grauatius Briaticenſis adnotationibus auxit. Romæ in Eccleſia
S. Stephani ſupra Caccum ſingulis diebus Miſſa celebratur, & ſingulis menſibus Miſſa
decantatur pro ſuffragio animæ Octauiani Veſtrij: A Sygona Poeta Siculo laudatur
Octauianus

E

Veſtrius es claro genitus de ſanguine, priſcos
Nam generis Proauos Vrbs tibi Roma dedit:
Hic quondam exorti, hac illi ex tellure profecti
Corneli Proceres incoluere Forum;
Tu Romæ a reduce tandem huc Genitore creatus
Viuere, qua licet, hic eligis, atque mori:

Digitized by Google

CLXXII.

Nimirum rectè, meritoq. hic nempe tuorum
Inclyta facta Patrum, & parta trophæa legis: A
Iudicia, & mores ideo cum noueris omnes,
Iuraq. Romani ſint tibi nota Fori;
Haud didiciſſe citò eſt mirum, citiuſq. docere,
Hoc facit ingenij vis, & origo tui;

A Iacobo Pellæo vocatur *vir doctiſſimus, & iamdiù notus; quem iampridem coluit, & admiratus eſt; cui omnia cæteris difficilia Cœleſti quodam dono faciliora ſemper ſe præbuerũt.* A Grauatio. *Et cum inter cæteros Octauiani Veſtrij omnium conceſſu Iuriſconſulti eruditiſſimi libri in actionem, & iudiciorum mores introductionem continentes in manus incidiſſent, eos peruoluere cæpi, quos doctè, affabrèq. poſtquam compoſitos animaduerti, reguſtandos decreui, illiq. adeo* B *placuere, vt etſi multos fatear in hoc ſcribendi genere Scriptores vidiſſe, verùm qui eruditiſſimo Veſtrio comparari poſſit (pace omnium dixerim) vidiſſe, & legiſſe neminem. Is certè vnus mihi viſus eſt (vt quemadmodum ſentio loquar) qui non ſingulos tantùm, ſed vniuerſos ſimul ordine, prudentia, iudicio, atque doctrina ſuperare videtur.* Et inferius. *Sed certè ſi mihi diſertiſſimus Veſtrius anſam non præſtitiſſet &c.* A Ioanne Baptiſta Marcheſano in tract. de commiſſion. par.2. cap.2. de commiſſ. reſtit. in integr. num.49. *Cum autem per me relata vt plurimùm in praxi conſiſtant, ne mireris, ſi multoties illius celeberrimi Octauiani Veſtrij Barbiani nobilis Imolenſis, in Romana Curia ſua ætate cauſarum Patroni, & deinde Conſiſtorialis Aduocati primarij (qui filium ſibi non diſſimilem reliquit R. P. D. Marcellum Veſtrium Barbianum vtriuſque Signaturæ Referendarium, domeſticum Secretarium Apoſtolicum, & libellorum ſupplicum, qui memorialia vocantur, fel.rec. Sixto V. porrectorum Præfectum, & de-* C *inde ob ſuam integritatem, diligentiam, ſcientiam, ac morum ſuauitatem per S. D. N. Gregorium XIV. denuò in eiſdem Officijs ſumma laude electum, & approbatum) retuli, immo & in omnibus in dicta praxi allegatis, vt plurimùm, tum quia & ſtylus Curiæ eſt in hoc particulari ceu immutabilis, & circa eum nil aliud dici queat, tum etiam quia ob tanti viri authoritatem eius dicta & ſequenda, & recenſenda, & amplectenda ſunt.* Marcellus ipſe ex Octauiano natus Octauo quoque Clementi Breuium (quæ vocant) Secretarius inſeruiens, eandem ſemper prudentiam, & integritatem patefecit: ad extremam ſenectam perductus fato ceſſit; & ipſius Chriſtianam pietatem marmoreæ inſcriptiones in Templo Diui Auguſtini de Vrbe indicant.

D

Mariæ Virgini, & Matri
Marcellus Veſtrius Barbianus Sacellum vndique reſtituit
ornamenta ſacra contulit
cenſum annuum attribuit.
Anno ſal. 1582.

Altera

IESV CHRISTO Homini, & Deo.
Marcellus Veſtrius Barbianus hic ſibi ſepulchrum poſuit
vt vbi Iudicem expectat
& Dei Aduocatricem imploret. E
Anno ſal. 1582.

De nobili, vetuſtaq. Veſtria Familia, ac ipſius præpotenti dominatu vide Creſcentium de nobilit. Ital. par.1. narrat.3. cap.5. pag.249. & ſeq.

HORA-

Digitized by Google

CLXXIII.

A HORATIVS BVRGHESIVS Romanus. Marci Antonij, & Flaminiæ
Aſtalliæ filius, Pauli Quinti frater germanus. Domeſtico excitatus
exemplo, patris virtutes tenuit. Die 29. Martij, annoq. 1572. in
Vrbis Gymnaſio laurea Doctorali donatus, Septembri menſe Marci
Antonij genitoris oraculo in ſui locum quandocumque vacaturum
de more ſubrogatus. Coadiutoriam huiuſmodi Summus Pontifex
anno 1573. ſcripto confirmauit. *Dilecto filio* (ibi) *Horatio Burgheſio
Clerico Romano I. V. D. Militi S. Petri familiari noſtro*. Anno 1580.
vti in id muneris delectus interfuit operi de redigendis in ſeriem Statutis Vrbis. Vixit
eiuſdem Senatus, Populiq. Romani Aduocatus vſque ad annum 1587. quo munus idem,
in Pontificis manibus liberè dimiſit. Philippi Regis Hiſpaniarum partes in Vrbe tutatus
eſt illius Defenſor. Literatorum fautor ipſe primus a ſuis Collegis die 24. Septembris
B 1587. Romani Studij Rector ad annũ deputatus: Sixtus enim Quintus eodem anno Pon-
tificia Conſtitutione Aduocatorum Conſiſtorialium Collegio Studij Vrbis Rectoriam
perpetuò vniuit. Ipſo Sixto ſedente, inſtitit Horatius pro annumerando Cœlitibus Bea-
to Ludouico Bertrando Valentino; cuius inſtantiæ formula cum a modernioribus, proli-
xiſq. Conſiſtorialibus Orationibus differat, hic annectitur. *Beatiſſime Pater. Cum ad hu-
ius militantis Eccleſiæ decus nihil magis pertineat, quàm vt veri Religioſi, qui ob vitæ auſteri-
tatem, Diuinorum obſeruantiam præceptorum, in Cœlis ſempiterno fruuntur æuo, debitis non
defraudentur honoribus, fueritq. in Vrbe Valentina, quæ in citerioribus Hiſpaniæ partibus po-
ſita inſignis, ac Metropolis exiſtit, Ludouicus Bertrandus ex S. Dominici Familia, qui quatuor
circitèr ab hinc annis non ſine magna ſanctitatis opinione ex hac vita migrauit; vir quidem cũ
omni virtutum genere florens, tum verò prophetico, Diuinoq. ſpiritu admirabilis, varijſq. tum
C in vita, tum in morte miraculis clarus, atque S. Vincentio Ferrerio ſanguinis cognatione, &
vitæ imitatione coniunctus. Cupiatq. ideo S. V. deuotiſſimus filius Sereniſſ. Philippus Hiſpa-
niarum Rex Catholicus ob ſingularem erga illum deuotionis affectum cum inter Sanctos referri,
& Sanctorum Cathalogo adſcribi, propterea ipſius nomine Illuſtriſſimus D. Enriquez de Guſ-
man Comes de Oliuares eiuſdem Catholicæ Maieſtatis Orator debita omni cum humilitate ſup-
plicas Sanctitati Veſtræ vocis omnibus, & precibus, vt ne tanti viri memoria pereat, eiuſq. acta
probationum penuria in futurum æuum elucefcant minus, dignetur vni, vel pluribus Prælatis,
qui Sanctitati Veſtræ videbuntur, generalem vitæ, morum, miraculorum, & aliorum ad id
neceſſariorum inquiſitionem committere, & deinde habita condigna relatione, vlteriorem pro-
ceſſum, & examen decernere, iuxta ritum, & morem S. R. E. vt tandem S. V. decreto in San-
ctorum numerum referri valeat: atque hac de re ſupplicant etiam humiles Oratores Vrbis Va-
lentiæ Iurati nuncupati, & totum Regnum Valentinum, ipſorumq. nomine R. D. Ioannes Ba-
D ptiſta Vines hic præſens, ſpeciali ad hoc Legatione miſſus, & mandato ſuffultus.* Fiſci, & Ca-
meræ Aduocatus inter Camerales ſedit Horatius; deinde inter vtriuſque Signaturæ Re-
ferendarios cooptatus, Conſiſtorialem, Fiſciq. Aduocationes retinuit: & iſte primus oc-
currit, qui ex Apoſtolicæ Sedis indulto Aduocatus ſimul, ac Prælatus Romana in Aula
vixerit. Die 24. Decembris 1588. generalis Cameræ Auditor pronunciatus, Aduoca-
torum Cœtum reliquit. Dum verò ad maiora fauſtiſſimè progrederetur, anno 1590. hu-
mana deſeruit. Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio Templum (Burgheſianum nempe
Sacellum) cadauer ipſius reconditum tenet, hac indicante marmorea tabula.

HORATIO BVRGHESIO
E CAMERÆ APOSTOLICAE GENERALI AVDITORI
IN MAIORI DE SE EXCITATA SPE
VITA FVNCTO.
VIXIT ANNOS XXXVI. MENSES IX. DIES XV.
OBIIT V. NON. OCTOBRIS ANNO MDXC.
PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
FRATRI OPTIMO POSVIT.

An-

Digitized by Google

CLXXIV.

Andreas Victorellus in vita Camilli Burgheſij in addit. ad opus Ciaconianũ nuncupat *Horatium Burgheſium iuſtitiæ vindicem*. Paulus de Angelis in delineat. Baſil. Liberian. (A) prope fin. ſcripſit. *Is Horatius Burgheſius fuit, qui probitatis, ac prudentiæ ſingularis vir, dum Romana Curia generalis Auditor ageret, ex medio honorum curſu, quem illi feliciſſimum & ſua virtus, & Pontificũ, quibus cum egit, beneuolentia ſpondebat, immatura morte ereptus eſt.* Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. q. 10. *Auditor Cameræ, qui nunc eſt Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Horatius Burgheſius, vir tum vitæ integritate, tum doctrinæ magnitudine, & experientia nulli inferior.* De ipſo Aduocato Conſiſtoriali mentio habetur apud Farin. de inquiſitio. q. 11. nu. 98. Tenor autem Sixtinæ Conſtitutionis, aliorumq. documentorũ ea de cauſa emanatorum, eſt, qui ſubnectitur. *Euangeliſta Pallotta V. I. D. & in vtraque Signatura SS. D. N. Papæ Referendarius, ac eiuſdem SS. D. N. Papæ Datarius, & Prælatus domeſticus, Iudex, & Exequutor ad infraſcripta ab ipſo SS. D. N. Papa, & S. Sede Apoſtolica ſpecialitèr deputatus. Vniuerſis, & ſingulis præſentes noſtras literas, ſiue hoc præſens publicum (B) proceſſus inſtrumentum inſpecturis, lecturis paritèr, audituris, & præſertim celeberrimi Gymnaſij almæ Vrbis Romæ Conſeruatoribus, ſeu Protectoribus, Defenſoribus, Lectoribus, Scholaribus, aſſiſtentibus, & alijs perſonis, nec non Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarijs, Agentibus, & Deputatis, & etiam quibuſuis Dominis, Iudicibus, & Iuſdicentibus eccleſiaſticis, & ſecularibus quauis tam Apoſtolica, quàm ordinaria, ſeu vtraque, vel alia auctoritate, & etiam quauis ſeculari poteſtate fungentibus, & functuris: item etiam quibuſuis dd. Capitaneis, bariſellis, ſatellitibus, exequutoribus, & iuſtitiæ miniſtris, omnibuſq. alijs, & ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe, quoſque infraſcriptum tangit negocium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum; quibuſcumque nominibus cenſeantur, aut quacumque præfulgeant dignitate, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmitèr obedire mandatis. Literas Apoſtolicas SS. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Sixti Diuina Prouidentia Papæ Quinti, eius vera Bulla plumbea cum cordula fili ſericei rubei, croceiq. colorum bullatas, (C) ſanas ſiquidem, & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, vt in eis prima facie apparebat, nobis pro parte Excellentium, & Spectabilium DD. Collegij Aduocatorum ſacræ Aulæ Apoſtolicæ Conſiſtorialis principalium, in eiſdem Literis Apoſtolicis principalitèr nominatorum præſentatas, nos cum ea, qua decuit reuerentia, recepimus, huiuſmodi ſub tenore. SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI ad perpetuam rei memoriam. Sacri Apoſtolatus Miniſterio meritis licèt inſufficientibus ſuperna diſpoſitione præſidentes, inter cæteras curas, quæ animum noſtrum delectant, illam libentèr ſuſcipimus, per quam noſtræ prouiſionis auſpicijs Officia ſingula, præſertim in hac Vrbe noſtra conſiſtentia, illorumq. regimina viris committantur idoneis, quorum opere, & auxilio adoleſcentes, ſtudij, & bonarum artium cauſa ex diuerſis Mundi partibus ad ipſam Vrbem confluentes, eorum animos virtutibus, & bonis moribus feliciùs excolere valeant, ac de- (D) ſuper officij noſtri partes interponimus, prout id in Domino conſpicimus ſalubritèr expedire. Sanè licèt aliàs Officium Rectoratus Gymnaſij almæ Vrbis vni ex Prælatis Romanæ Curiæ ad eius vitam concedi, & aſſignari ſolitum fuerit, & fel. rec. Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter dilectis filijs Annibali, & Cæſari de Graſſis, aut nonnullis alijs, etiam per viam coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, ac clauſulis efficaciſſimis, nec non irritantibus, & alijs decretis, aut aliàs ſub certis modo, & forma tunc expreſſis illud conceſſerit, & aſſignauerit; Noſq. dilecto filio Magiſtro Simoni Gecchino Audientiæ Literarum contradictarum Auditori, & in vtraque Signatura noſtra Referendario, familiari, & continuo Commenſali noſtro idem Officium cum ſimilibus clauſulis, etiam ad eius vitam auctoritate Apoſtolica conceſſerimus, prout in dicti Prædeceſſoris, ac noſtris deſuper confectis Literis pleniùs continetur; nihilominus attendentes, quòd ſi dictum Officium Collegio dilectorum filiorum ſacræ Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocatorum (E) perpetuò vniretur, annecteretur, & incorporaretur, idem Officium feliciùs gubernaretur, & vtilitati publicæ, & ipſius Gymnaſij pleniùs conſuleretur, cum in dicto Collegio ſemper adſint viri literarum ſcientia, rerum experientia, ac vſu, & prudentia præſtantes. Idcircò quaſlibet conceſſiones, aſſignationes, & alias diſpoſitiones de dicto Officio per Nos, & prædictum, ac quoſuis alios Prædeceſſores noſtros dictis, & alijs quibuſuis perſonis hactenus factas, præmiſſis, & certis alijs rationabilibus cauſis adducti, harum ſerie ſpecialitèr, & expreſsè reuocantes, caſſantes, irritantes, & annullantes, illaſq. prorſus, & omnino reuocatas, caſſas, irritas, & an-*

nulla-

CLXXV.

A *nullatas eſſe, & cenſeri debere declarantes, eaſdemq. perſonas a prædicto Officio penitus amo-
uentes, ac vtilitati publicæ proſpicere, & Collegij huiuſmodi, quod pro ſubleuandis in aliqua
parte noſtris, & Sedis Apoſtolicæ neceſſitatibus ſummam ſex millium ſcutorum auri in auro di-
lecto filio Depoſitario Datariæ noſtræ, & in eius manibus ſoluere promiſerunt, promptam erga
Nos, & eandem Sedem reuerentiam, ac obſequia ad ſubleuanda onera noſtra huiuſmodi pluri-
mùm in Domino commendantes, ipſumq. Collegium, ac illius ſingulares perſonas a quibuſuis
excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis
a iure, vel ab homine quauis auctoritate, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodata exi-
ſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos
fore cenſentes, ac dictarum Literarũ tenores præſentibus pro ſufficientèr expreſſis habentes, Mo-
tu proprio, non ad Collegij prædictorum, vel aliorum pro ipſis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis
inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtra, deq. Apoſtolicæ poteſta-
tis plenitudine Officium Rectoratus Gymnaſij Vrbis huiuſmodi, per ipſos Collegium tenendum,*
B *regendum, & gubernandum, iuxta prouidam diſpoſitionem, & ordinationem per eos, vel eorum
maiorem partem faciendam, & toties, quoties eis, vel eorum maiori parti expedire videbitur,
mutandam, cum omnibus, & ſingulis illius fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuen-
tionibus, & emolumentis vniuerſis, & quibuſcumque tam ordinarijs, quàm extraordinarijs,
& quæ alij, qui pro tempore fuerunt Rectores dicti Gymnaſij, quouis modo habuerunt, ſeu habe-
re potuerunt, ac quibuſuis cauſis, & rationibus, nec non cum quibuſuis honoribus, oneribus,
preeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, iuriſdictionibus, auctoritatibus, facultatibus, li-
bertatibus, immunitatibus, & exemptionibus, priuilegijs, & indultis ſolitis, & conſuetis, &
quibuſuis alijs conceſſionibus, & gratijs, quibus tam vltimus, quàm alij Rectores dicti Gymna-
ſij quauis ratione, vel cauſa vſi, gauiſi, & potiti fuerunt, ac vti, gaudere, & potiri potuerunt,
Collegio Aduocatorum huiuſmodi, itaquòd liceat ipſi Collegio per ſe, vel alium, ſeu alios eorum,*
C *& Collegij huiuſmodi nominibus corporalem, realem, & actualem poſſeſſionẽ dicti Officij appre-
hendere, ac perpetuò retinere, illiuſq. fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emo-
lumenta percipere, exigere, & leuare, & in ſuos, ac Collegij, & Officij huiuſmodi vſus, & vti-
litatem conuertere: ipſumq. Officium per ſe, & quemlibet eorum exercere, regere, & gubernare,
ac omnia, & ſingula, quæ ad huiuſmodi Officium, eiuſq. liberum exercitium ſpectant, & perti-
nent, gerere, & facere, cuiuſuis licentia deſuper minimè requiſita, auctoritate Apoſtolica tenore
præſentium perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus. Et inſuper dictos Collegium, &
Aduocatos amplioribus fauoribus, & gratijs proſequi, eorumq. vtilitati, vt minori, quo fieri po-
terit diſpendio ipſi ſummam ſex millium ſcutorum huiuſmodi congerere valeant, prouidere vo-
lentes, Motu, & auctoritate ſimilibus eiſdem Collegio, & Aduocatis, vt vnum Montem a qui-
buſcumque grauaminibus omnino liberum, immunem, & exemptum vſque ad ſummam ſex mil-*
D *lium ſcutorum huiuſmodi, cuius loca vacabilia non exiſtant, ſuper fructibus, redditibus, & pro-
uentibus Collegij huiuſmodi, etiam per Nos eidem Collegio, vt præmittitur, conceſſis, & appli-
catis, ad rationem illorum fructuum, quam dictum Collegium ſecundùm eius liberam volunta-
tem ſtatuerit, & ordinauerit pro quolibet centenario ad inſtar pacis, & aliorum montium dictæ
Vrbis, & Prouinciarum aliàs erectorum, modo, & forma per dictum Collegium ſtatuendis, &
ordinandis regendum, & gubernandum; itaut Depoſitarios, Secretarios, & Officiales quoſcum-
que eligere, & deputare, ac reſignationes pro tempore faciendas admittere, ac patentes, aliaſq.
literas deſuper neceſſarias facere liberè, & licitè valeat, per Collegium prædictum, ſeu perſonam
ab eodem Collegio deputandam erigere, & inſtituere, nec non pro ſecuritate, & indemnitate
emptorum dictorum locorum, omnia, & ſingula dicti Collegij bona, illorumq. fructus, redditus,
& prouentus, etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligare, & hipothecare, ac obligatio-*
E *nes, & hipothecas, quæ etiam futuros ſucceſſores in Officijs Aduocationis Conſiſtorij huiuſmodi
ſiue per ceſſum, vel deceſſum, aut ex quacumque alia vacatione ligent, & afficiant, perinde ac
ſi ab illis perſonalitèr facta, & præſtita fuiſſent cum quibuſuis promiſſionibus, fideiuſſionibus, cau-
tionibus, cautelis, conditionibus, clauſulis, & decretis omnibus neceſſarijs, & oportunis, præſta-
re, cæteraq. ad hæc neceſſaria facere liberè, & licitè valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præ-
ſentium huiuſmodi permittimus, & deſuper licentiam, & facultatem concedimus, & imparti-
mur, itaut ipſum Collegium montem huiuſmodi infra octo annos proximos integrè, ac totalitèr
extinguere omnino teneatur. Ac vt Collegium, & Aduocati huiuſmodi, qui maioribus occu-*

patio-

Digitized by Google

pationibus detinentur, maiori etiam Dignitatis titulo decorentur, omnibus, & ſingulis prædicta A
Aulæ Conſiſtorialis Aduocatis, vt ipſi vniuerſos, & quoſcumque Aduocatos, Procuratores, Do-
ctores, etiam antiquiores, & quoſcumque alios tam in Romana Curia, quàm extra eam præce-
dant. Omniaq. & quæcumque priuilegia eiſdem Collegio, & Aduocatis per quoſcumque Roma-
nos Pontifices prædeceſſores noſtros, & præcipuè per pia memoria Iulium Papam Tertium etiam
prædeceſſorem noſtrum ſuper facultate Doctores creandi, etiam priuatiuè quoad alios, quæ pri-
uilegia, & Literas Apoſtolicas deſuper confectas, eorum tenores præſentibus etiam pro expreſſis
habentes, auctoritate, & tenore prædictis confirmamus, & innouamus, & quatenus opus ſit, de
nouo concedimus motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine prædictis. Ac vniuerſis, & ſingulis
cuiuſcumque conditionis, ſtatus, gradus, dignitatis, & honoris, ne ſub indignationis noſtra, alijſq.
arbitrio noſtro imponendis pœnis eoſdem Collegium Aduocatorum in præmiſſis, vel circa ea, aut
in eorum aliquo quomodolibet impedire, moleſtare, perturbare, ſeu inquietare contra præſentium
continentiam, & tenorem vllatenus audeant, vel præſumant, diſtrictiùs inhibemus: nec non B
omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, vt hæc omnia plenè
obſeruent, & obſeruari faciant, præcipimus. Decernentes, vnionem, annexionem, incorpora-
tionem, applicationem, indultum, inhibitionem, ac præceptum prædicta, præſenteſque Literas
nullo vnquam tempore, etiam ad prædictorum, & aliorum quorumuis inſtantiã, etiam ex qua-
cumque, & inexcogitata cauſa, etiam ſub prætextu, quòd in forma iuris facta non fue-
rint, reuocari, alterari, limitari, modificari, aut ad terminos iuris communis reduci,
vel quempiam aduerſus illa in integrum reſtitui, ſeu de ſubreptionis, vel obreptionis, aut
nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quouis defectu notari, vel impugnari
poſſe; dictoſque Collegium ad cauſam, ſeu cauſas, propter quas illa emanarint, coram
quocumque verificandum non teneri, nec propterea, aut ex eo quòd intereſſe prætendentes
vocati non fuerint, per ſubreptionem, vel obreptionem obtenta præſumi, aut aliàs viri-
bus carere, ac illorum quaſuis reuocationes, ſuſpenſiones, derogationes, vel limitationes pro tem- C
pore factas, & emanatas pro noua illorum conceſſione haberi, ac quoties illæ emanabunt, toties
renouata, & de nouo conceſſa, etiam ſub datum per eoſdem Collegium eligenda cenſeri, ac Col-
legium huiuſmodi eorundem locorum emptores, & quoſcumque alios in præmiſſis intereſſe quo-
modolibet prætendentes, ad probandum, ſeu verificandum præmiſſa, & in quos vſus prædicta
ſumma conuerſa fuerit, nullo vnquam tempore teneri, nec locorum huiuſmodi prouentus in ſor-
tem principalem computari. Sicq. per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Pa-
latij Apoſtolici Auditores huiuſmodi, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac alios quoſ-
cumque, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alitèr iudicandi, & interpretandi facultate, & au-
ctoritate, in quauis inſtantia iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper
his a quoquam quauis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Quocirca dile-
cto filio Magiſtro Euangeliſtæ Pallotto Datario, et Prælato domeſtico noſtro motu ſimili per Apo- D
ſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel alium, ſeu alios facias auctoritate noſtra
Collegium, ac illius Aduocatos prædictos vnione, annexione, incorporatione, permiſſione, con-
ceſſione, impartitione, confirmatione, innouatione, inhibitione, et decreto, alijſq. præmiſſis pa-
cificè frui, et gaudere. Non permittens eos, et eorum quemlibet deſuper contra præſentium te-
norem quomodolibet per quoſcumque indebitè moleſtari. Contradictores per cenſuras, et pœnas
eccleſiaſticas, aliaq. oportuna iuris, et facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non
obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de non tollendo iure quæſito, et alijs Cancellariæ Apoſtolicæ Re-
gulis, ac quatenus opus ſit, Lateranenſis Concilij nouiſſimè celebrati vniones perpetuas niſi in
caſibus a iure permiſſis fieri prohiben. et alijs Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis,
nec non Vrbis, et Aduocatorum, ac Gymnaſij huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione
Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, priuilegijs quoque, E
indultis, ac Literis Apoſtolicis, eiſdem Vrbi, Collegijſque, et Tribunalibus, ac Gymnaſij illius,
ipſorumque Superioribus, et perſonis, ac dilectis filijs Populo Romano ſub quibuſcumque tenori-
bus, et formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq. efficacioribus, et in-
ſolitis clauſulis, irritantibuſq. et alijs decretis, per quoſcumque Prædeceſſores noſtros, etiam
iteratis vicibus, aut aliàs quomodolibet in contrarium conceſſis, approbatis, et innouatis; qui-
bus omnibus, et ſingulis, etiamſi de illis, eorumq. totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, et expreſſa,
ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu qua-
uis

nis alia expreſſio habenda , aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret , illis aliàs in
A ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialitèr , & expreſsè derogamus, cæteriſq. contra-
rÿs quibuſcumque . Volumus autem, quòd præmiſſa omnia valeant, ſuumq. robur obtineant,
licèt non omnium Aduocatorum Collegy huiuſmodi , ſed eorum tantùm maioris partis conſen-
ſus accedat, perinde ac ſi eorum omnium quoad præmiſſa omnia expreſſus accederet aſſenſus .
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis , vnionis , annexionis ,
incorporationis , permiſſionis , conceſſionis , impartitionis , confirmationis , innouationis , no-
uæ conceſſionis, inhibitionis , præcepti , decreti, mandati , derogationis , & voluntatis infrin-
gere , ſeu ei auſu temerario contraire : ſi ſecus autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem
Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Romæ
apud S. Marcum anno Incarnat. Domin. 1587. Decimo Kal. Septembr. Pontif. noſtri anno tertio.
POST QVARVM quidem præinſertarum Literarum Apoſtolicarum præſentationem, & rece-
ptionem nobis , & per nos , vt præmittitur factas , fuimus pro parte dictorum Excellentium ,
B & ſpectabilium Dominorum Collegy Aduocatorum dictæ Aulæ Conſiſtorialis principalium in
ipſis Literis Apoſtolicis principaliter nominatorum debita cum inſtantia requiſiti , quatenus ad
exequutionem dictarum Literarum Apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem procedere dignare-
mur, iuxta traditam, ſeu directam per eas a Sede Apoſtolica nobis formam , & tenorem . Nos
igitur Euangeliſta Pallottus Referendarius , Datarius, & Prælatus, Iudex , & Exequutor præ-
dictus attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam , & rationi conſonam, volenteſq. Man-
datum Apoſtolicum nobis in hac parte directum reuerentèr exequi , vt tenemur ; idcircà aucto-
ritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, præſentes Literas Apoſtolicas ,
& hunc noſtrum proceſſum, ac omnia, & ſingula in eis contenta vobis omnibus , & ſingulis ſu-
prædictis communitèr, vel diuisìm intimamus , inſinuamus , & notificamus, ac ad veſtram, &
cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes : voſq. nihilominus ſu-
C prædictos, quibus proceſſus noſter huiuſmodi dirigitur , & veſtrum quemlibet in ſolidum tenore
præſentium requirimus, & monemus, primò , ſecundò , tertiò , & peremptoriè communitèr , vel
diuisìm, ac vobis, & veſtrũ cuilibet in ſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub infraſcriptis
ſententiarũ pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierũ ſpatium poſt præſen-
tationẽ, ſeu notificationem præſentiũ, & requiſitionem vobis, ſeu alteri veſtrũ factas, & poſtquã
pro parte dictorũ Dominorum Collegÿ Aduocat. dictæ Aulæ, vel eorũ procuratoris legitimi vigo-
re præſentium ſuper hoc fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediatè ſequen.
quorũ ſex dierũ duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis vniuerſis, & ſingulis
ſupradictis pro tertio, & peremptorio termino , ac monitione canonica aſſignamus , faciatis , &
quilibet veſtrum faciat auctoritate noſtra , imò verius Apoſtolica Collegium , ac illius Aduoca-
tos prædictos , & eorum quemlibet vnione , annexione , incorporatione , permiſſione, conceſſio-
D ne, impartitione, confirmatione, innouatione, inhibitione, & decreto, alyſq. præmiſſis omnibus,
& ſingulis in præinſertis Literis Apoſtolicis contentis in omnibus, & per omnia, iuxta earundem
Literarum Apoſtolicarum , & præſentis noſtri proceſſus vim, formam , conditionem , & tenorem
pacificè, & quietè vti, frui, & gaudere realitèr, & cum effectu , neque permittatis eos, & eorum
quemlibet contra ipſarum Literarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri proceſſus vim, formam ,
continentiam, & tenorem per quoſcumque deſuper quomodolibet indebitè moleſtari, inquietari ,
impediri, vel perturbari, neque etiam vos vllatenus moleſtetis, inquietetis, impediatis, vel per-
turbetis, nec aliquis veſtrum moleſtet , impediat, vel perturbet; contradictores quoslibet , & re-
belles per ſupra, & infraſcriptas, ac quaſuis alias cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, cæteraq. opor-
tuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo . Quòd ſi fortè præmiſſa om-
nia , & ſingula, prout ad vos, & veſtrum quemlibet mandatur , non adimpleueritis , ſeu diſſimu-
E leritis contumacitèr adimplere, mandatiſq. & monitionibus noſtris huiuſmodi, imò veriùs Apo-
ſtolicis non parueritis realitèr, & cum effectu, nos in vos omnes, & ſingulos ſupradictos, qui cul-
pabiles fueritis in præmiſſis, & generalitèr in contradictores quoslibet, & rebelles, ac impedien-
tes ipſos Dominos Aduocatos dictæ Aulæ Conſiſtorialis, vel procuratorem ſuum eorum nomine ſu-
per præmiſſis in aliquo, aut ipſos impedientibus dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, publi-
cè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæſito colore, vel ingenio, cuiuſcumque dignitatis,
ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, ex nunc, prout ex tunc, & è contra , prædicta
ſex dierum canonica monitione præmiſſa, excommunicationis , in Capitula verò, Conuentus, &

Collegia quæcumque in his forſan delinquen. ſuſpenſionem a Diuinis, & in ipſorum delinquentium, & rebellium Eccleſias, Monaſteria, & Capellas Interdicti eccleſiaſtici ſententias ferimus A
in his ſcriptis, & etiam promulgamus. Cæterùm cum ad exequutionem præmiſſorum vlterius faciendam nequeamus quoad præſens perſonalitèr intereſſe, pluribus alÿs arduis in Romana Curia legitimè præpediti negocÿs, vniuerſis, & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepoſitis, Decanis, Archidiaconis, cæteriſq. viris eccleſiaſticis in quibuſcumque dignitatibus, gradibus, vel officÿs conſtitutis, notarÿſq. & tabellionibus publicis quibuſcumque per almam Vrbem, & Curiam Romanam, illarumq. Diſtrictum, ac totum Statum Eccleſiaſticum, nec non aliàs vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum ſuper vlteriori exequutione dicti mandati Apoſtolici, atque noſtri facienda, auctoritate Apoſtolica ſupradicta tenore præſentium plenariè committimus vices noſtras, donec eas ad nos ſpecialitèr, & expreſsè duxerimus reuocandas, quos nos, & eorum quemlibet eiſdem auctoritate, & tenore requirimus, & monemus primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè communitèr, vel diuiſim, ac eis, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, vt ſub excommunicationis pœna, quam in eos, & eorum quemlibet eiſdem auctoritate, B
& tenore, niſi fecerint, quæ eis in hac parte cõmittimus, & mandamus, ferimus in his ſcriptis, præcipiendo mandantes, quatenus infra ſex dies poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium, & requiſitionem eis, ſeu alteri eorum pro parte dictorum Dominorum Aduocatorum Aulæ Conſiſtorialis huiuſmodi deſuper factas immediatè ſequentes, quos dies ipſis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoq. peremptorio, ac monitione canonica aſſignamus, ita tamen, quòd in his exequendis alter eorum alterũ non expectet, nec vnus pro alio, ſeu per aliũ, vel alios quouis modo ſe excuſet, ad vos omnes, & ſingulos ſupradictos, quibus proceſſus noſter huiuſmodi dirigitur, quando, & quoties expediens fuerit, perſonalitèr accedant, ſiue accedat, & prædictas literas, huncq. noſtrum proceſſum, ac in eis contenta vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis communitèr, vel diuiſim legant, intiment, inſinuent, & fidelitèr publicare procurent, faciantq. &
quilibet eorum faciat auctoritate noſtra, imò verius Apoſtolica Collegium, & illius Aduocatos C
prædictos, & eorum quemlibet vnione, annexione, incorporatione, permiſſione, conceſſione, impartitione, confirmatione, innouatione, inhibitione, & decreto, alÿſq. præmiſſis omnibus, & ſingulis in præinſertis literis Apoſtolicis contentis in omnibus, & per omnia iuxta earundem literarum Apoſtolicarum, ac præſentis noſtri proceſſus vim, formam, & continentiam, & tenorem pacificè, & quietè vti, frui, & gaudere realitèr, & cum effectu, neque permittant, eos, & eorum quemlibet contra ipſarum literarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri proceſſus vim, formam, continentiam, & tenorem per quoſcumque deſuper quomodolibet indebitè moleſtari, inquietari, impediri, vel perturbari, neque etiam ipſi vllatenus moleſtent, inquietent, impediant, vel perturbent, nec aliquis eorum moleſtet, inquietet, impediat, vel perturbet; & generalitèr omnia, & ſingula alia nobis in hac parte commiſſa plenariè exequantur, iuxta earundem præinſertarum literarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri proceſſus vim, formam, continentiam, & te- D
norem, ita tamen quòd dicti ſubdelegati noſtri, vel quicumque alius, ſeu alÿ nihil in præiudiciũ dictorum Dominorum Auditorum (Aduocatorum) *Aulæ Conſiſtorialis huiuſmodi, vel eorum procuratoris valeant attentare quomodolibet in præmiſſis, nec in proceſſibus per nos habitis, aut ſententÿs per nos latis abſoluentes, & ſuſpenden. aliquid immutare: in cæteris autem, quæ eiſdem Dominis Auditoribus* (Aduocatis) *Aulæ Conſiſtorialis principalibus, vel eorum procuratori in præmiſſis nocere poſſent, ſeu quomodolibet obeſſe prædictis ſubdelegatis noſtris, & quibuſuis alÿs poteſtatem omnimodam derogamus, non intendimus propterea Commiſſionem noſtram huiuſmodi in aliquo reuocare, niſi de reuocatione ipſa ſpecialem, & expreſſam fecerimus mentionem: prædictas quoque literas Apoſtolicas, huncq. noſtrum proceſſum, ac omnia, & ſingula huiuſmodi negocium tangentia volumus penes dictos Dominos Aduocatos Aulæ Conſiſtorialis,*
vel procuratorem eorum remanere, & non per vos, aut aliquem veſtrũ, ſeu quemcumque alium E
ipſis inuitis, ſeu contra eorum voluntatem quomodolibet detineri: contrarium verò facientes, prædictis noſtris ſententÿs, prout in his ſcriptis per nos latæ ſunt, dicta monitione præmiſſa, ipſo facto volumus ſubiacere: mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis eam petentibus, & habere debentibus, petentium ſiquidem ſumptibus, & expenſis. Abſolutionem verò omnium, & ſingulorum, qui prædictas noſtras ſententias, ſeu eorum aliquam incurrerint, ſeu incurrerit quoquo modo, nobis, vel Superiori noſtro tantummodò reſeruamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes literas, ſiue hoc præſens publicum proceſſus

inſtru-

inſtrumentum fieri, & per Notarium noſtrum infraſcriptum ad ſimilia ſpecialitèr deputatum
A *ſubſcribi, & deputari, ſigilliq. noſtri, quo in talibus vtimur, appenſione communiri mandauimus, & fecimus. Datum, & actum Romæ apud S. Marcum In Monte Quirinali in ædibus, & ſtantijs noſtræ ſolitæ nunc reſidentiæ, ſub anno a Natiuitate Domini 1587. Indictione decima quinta, die verò tertia menſis Septembris, Pontificatus prædicti SS. in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Sixti Diuina Prouidentia Papæ Quinti anno tertio, præſentibus ibidem DD. Reumano Cardulo Narnienſi, & Ludouico Chriſoſtimo Firmano reſpectiuè Clericis teſtibus ad præmiſſa habitis, & rogatis.*

Et quia ego Curtius Tireboſcus Clericus Romanus publicus Apoſtolica auctoritate notarius in Archiuio Romanæ Curiæ deſcriptus, & ad hæc deputatus præmiſſis interfui, eaq. annotaui, ideo hoc proceſſus inſtrumentum ſubſcripſi, & publicaui requiſitus.

B *Locus † ſigni*

Locus † ſigilli.

Die 4. Septembris 1587. *IN NOSTRVM Petri Pauli Muſciani notarij publici, & Pauli Saccocij etiam notarij publici, infraſcriptiq. Collegij Secretarij in ſolidum rogatorum principalitèr conſtituti Ill. DD. Carolus Baldaſſinus Decanus, Horatius Burgheſius, Vincentius Parentius, Cæſar Marſilius, Pompeius Arigonius, Hieronymus Gabrielius, Cinus Campanus, Alexander Litta, Ioannes Garzias Mellinus, Coronatus de Coronatis, & Mutius Vellius, omnes ſacræ Aulæ Conſiſtorialis Conſiſtoriales Aduocati, qui nomine totius Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium, ac pro ſe ipſis, & pro tempore exiſtentibus, habentes præ manibus quandam Bullam*
C *plumbeam, a SS. D. N. Sixto Papa Quinto emanatam, vnà cum proceſſu deſuper expedito ſuper collatione Officij Rectoratus Gymnaſij almæ Vrbis, quam de verbo ad verbum legi fecerunt, & nobis notarijs illius copiam collationatam dederunt, & conſignarunt, tenoris videlicet &c. ſponte &c. ac omni meliori modo &c. vigore dictæ Bullæ adepti fuerunt poſſeſſionem dicti Officij Rectoratus, portæ magnæ, & ſcholarum Studij prædicti claues accipiendo, illaſq. claudendo, & declaudendo, ſcalas aſcendendo, & deſcendendo, ac per dictum Studium deambulando, ibiq. ſtando, ſedendo, ac permanendo, & demum alios actus poſſeſſorios faciendo in ſignũ veræ, realis, actualis, & corporalis poſſeſſionis; proteſtantes, quòd per eorum ab inde receſſum dictæ poſſeſſioni præiudicare minimè intendunt, ſed illam ſic captam animo, & corpore continuare, omni meliori modo &c. ſuper quibus &c. Actum Romæ in Regione S. Euſtachij, & Gymnaſio præfato, præſentibus &c. D. Leonardo Caccianemici Bononienſi, & D. Ioanne Freile Hiſpano*
D *Studij Bidello teſtibus &c. Deinde ſupradicti Ill. DD. ſacræ Aulæ Aduocati Conſiſtoriales ſpontè &c. ac omni meliori modo &c. ad exercendum dictum Officium Rectoratus, & omnia alia, & ſingula ad ipſum ſpectantia, & pertinentia, gubernandum, regendum, & manutenendum, deputarunt, & elegerunt in Rectorem ſupradictum Ill. D. Horatium Burgheſium præſentem, pro anno proximè venturo, omni meliori modo &c. ſuper quibus &c. Actum Romæ vbi ſupra, præſentibus ſupradictis teſtibus.*

LAVRENTIVS CAMPEGIVS Bononienſis. Antonius Maria Senator Bononienſis, Laurentij S. R. E. Cardinalis (de quo ſupra in Ioanne Campegio) frater germanus, illi auus; Lucretia de Guaſta-
E uillanis auia: Vincentius Campegius illi pater; Brigitta de Maluetijs mater. Anno 1573. ex Bononienſi Archidiaconatu ad Collegium Aduocatorum ſacri Conſiſtorij translatus. Vixit pius, ac vigilans pauperum Defenſor. Anno 1582. in Ceruienſi Epiſcopatu Octauio Sanctacrucio ſubrogatus. Apoſtolici in Regno Neapolitano Nuncij munere inſignitus. Eodem deinceps apud Venetam Rempublicam perfunctus. Anno demum 1585. dieq. ſexta Nouembris humana reliquit. De ipſo ſcripſere Rinerius in manuſcripto opere de viris illuſtribus Bononienſibus. *Lorenzo del Conte Vincenzo Cam-*

Digitized by Google

peggi, e della nobiliſſima Brigida Malnezzi fu Arcidiacono, e maggior Cancelliere dello Studio di Bologna, doue ſi addottorò alli 14. di Maggio, l'anno di Noſtro Signore 1571. Nel Pontificato di Gregorio XIII. traſferitoſi à Roma, e conoſciuto da S. Santità di molto valore, lo creò Referendario dell'vna, e l'altra Segnatura; non baſtò queſto, che lo fece ancora Auuocato Conciſtoriale, e de' Poueri; e finalmente lo eleſſe Veſcouo di Ceruia, come ampiamente habbiamo ragionato di lui à ſuo luogo. Alidoſius de Iuriſconſultis Bonon. pag. 161. *Conte Lorenzo del Conte Vincenzo Senatore de' Campeggi à 14. di Maggio 1571. addott. eſſendo Arcidiacono di Bologna. Fu Auuocato de' poueri, e Conciſtoriale in luogo d'Ottauiano Veſtro Imol. Protonotario, e Referendario dell'vna, e dell'altra Segnatura. Andò Nuntio à Napoli, e poi à Venetia. Morì Veſcouo di Ceruia*; & Creſcentius de nobil. Italiæ par. 2. narrat. 9. cap. 9. *Lorenzo Dottore Archidiacono, gran Cancelliero dello Studio, e publico Lettore di Bologna, già Cõte Palatino, ed' Apoſtolico Protonotario, fu Auuocato Conciſtoriale in Roma, Auuocato de' poueri, Referendario dell'vna, e l'altra Segnatura, Abbate di Corace, Veſcouo di Ceruia, Nunzio Apoſtolico à Napoli, ed' à Venetia ſotto Gregorio Terzodecimo.* A B

VINCENTIVS PARENTIVS Lucenſis. Vrbani Parentij, & Mariæ de Datis Lucenſis filius. Per dimiſſionem Petri Pauli Iuſtini loco ipſius in Conſiſtorialium Aduocatorum album anno 1576. relatus. Vnà cum alijs ſacrij Conſiſtorij Aduocatis, in coaceruandis in vnum Statutis Vrbis anno 1580. elaborauit. In humanis egit ad annum vſque 1590. quo in Vrbe debitum naturæ ſoluit, eademq. die 27. Septembris, qua Vrbanus Papa VII. fato ceſſit. Vincentij oſſa tumulata iacent in Deiparæ de Populo ſacro Fano, hac in pariete ad dexteram principis Aræ addita epigraphe. C

D. O. M.
VINCENTIO PARENTIO PATRICIO LVCENSI
CIVI ROMANO
SACRI CONSISTORII ADVOCATO
OB SVMMAM
DIVINI ET HVMANI IVRIS SCIENTIAM
SINGVLAREMQ. MORVM SVAVITATEM
ATQVE INNOCENTIAM
OMNIS ÆVI MEMORIA DIGNISSIMO D
POMPEIVS PARENTIVS
FRATRIS FILIVS ET COHÆREDES
EX TESTAMENTO POSVERE.
OBIIT ANNO ÆTATIS LXVII.
SALVTIS MDXC.
VI. KAL. OCTOBRIS.

Altera legitur in eadem Eccleſia ſepulchralis inſcriptio; ad diutinam vxoris Vincentij memoriam inciſa.

D. O. M. E
CAMILLÆ BONVISIÆ LVCENSI
NOBILITATE GENERIS
FORMA CORPORIS
MORVM AMABILITATE
PVDICITIA PRVDENTIA RELIGIONE
ADMIRABILI
VINCENTIVS PARENTIVS

CON-

CLXXXI.

A CONSISTORIALIS ADVOCATVS
CONIVX CONIVGI VNANIMI
QVA CVM TRIGINTA SEX ANNOS
NVLLIS VNQVAM EVENTIS
NE LEVITER QVIDEM
TENTATA CONCORDIA VIXIT
MOESTISSIMVS POSVIT.
VIXIT ANNOS LIII.
OBIIT ANNO SALVTIS MDLXXIX.
II. KAL. MARTII.

B Leguntur ipſius Vincentij Reſponſa inter conſilia Farin.conſ.30. & 43.Laudatur a Franc. Burſat.conſ.445. in princ. *Per inſignes, conſultiſſimoſq. Iuriſperitos D.Vincentium Parentiũ Aduocatum Conſiſtorialem, D.Auguſtinum Lazzarinum, D.Ioannem Felicem Saluatorium, omnes in Curia Romana eximios, & conſumatiſſimos Iureconſultos, & Aduocatos*. A Rim. iun.conſ.610.num.28. *Clariſſimus D. Vincentius Paren tius magni nominis Aduocatus Romanus*. Romanus dictus, quia Romana in Aula degebat. A Paulo Granut. theorem.19. *quod uti valdè ſingulare ab Excellent. Do. meo Vincentio Parentio paritèr Lucenſe, ac Conſiſtoriali Aduocato, ſanguinis, doctrina, eminentia, & integritatis admodum perſpicuo addiſcere non erubui*.

E Parentia Progenie præ cæteris floruere Bernardus Florentinus, Theologus clariſſimus circa annum 1340. libri auctor, quo *Miſſa Miſteria* dilucidat: quiq. *Sermones varios*, & alia opera elaborauit. Ioannes Parentius I.C. ſingularis, in cuius laudem cecinit
C Vgolinus Verinus

Ex hac inſigni morum probitate Ioannes
Iuris & Interpres Franciſci dogmata primus
Rexit, & extremos Preſul moderatus Hiberes.

D HORATIVS ARIGONVS Romanus. Ioannem Iacobum Arigonũ Mediolanenſem, & Eugeniam Taram Romanam parentes, ac Pompeium Arigonum S. R. E. Cardinalem eximium (de quo infra) germanum fratrem promeruit. Emicuit in Vrbe Iuriſta clari nominis, & vſu forenſi, legumque peritia inter primarios ſui æui Aduocatos. Catholicæ Maieſtatis iura ipſius Defenſor anno 1573. Romæ tuebatur. Statutis Vrbis ex ordine ſimul congregandis anno 1580. & ipſe interfuit. Apud Farin. nonnulla eiuſdem conſilia habentur impreſſa, præcipuè conſ.10. & 70. In vol.2. conſiliorum vltimar. voluntat. conſ.31. nuncupatur *Inſignis Aduocatus Romanus Horatius Arigonius*.

Vixit Iacobus Arigonus Laudenſis, inſignis Theologus, anno 1407. Laudenſis Epiſcopus renunciatus, deinde ad Tergeſtinam Sedem translatus. Antonius Arigonius a Galbiato Diæceſis Mediolanenſis, anno 1634. ad Ripæ Tranſonis Epiſcopatum euectus.
E Iulius Arigonus Cremonenſis, qui ſcripſit *Vitam ſororis Diomira Bina de Aſſiſio Tertij Ordinis S. Franciſci, virtute, ac pietate inſignis*.

HIERO-

CLXXXII.

HIERONYMVS DE BOBVS BONONIENSIS, Vitalis filius. Ale- A
xandri Ferrei Vrſini Pontificij Conſiſtorij Aduocati obitu ſubſequuto,
illius vice anno 1576. ad locum vacantem nominatus. *Dilectum filiũ*
(ait Gregorius XIII.) *Hieronymum de Bobus Clericũ Bononienſem I.V.D.*
doctrina, & moribus optimis iampridem cognitum condigno munere pro-
ſequi volentes &c. Ipſius geſta celebri Vghelli calamo recenſebo: hoc
vnum addam, quòd Hieronymus antequam Camerinenſis renuncia-
retur Antiſtes, pauperum iura in Vrbe ipſorum Aduocatus pio pa-
trocinio iuuit. *Hieronymus* (apud Vghellum) *Vitalis de Bobus nobilis Bononienſis ex Ad-*
uocato Conſiſtoriali, Sanctiq. Petri Romæ Canonico, Binarino ſucceſſit anno 1580. die 26. Maij,
die verò 13. menſis Iulij inauguratus fuit. Picenates frenauit 1583. Aſculaniſq. ius dixit:
anno autem 1584. a Gregorio XIII. ad Regem Poloniæ legatus eſt, è qua Legatione Cardinalis
Bolognetus nuper abierat. Mortuo Gregorio, ambitioſas Romanas ſpes damnauit, rediijtq. ad B
Eccleſiam ſibi creditam, vbi Epiſcopale Palatium liberalitate planè mirabili exornauit, ab-
ſoluitquè: tres Synodos Diœceſanos celebrauit; vt eccleſiaſtica leges haud quaquam timidè re-
gnarent. Verùm cum inter ipſum, Canonicoſq. iurium lites interceſſiſſent, multum illi de glo-
ria, deq. beneuolentia Ciuium deceſſiſſe oportuit. Igitur poſtquam Cathedralem conſecrauit,
Romæ deceſſit die 26. menſis Ianuarij 1596. fuitq. depoſitus in Eccleſia Nationis Bononienſis,
ſequentiq. anno cum Cardinalis Paleotti cadauere in Patriam Bononiam delatus eſt die 16.
menſis Decembris, ſepultuſq. in Eccleſia S. Martini in maiorum ſuorum Sacello, vbi pauimẽ-
to affixa hæc de ipſo memoria legitur.

HIERONYMVS DE BOBVS C
CAMERINENSIS EPISCOPVS
QVI OBIIT
ANNO SALVTIS HVMANAE MDXCVI.
AETATIS SVAE LIV.

In pariete autem

HIERONYMVS VITALIS FILIVS
VARIIS MVNERIBVS IN AVLA ROMANA
AC PICENI ADMINISTRATIONE D
PERFVNCTVS
DEMVMQ. CAMERINENSIS EPISCOPVS
ET GREGORII XIII. ATQVE SIXTI V.
APVD STEPHANVM BATTORIVM
POLONIAE REGEM LEGATVS
HOC MON. GENTILIBVS SVIS B. M. M.
PONI IVSSIT
ANNO MDXCIV.

E

Liquet ex hac inſcriptione, Hieronymum Legationem apud Poloniæ Regem etiam ſe-
dente Sixto Quinto obiuiſſe, quod Vghellus non indicauit. *De ipſo quidam cecinit*

Aurea

CLXXXIII.

A *Aurea ſacra Bouis veſtigia cernite ſacri,*
Ne ſe fœdaret, maluit ille mori.
Semina qui lachrymans iacit mœſtiſſima in Orbe,
Lætus in Empyreo præmia digna metit.

Eadem ferè ſcripſerat Alidoſius de Epiſcopis Bononienſibus, pag. 127. aliqua tamen in annis varietas: & de Iuriſconſultis Bonon. pag. 136. ſubdit, *Gieronimo di Vitale de' Buoi, à 4. di Giugno 1572. Era nel Collegio de' Giudici, e nel ciuile. Fu Scrittore Apoſtolico: era nella ſacra Conſulta. Poi Auuocato Conciſtoriale, e de' Poueri; e Canonico di S. Pietro di Roma in luogo d'Aleſſandro Muſotti l'anno 1579. Morì eſſendo Veſcouo di Camerino.*

B ALOYSIVS TERZAGVS Mediolanenſis. Ioannis Baptiſtæ I. C. Hieronymi Terzaghi, & Beatricis . . . . . filius. Recurrente anno 1578. inter Aduocatos, vice Hieronymi Maggiolini, cooptatus. Quanto temporis decurſu in humanis egerit, haud mihi compertum; hoc non ignoro, quòd eodem, ac duobus ſequentibus annis in ipſorum Cœtu ſedit, quodq. poſtmodum reſignauit. Inter conſilia Menochij lib. 4. conſ. 398. legitur ipſius Reſponſum, ſubſcribendo *Aloyſius Terzagus Aduoc. Conciſt.* De ipſo Alexander Raudenſis in tract. de analog. cap. 14. *Doctiſſimi, & eloquētiſſimi Aduocati Mediolanenſes Do. Camillus Trottus nunc ex Quæſtoribus extraordinarijs, D. Bartholomæus Brugnolus, D. Aluiſius*
C *Terzagus Torniceli, ac Cephali Condiſcipulus.*

Nobilis, vetuſtaq. Terzagorum Mediolanenſis Familia Viris quampluribus emicat cōdecorata, potiſſimùm verò Vberto, antiquatis ſæculis Mediolani Archiepiſcopo. Iacobo Philippo, qui edidit *Heſiodi, & Homeri certamen è Græco in latinum translatum. Orationem habitam Excellentiſſimo Mediolani Senatui in actione gratiarum pro munere publicè interpretandi ſibi delato. Excellentiſſimi apud Inſubres ſupremi Senatus Illuſtriſſimorum Patrum elogia. Præſidi Octauiano Picenardo Elogium. Carolo Hieronymo ex Capatijs a Somalea Elogium.* Lucilio, cuius opera Auctoris nomen immortali famæ commendarunt, nempe. *Dialogus de Ambroſiana Bibliotheca a Card. Federico Borromæo inſtituta. De Regentis Hieronymi Caymi, eiuſq. nobiliſſimorum fratrum eximijs laudibus, Oratio. De fratrū Biliorum Comitum Io. Baptiſtæ Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcopi, ac Balthaſſaris ampliſſimis, ſummiſq. laudibus, Oratio. Interpretatio libri primi Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum. Epi-*
D *ſtolæ familiares. Verſio è Græco in latinum Commentarij Euſthatij Theſſalonicenſis in primum Homeri Iliadis librum, & ſcholiorum Theonis in Arati apparentias. De familia Meltia, & de multis alijs Familijs Mediolanenſibus. De Peſte. Orationes varij generis. Della fame, o careſtia. Trattato della rabbia de' cani.*

VLYSSES BOVIVS Bononienſis. Ioannis Ludouici I. C. & Pantaſileæ . . . . filius. Etſi plura de Vlyſſe perquiſierim, hoc tantùm reperi, ipſum Bononiæ Iura publicè profeſſum, ac in Aduocatorum Conſiſtorialium actis menſibus Iunij, & Auguſti anni 1578. fuiſſe deſcriptum. At Rinerius, conciuiſq. Alidoſius hæc, poſt
E ſcripta, ſuppeditarunt. *Vliſſe di Gio. Ludouico Bouio Auuocato Conciſtoriale morì in Roma nell'anno 1578. intorno alla fine del meſe di Luglio* (de menſe Auguſti viuebat) Alidoſius pag. 228. *Vliſſe di Gio. Lodouico Dott. de' Boui* 1558. *Era nel Collegio de' Giudici, e nel ciuile. Fu Auuocato Conciſtoriale, & Abbreuiatore de Parco maiori. Morì l'anno* 1578. *di Luglio in Roma.*

CLXXXIV.

PETRVS ALDOBRANDINVS Romanus. Petri Aldobrandini ſa- A
cræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocati filius, Clementiſq. Octaui ex fratre
nepos. *Hic* (ſcripſit Victorellus) *Roma natus, liberalis & pia edu-
cationis præcepta hauſit; apud Vallicellanos nota virtutis Sacerdotes, ado-
leſcentulus piè vixit, tunc etiam cum Hippolytus Cardinalis Apoſtolica
Sedis Legatus in Poloniam, Germaniamq. conceſſit. Beatum Philippum
Nerium ſummè venerabatur, nutui eius parebat, vaticinio verò, ſe ali-
quando Romana Purpura exornandum, pene puer intellexit. Iuriſpru-
dentia auctus inſignibus, Conſiſtorialis Aula Patronus, Prothonotarij Apoſtolici Dignitate,
Molis Hadriani Præfectura, nobiliq. SS. Vincentij, & Anaſtaſij ad Aquas Saluias Sacerdotio
cumulatus; florenti ætate Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere (quam Diaconiam deinde
reſtituit, ornauitq.) a Clemente creatus eſt. Ingenio viuidi, conſilio prudenti, grauitate, hu-
manitate, in rebuſq. tractandis ſolertia, ac diligentia non vulgari enitens, labores pro Apoſto- B
lica Sede alacri animo aſſiduè ſuſcepit, vaſtamq. ſacri Imperij molem, qua ratione ei licuit,
patrui nutu, iuuenis adhuc, cum eo ſuſtinere cœpit.* Reliqua Petri præconia perleges apud
ipſum Victorellum in Ciaconiano opere; apud Vghellum in Italia ſacra tom. 1. pag. 218.
696. & tom. 2. pag. 393. & (vno verbo) apud Scriptores omnes de ipſo verba facientes,
& ad ſydera extollentes eximias animi dotes. E viuis autem exceſſit die 10. Februarij
1621. Angelus Gallutius è Societate IESV clari nominis Orator funebri Oratione Petri
virtutes indicauit. Cadauer ipſius iacet in ſacra Æde Dominicanorum ſuper Mineruam,
inſigni adhuc (quod promeruit) ſepulchro nequaquam extructo, licèt parato. Magnum
apud me æneum Numiſma aſſeruatur, in cuius altera facie Petri Cardinalis Aldobrandini
effigies conſpicitur, literis coronantibus. *Petrus Card. Aldobrandinus Romanus S. R. E.
Camerarius*: in auerſa verò Capitolini Conſeruatorum Palatij proſpectum videre licet,
characteribus additis. S. P. Q. R. *M. D. C. III.* C

SIGISMVNDVS ZANNETTINVS Bononienſis. Franciſci Zan-
nettini, & Luciæ de Truſaninis filius. Iuriſta ſui æui percelebris, Col-
legijq. Bononienſis Doctor. Romana in Academia publicè profeſſus
eſt. Die 18. Martij 1579. in Pontificij Conſiſtorij Aduocatorum
Cœtu admiſſus. Aduocati pauperum munus in Vrbe obiuit. Gre-
gorij demum XIII. munificentia anno 1584. Firmanus Antiſtes de-
lectus. *Sigiſmundus Zannettinus* (ex Vghello in Italia ſacra) *Bono-
nienſis, filius Franciſci celebris I.C. cum viginti, & ſeptem annos celebriores Italia Academias,
publicè leges interpretando, nobilitaſſet, ac ſub Gregorio XIII. pauperum cauſas defendendas* D
*accepiſſet, exigentibus meritis, ad Firmanam Sedem ſubuectus eſt 1584. die 12. menſis Decem-
bris. In ſibi creditam Eccleſiam multa contulit ornamenta, Sacrariumq. ædificauit, ac exor-
nauit, vt breuis marmorea memoria habet. Primus Archiepiſcopus fuit, ex quo Sixtus V. in
Metropolim Firmanam erexit Eccleſiam. Deceſſit autem 1595. prima die Octobris, ſepultuſq.
eſt in ſua Metropolitana.* De ipſo Valerius Rinerius in opere M. S. de Viris illuſtrib. Bo-
nonienſib. *Sigiſmondo Zannettini fù prima Auuocato de' poueri nel 1578. indi à due anni
Auuocato Conciſtoriale, e finalmente fù eletto Veſcouo di Fermo, come ſi è detto à ſuo luogo.*
Alidoſius de Iuriſconſultis Bonon. pag. 210. *Sigiſmondo di Franceſco Zannettini à 8. di Giu-
gno 1555. Era nel Collegio de' Giudici nel ciuile, e nel canonico. Fù creato Auuocato Conciſto-
riale in luogo d'Vliſſ. Boni del 1578. (1579) e poi Auuocato de' poueri in luogo di Gieronimo Boni
l'anno ſeguente. Leſſe nello Studio della ſua Patria, di Macerata, di Siena, & in quello di Ro-* E
ma. Morì l'anno 1594. (1595. Vghellus) eſſendo Veſcouo di Fermo.

Floruit vir celeberrimus Hieronymus de Zannettinis, qui præter *Diſputationes*, Tra-
ctatus elaborauit *De foro conſcientiæ, & contentioſo. De differentijs inter iudicia ciuilia, &
criminalia. De differentijs inter ius canonicum, & ciuile. Contrarietates iuris ciuilis, & iuris
Longobardorum. De Indulgentijs.* Vixit Hieronymus (alter, vt opinor) de Zannettinis,
qui edidit *Concluſionem, & comprobationem Alchymiæ, qua diſputationi, & argumentis Ar-
geli reſpondetur.*

IOAN-

CLXXXV.

A IOANNES ROMEVS BARBATIVS Bononienſis. Guidi Antonij
Barbatij (ob fideicommiſſum Comitis de Manzolis, ad ſui fauorem
exarati, etiam de Manzolis nuncupati) & Lauræ de Lignanis filius.
A Gregorio XIII. inter ſui Conſiſtorij Aduocatos anno 1580. adle-
ctus, in locum (autumo) Hieronymi de Bobus, anno eodem Came-
rinenſi Epiſcopatu inſigniti. Seruandis a Barbatio ob temporis an-
guſtiam nondum ſeruatis, maiora promeritus, antequam inter Aduo-
catos ſediſſet, fuit ad ſacrum Romanæ Rotæ Trbunal anno eodem euectus. De ipſo ſcri-
pſit Alidoſius inter Iuriſconſultos Bononienſes pag. 136. *Conte Gio. Romeo del Conte Guid'
Antonio Manzoli Barbazzi a' 14. di Maggio 1574. Era nel Collegio de' Giudici. Fù creato
Protonotario Apoſtolico, & Auuocato Conciſtoriale, e poi eletto Auditore della ſacra Rota in
luogo di Ceſare Graſſi. Morì l'anno 1580. à 26. di Decembre, eſſendo Vicelegato di Por-
togallo.*

B Præter quamplures, qui ex hac prodiere Proſapia, ſummis extollendus eſt præconijs
Comes Andreas Barbatius Senator Bononienſis, Regibus, Ducibus, ac Principibus cha-
rus, non tam Bellonæ ſtrenuus, quàm Muſarum Alumnus elegantiſſimus: ſcriptioni de-
ditus plura elaborauit, at euulgatæ extant, quòd ſciam, *le Rime*, *L'Amoroſa Coſtanza
Tragicomedia Boſchereccia*.

PETRVS FRANCISCVS GYPSIVS Bononienſis. Ioannis Ga-
leatij Gypſij Equitis, & Aulæ Lateranenſis Comitis, ac Ludo-
uicæ Paſellæ Bononienſis filius. In celebri Patriæ Vniuerſitate
C laurea donatus, ibi poſtea ius Cæſareum profeſſus eſt: inde
Viſſi, Aſſiſij deinceps Gubernator dictus: hinc ad Capitolinum
Vrbis Forum translatus, ſecundi Collateralis munere perfun-
ctus eſt: poſtmodum Ioanni Romeo Barbatio Gregorij XIII.
(cuius genitrix, ac Ioannis Galeatij mater ſorores è nobili Fa-
milia de Mareſchalchis prodierant) diplomate anno 1580. in
Conſiſtoriali Aduocatione ſubrogatus. *Nos dilectum filium* (legitur ibi) *Petrum Franciſ-
cum Gypſium laicum Bononienſem I. V. D. doctrina, & moribus optimis iampridem cognitum
condigno munere proſequi volentes*. Iuriſprudens clari nominis, eximius, integerrimuſq.
floruit. Romanæ demum Rotæ Auditor, prudentia, virtute, ac æquitate ius dixit. Opus
hoc, Collegarum ſuaſu, conuolabat ad prælum, quando ex Valerio Rinerio in
M. S. opere de Viris illuſtrib. Bononien. & ex Alidoſio de Iuriſconſultis, quæ ſequuntur,
D didici: ille. *Pietro Franceſco del Caualiere Gio. Galeazzo Geſſi, e della nobile Lodouica Paſelli
s'addottorò in Bologna nella ragione canonica, e ciuile alli 13. di Nouembre l'anno di noſtra ſa-
lute 1568. e l'iſteſſo anno cominciò à leggere publicamente, e ſeguitò, ſin tanto che dalla fel.
mem. di Papa Gregorio XIII. ſuo parente fù chiamato à Roma, e mandato nell'Vmbria al Go-
uerno di Viſſi, che fù alli 4. di Gennaro 1574. lo mandò poi al Gouerno d'Aſſiſi, e d'indi ritor-
nato à Roma diuenne Collaterale del Senatore di Campidoglio, e diede così buon'odore di ſe in
queſto vffitio, che l'anno 1580. alli 11. d'Aprile fù da ſua Santità fatto Auuocato Conciſto-
riale in luogo di Gio. Romeo Manzoli Barbazzi. Dell'anno, che ſeguì 1581. à di 8. di Fe-
braro, conoſcendolo per huomo di gran bontà, e letteratura, lo poſe nella ſacra Rota di Roma,
luoco vacato per la morte di detto Barbazza. Hebbe ancora il Gouerno di molte Terre, e Cit-
tà nello Stato di Santa Chieſa. Reſtaurò la Cappella già fondata dall'antica ſua Famiglia
E nella Chieſa di San Bartolomeo di Galiera, e la dotò, come ſi legge nella ſeguente me-
moria.*

Digitized by Google

CLXXXVI.

D. O. M.

Sacellum a Io. Galeatio Gypſio nobili Bononienſi A
Comite, & Equite
exornatum, vetuſtate collapſum
Petrus Franciſcus filius
ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditor
in meliorem formam reſtituens
Sacrum in eo ſingulis diebus perpetuò fieri,
annuo cenſu aſſignato, ſtatuit.
Anno Salutis MDXCV.

B

Alidoſius pag.19. *Pier Franceſco di Gio. Galeazzo Geſſi a' 13. di Nouembre 1568. Era nel Collegio de' Giudici, e nel canonico. Fu Gouernatore di Viſci, e d'Aſſiſi, e Collaterale del Senatore di Campidoglio, Auuocato Conciſtoriale, e poi Auditor della ſacra Rota in luogo di Gio. Romeo Barbazzi. Hà in ſtampa le ſue Deciſioni, Morì l'anno 1599. a' 7. di Agoſto in Roma.*

Vixit non obſcuri nominis vir Bartholomæus Gypſius, qui Tractatum edidit *De caſibus reſeruatis*. Lanfrancus Gypſius, qui *Antiparadoxa* conſcripſit. Hieronymus Gypſius Bononienſis Concionator eximius qui elaborauit *Conciones de nuptijs Animæ cum Chriſto in SS. Sacramento*. *Vitam S. Franciſci Xauerij*. *Orationes varias*. Camillus, qui typis dedit *Additiones ad Deciſiones Bononienſes*. Enituit noſtro æuo Berlingerius Gypſius nobilis Bononienſis, vtriuſque Signaturæ Referendarius, Pontificij Vicarij in ciuilibus Locum- C
tenens, ac Viceſgerens, Congregationis Epiſcoporum Secretarius, Ariminenſis Epiſcopus, Apoſtolicus apud Venetos Nuncius, Romæ Gubernator, Pontificiæ Domus Præfectus, Signaturæ Iuſtitiæ Vicepræfectus, Gubernator Status Vrbini, adhuc Vrbini Duce viuente, eoq. demum munere perfungens, ab Vrbano Octauo Purpura donatus, ſupremo dignus faſtigio, niſi morte præreptus.

CÆSAR MARSILIVS Bononienſis, ex Auguſtino natus. Anno 1581 Aduocatorum Conſiſtorialium conſortio datus. Pauperum deinde renunciatus Defenſor. Anno 1588. in Pontificis Conſiſtorio nomine Ferdinandi Medices pro Purpura renuncianda inſtitit. Menſe D
Octobris 1591. Carolo Baldaſſino vita functo, Collegij Decanatũ conſequutus, tandem prudentia, virtute, animiq. candore notus omnibus, die Dominico 22. menſis Maij 1594. ab humanis exceſſit. Inſtantiæ formulam, a Flaminio Pariſio de reſignat. benef. lib.8.q.4. recenſitam (vt ſi quando quid ſimile contigerit, normam habeant Collegæ) hìc lubet adnectere. *Et ita factum vidimus* (ait Pariſ.) *anno 1588. Namq. Ferdinandus Card. Medices, nunc Sereniſſimus magnus Dux Etruriæ conſtituit duos nominandos procuratores ad petendam admiſſionem renunciationis, qui cum Excellentiſſimo D. Cæſare Marſilio I. C. Bononienſi Aduocato Conſiſtoriali meritiſſimo admiſſi fuerunt in Conſiſtorio ſecreto, in quo prædictus D. Cæſar ita dixit.*

Pater Beatiſſime. Admodum Reuerendus Pater Nicolaus Epiſcopus Ciuitatis Burgi S. Se- E
pulchri, & Illuſtris Io. Nicolaus Ferdinandi Cardinalis magni Ducis apud Sanctitatem Veſtrã Orator, eiuſdem Cardinalis magni Ducis in ſolidum procuratores hoc legitimo ſuffulti mandato ad reſignandum in manibus S.V. Cardinalatus Dignitatem, habent ad S.V. & ad ſacrum Collegium literas, quas humilitèr ſupplicant, vt recipere dignetur, illiſq. lectis, benignè audire, quæ habent in mandatis.

Poſtea fuerunt datæ literæ, quibus lectis, denuò dictus D. Cæſar Marſilius orauit his verbis.

Bea-

CLXXXVII.

A *Beatiſſime Pater, Cardinales ampliſſimi. Poſtquam ſuperiori anno D.O.M. omnium Creatori viſum eſt claræ mem. Franciſcum Medicem magnum Etruriæ Ducem ſine deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus ex huius vitæ exilio ad Cæleſtem Patriam (vt piè credendum eſt) euocare; quòd in tam graui iactura maximè optandum erat, Ferdinandus Cardinalis ex duobus, qui ſuperorant, germanis fratribus natu maior, iure eidem Franciſco ſucceſſit, ac tertius magnus Etruriæ Dux ſumma populorum gratulatione, & lætitia conſtitutus eſt. Quamquàm verò Ferdinandus Cardinalis magnus Dux ampliſſimam hanc Cardinalatus Dignitatem tot nominibus inſignem, ac verè illuſtriſſimam, quamq. ab adoleſcentia in ea verſatus tantopere coluit, ac ſummo cum honore, ac ſplendore ſuſtinuit, ad vitæ exitum vſque retinere deſideraret, & certum, ac conſtitutum apud ſe haberet, in hoc ipſo tam magno, tamq. graui euentu rerum ſtatu magnoperè commutato (id quod in rebus humanis accider, ſolet) aliud ſibi grauiſſimis, & maximè neceſſarijs de cauſis ſtatuendum fuit, ac omnino proſpiciendum, vt tam amplæ, lataq. Prouinciæ, ac Ditioni, quibus præeſt, nec non Familiæ ſuæ legitima liberorum,*
B *ac poſterorum ſucceſſione conſuleret, atque propterea ſingulari prius S.V. & huius ſacri Collegij benignitate admiſſa Dignitatis Cardinalatus reſignatione, ſacroſanctum matrimonium ob id inſtitutum, vt Chriſtianum, & prudentem Principem decet, ritè, recteq. contraheret. Dolet quidem Ferdinandus Cardinalis vicem ſuam, Pater Beatiſſime, quando certò iam agnoſcit ſibi valdè inæquali commutatione de Eccleſia ad ſæculum eſſe tranſeundum, ſed quia ipſis S.R.P. viſum eſt ſibi ſemper indulgere, ne ſacris vllis Ordinibus initiaretur, qui prudentiſſimè proſpiciebant poſſe aliquando, quod accidit, euenire; idcircò ita dolet, vt aliquam ex parte inde conſolationem capiat. Hancq. animi ſui ſententiam S.V. vnà cum his ampliſſimis Patribus probaturam ſibi certò perſuadet. Immo verò & gratam S.V. futuram hanc ſuam deliberationem ſperat; præter enim perpetuam quandam Familiæ ſuæ, præcipuè verò præſtantiſſimorum Ducum in Romanam Eccleſiam fidem, & obſeruantiam, quam re ipſa ſemper teſtati ſunt,*
C *Ferdinandus ipſe, eiuſq. Succeſſores, quos Diuinam Benignitatem ſibi largituram ſperat, nouo quodam vinculo adſtrictum hoc ſtudium augebunt, nouiſq. officijs, & obſequijs cumulabunt ſemper. Nemo eſt præterea, qui ignoret, quantum ad huius S.Sedis amplitudinem, totiuſque Italiæ quietem, & pacem pertineat huiuſmodi vicinos Principes, terra, mariq. potentes nanciſci, a quibus perpetua hæc in eam ſtudia dimanent, præclariſſimamq. Familiam Medicem, quæ cum hac Apoſtolica Sede coniunctiſſima ſemper fuit, ex qua non ſolùm viri principes pietate, rerum geſtarum gloria, & heroicis virtutibus illuſtres, ſed tot Summi Pontifices de Catholica Religione præclarè meriti prodierunt, in poſterum & florere, & quamdiutiſſimè conſeruari. Multa alia prætermitto, ne longius ſim, quæ copioſa aliquando oratione proſequutus eſt ſanctiſſ. mem. Pius V. in ea Conſtitutione, qua Coſmum Ferdinandi patrem æterni nominis Principem in magnum Etruriæ Ducem extulit. Cæterùm, Beatiſſime Pater, Ferdinandus Cardinalis*
D *magnus Dux ſummoperè cupijſſet ipſemet Romam aduenire, pedibus S.V. aduolui, & in hoc ſacro loco, in quo tot annis tam honorificè verſatus eſt, omni cum humilitate S.V. ſupplicare, ac coram in eius manibus Cardinalatus Dignitatem non ſine animi ſenſu liberè dimittere; ſed cum magnis curis, & negotijs, in his præſertim exordijs, aſſiduè impediatur, quæ S.V. & ſacro Collegio non ignota ſunt, & probata eſſe ſperat, ob eas cauſas dedit in mandatis admodũ R.P. Nicolao Epiſcopo Ciuitatis Burgi S. Sepulchri, quem huius tantùm rei conficiendæ cauſa Nuncium, & Procuratorem miſit, nec non Illuſtri Ioanni Nicolao, qui apud S.V. illius Orator exiſtit, vt Dignitatem Cardinalatus ſui purè, liberè, & ſimpliciter in manibus S.V. reſignent, cæteraq. omnia ſuo nomine efficiant, quæ ad hanc rem neceſſaria quouis modo, & opportuna videbuntur, quemadmodum ex ipſo procurationis mandato copioſè conſtat. Hi igitur hic præſentes proſtrati ad pedes S.V. & Ferdinandi Medices S. Mariæ in via lata S.R.E. Dia-*
E *coni Cardinalis magni Etruriæ Ducis procuratores, & eius nomine ea, qua decet humilitate, in manibus Sanctitatis Veſtræ dicti Cardinalatus Dignitatem, vnà cum omnibus preeminentijs, honoribus, priuilegijs, inſignibus quibuſcumque realitèr, & cum effectu purè, liberè, & ſimpliciter dimittunt, reſignant, & renunciant, nec non regimini, atque adminiſtrationi dictæ Eccleſiæ S.Mariæ in via lata eodem nomine cedunt; S.V. humilitèr, & inſtantiſſimè ſupplicant, vt dimiſſionem, reſignationem, renunciationem, & ceſſiones prædictas grato animo excipiendo dignetur admittere, ſibiq. iuramenta quæcumque per eum præſtita ratione Dignitatis*

Cardinalatus, & præfatæ aliarumq. quarumcumque Eccleſiarum, quibus ad hunc vſque diem præfuit, relaxare, ac quacumque magis opportuna ratione ſtatui conſcientiæ, & ſecuritati eiuſdem Cardinalis magni Ducis prouidere, prout S. V. ex ſumma ſua prudentia, & benignitate cenſuerit expedire. Quod verò reliquum eſt, Pater Beatiſſime, Ferdinandus Cardinalis magnus Dux multis quidem nominibus S. V. & huic Apoſtolicæ Sedi ſe adſtrictum profitetur, ſed ad vetera S. V. erga eum officia, & promerita magnus cumulus accedet, ſi S. V. cum his Reuerendiſſimis Dominis aſſiſtentibus eum a Cardinalatus munere (vt ſperat) abſoluerit, & vt in altera vocatione, ad quam Deus eum vocat, diù, fæliciterq. verſari poſſit, ſuam ſibi paternam benedictionem impertiuerit. A

Summus Pontifex annuit, & admiſit renunciationem, Cardinalibus omnibus conſentientibus: quare fuerunt vocati duo Prothonotarij participantes, vt de hoc actu ſe rogarent. De recenſita Cardinalitiæ Dignitatis abdicatione, Cæſareq. Marſilio Conſiſtoriali Aduocato perorante meminit Andreas Victorellus in addit. ad Ciaconianum opus in vita ipſius Ferdinandi; vnde elicitur, Pariſium in alterius Oratoris cognomine erraſſe, dum Ioannem Nicolaum pro Ioanne Nicolino conſcripſit. De Marſilio noſtro Rinerius quoque in ſæpius indicato opere in hæc verba ſcripſit. *Ceſare d'Agoſtino Marſily, e della nobile Verginia Bianchini, ſi dottorò in legge nel Collegio di Bologna il decimo giorno di Maggio l'anno* 1574. *Leſſe ſei anni publicamente nello Studio della Patria, paſſato poi à Roma, Papa Gregorio* XIII. *lo fece Auuocato Conciſtoriale in luogo di Pier Franceſco Geſſi; ciò fu l'ottauo giorno di Febraro, l'anno di noſtra ſalute* 1581. *e nell'anno* 1583. *alli* 14. *di Gennaro fu fatto Auuocato de' Poueri in luogo di Sigiſmondo Zannettini. Nacque queſto Prelato l'anno* 1549. *del meſe di Nouembre, e morì alli* 21. *di Maggio nell'anno* 1594. *in Roma, doue fu ſepolto nella Chieſa di Santa Maria della Minerua, doue ſi legge queſto Epitaffio.* B

C

D. O. M.
CAESARI MARSILIO BONONIENSI
AVGVSTINI SENATORIS FILIO
QVEM
SPECTATAE IN BONONIENSI GYMNASIO SAPIENTIAE
VIRVM
GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
ADVOCATVM PRIMO SACRI CONSISTORII D
CVIVS ORDINIS PRINCEPS FVIT
MOX ETIAM PAVPERVM DECLARAVIT
AVGVSTINVS ET HERCVLES MARSILII
FILIO ET FRATRI OPTIMO POSVERE.
OBIIT IN IPSO VIGILIO S. IVONIS ADVOCATI PAVPERVM
XIV. CAL. IVNIAS MDXCIV.
ANNVM AGENS XLV.

E

Alidoſius autem pag. 61. *Ceſare d'Agoſtino Marſilij a'* 10. *di Maggio* 1574. *Era nel Collegio de' Giudici, e nel ciuile. Fù Auuocato Conciſtoriale in luogo di Pier Franceſco Geſſi, & Auuocato de' Poueri in luogo del Zannettini. Morì l'anno* 1594. *a'* 21. *di Maggio in Roma, è ſepolto nella Minerua, doue ſono queſte lettere &c.*

Floruere Marcus Antonius Marſilius Bononienſis, Salerni Archiepiſcopus, qui Tractatum conſcripſit *De eccleſiaſticorum redditum origine, & iure*. Hippolytus de Marſilijs Bono-

CLXXXIX.

A Bononienſis I.C. diſertiſſimus, qui elaborauit *Commentaria ad leges Cornel. de ſicar. Pompe. de parricid. Cornel. de falſ. aliaſq. leges. Practicam cauſarum criminalium. Conſilia criminalia. Singularia. Tractatum de fideiuſſoribus. De Dignitate Imperatoris. De bannitis. De quaeſtionibus.* Ludouicus Marſilius Florentinus, Theologus, Poeta, ac Philoſophus eximius, qui edidit *Quaeſtiones Theologicas*, & heroico carmine *Vetus, ac nouum Teſtamentum*. Leonardus Marſilius Senenſis anno 1390. Archiepiſcopus Spingarienſis. Camillus Marſilius Senenſis, a Bonifacio IX. Archiepiſcopus Otranti renunciatus. Ex eadem Marſiliana Senenſi Proſapia regnantis Alexandri Septimi Pontificis Optimi Laura mater orta eſt, cui quantum Orbis debeat, ex hoc dijudicandum, quòd virum omni ex parte virtutibus cumulatum, iuſtitia, liberalitate, animi magnitudine, morum ſuauitate, literis eximium luci expoſuerit, educauerit.

B

FLAMINIVS PLATVS Mediolanenſis. Hieronymi Plati, & Antoniæ Vincemalæ filius. Conſiſtorialis dictus Aduocatus anno 1583. vice Aloyſij Terzaghi, qui reſignauerat. Hinc (veluti ex aſſueto gradu) ad ſacrum Romanæ Rotæ Tribunal conſcendit. Illinc anno 1591. ad Vaticanam Purpuram virtutibus onuſtus peruenit. Anno climaterico 1613. die prima Nouembris ex catarrho maximo, & innappetentia dies extremos claudens, ad ſuperos (vt piè credendum) aduolauit. Romæ in Farneſiano Societatis IESV Templo recondita ipſius oſſa iacent, his verbis ſepulchro impoſitis.

C

D. O. M.
FLAMINII PLATI PATRICII MEDIOLANENSIS
S.R.E. PRESB. CARDINALIS
OSSA HIC IACENT
CVIVS PERITIAM LEGVM
OPPORTVNITATEM CONSILIORVM
STVDIVM RELIGIONIS
HIC NON DISCES SEPVLCHRALI FIDE
POSTHVMAQ. FAMA.
D DISCES SI ID CVRAS
AB ROMANÆ ROTÆ IVDICIBVS
A PVRPVRATORVM PATRVM SENATV
APVD QVOS
COLLEGÆ INCOMPARABILIS
ADMIRATIO IN PERPETVVM VIVET.
QVOD AVTEM
VIRO MORTALE FVIT
HIERONYMVS PLATVS COMES CARPINIANI
EQVES S. IACOBI A SPATHA
IN HOC SVÆ
E ERGA OPTIMVM PATRVVM PIETATIS
MONVMENTO COMPOSVIT.
OBIIT ANNO DOMINI MDCXIII.
ÆTATIS SVÆ LXIII.

Funebri oratione commēdarunt Flaminium in Farneſiano Templo diſertus quidam illius Societatis Orator, & in S. Caroli Æde Andreas Victorellus. Eundem elogijs excuſere Petra-

Digitized by Google

Petramellarius, & Filiuceius. Neque illius præeonia Vghellus reticuit, dum ſcripſit. A
Flaminius Hieronymi Plati, & Antoniæ Vincemalæ filius, nobilitate ſanguinis, & virtute
clariſsimus, Mediolani anno 1548. in lucem editus, ibidemq. educatus, literis imbutus, vir
fælici ingenio præditus, multiplici ſcientia, præſertim ciuili, & experientia clarus euaſit. Me-
diolani Collegij Doctor Romam ſub Gregorio XIII. miſſus, Aduocatus Conſiſtorialis ab eodem,
mox ſub Sixto V. Romanæ Rotæ Iudex, a Gregorio XIV. Pont. Max. eius affine in ampliſsimum
Ordinem relatus: ſupra Ducis Ferrariæ negocijs vnè cum Ieſualdo, Paleotto, Alexandrino,
Madrucio, Facchinetto, Valerio, Saluiato, Laureo, Lancellotto, Aldobrandino, Matthaio,
& Columna Cardinalibus deputatus: ad grauia quæque, magniq. momenti negocia tractanda
adhibitus, integritatis, & continentiæ ſemper ſingulare ſpecimen dedit, & qui ſanctioribus mo-
ribus præditus erat, dicendi libertate, cum ſumma grauitate, prudentiaq. coniuncta, mirificè
floruit. Sacræ Conſultæ negocijs, ac Concilij, Epiſcoporum, & Regularium Congregationibus
aſcitus; Lateranenſium Canonicorum Moderator fuit: tandem ſub Paulo V. Pont. Max. vir B
præclaris naturæ dotibus ornatus ſenex fato conceſſit. De ipſo meminere quoque Alex.
Raudenſ. de analog. cap. 15 *Qua in cauſa* (ait) *pro dictis patruis intercedebam ego ſimul cum*
Collegij noſtri Mediolanenſis Doctore excellente D. Flaminio Plato, nunc Aduocato Conciſto-
riali meritiſsimo. & cap. 37. *D. Flaminij Plati Concinis mei, poſtea a Sanctiſſ. Papa Sixto V.*
ob ſingulares eius animi dotes nouitèr Rotæ Auditoris cooptati. Morigia de nobilit. Mediol.
lib. 2. cap. 3. pag. 75. *L'vltimo Cardinale di Patria Milaneſe è il Cardinal Piatti, per proprio*
nome chiamato Flaminio. Queſto nobile Milaneſe era Dottore dell'Illuſtre Collegio di Mila-
no, e l'anno 1583. andò à Roma per Auocato Conciſtoriale, mandato in quella Corte dall'Il-
luſtre Collegio, e dalla Città, con prouiſione di ſcudi 400. l'anno, e ſcudi 150. per il viaggio.
Dopò fù creato Auditore della ſacra Rota da Papa Siſto Quinto, il qual'Officio eſercitò con ſom-
ma prudenza, & vniuerſale ſodisfattione per anni ſei. Finalmente fu creato Cardinale da Pa-
pa Gregorio Sfondrato l'anno 1591. del meſe di Marzo, & hora ſtaſsi in Roma con gran ſua C
lode, per le ſue degne qualità, & è molto adoperato dal Santiſs. Papa Clemente Ottauo nelle
coſe importanti di Santa Chieſa: eadem vix reſcribit lib. 3. cap. 9. pag. 142. Creſcentius de
nobilit. Ital. par. 1. pag. 92. *Ornamenti ſingolariſsimi riconoſce queſta Famiglia oltre vn ſtuo-*
lo infinito di douitioſi Cauaglieri, e di Letterati celebri, e prodi Capitani, il Cardinale Flami-
nio Dottore di Collegio, e già Conciſtoriale Auuocato, & Auditore della Ruota di Roma, ne' cui
nepoti ſono ſtati Benefici eccleſiaſtici, Signorie di Caſtella, e titoli di Conte &c.

Platam Familiam vetuſtiſſima nobilitate Mediolani viguiſſe aſſerunt Morig. de nobilit.
Mediol. pluriès, præcipuè lib. 3. cap. 9. & Creſcent. d. par. 1. narrat. 1. cap. 2. & ſeqq. po-
tiſſimùm pag. 44. 92. 93. & 147. vbi de ipſius origine, ac preeminèntijs. Ex ea (alijs
omiſſis) prodiere Domitius Platus, Flaminij noſtri germanus frater, qui Tractatum *De*
Paſſione Saluatoris, cum praxi Orationis ad ipſam Paſſionem vtilitèr meditandam euulgauit. D
Hieronymus Platus, Flaminij, Domitijq. frater, qui edidit *De bono ſtatus Religioſi.*
De Cardinalis Dignitate, & Officio ad Flaminium Platum Cardinalem fratrem ſuum.
Platinus Platus iucundus Poeta, qui *Epigrammata, Elegiaſque* cecinit: Gulielmus
Platus Theologus, qui elucubrauit *Li ſpettacoli del Diuino Amore. Le ſacre Meta-*
morfoſi. Le ſacre Roſe. Le ſette Marauiglie del Mondo. Il Monte Olimpio. La gloria del Re
de' Romani. L'Imagine d'Aleſſandro per la Sindone del Noſtro Signore. L'Idea dell'arte mi-
litare. Il Leandro. Gl'Auguri di Gioue. Il ſacro Areopago. Li funeſti Apparati. De ſu-
prema Authoritate Petri. Orationes varias. In Ciuitate Mediolani Theodorus Platus I.C.
eximius Scholas Platinas, æterna ſui nominis, Familiæq. celebritate fundauit, in quibus
quinque habentur lectiones, Geometriæ nempe, Aſtronomiæ, Arithmeticæ, Dialecticæ,
ac linguæ Græcæ. E

POM-

Digitized by Google

CXCI.

A POMPEIVS ARIGONVS Romanus. Ioannis Iacobi Arigoni Me-
diolanenſis, & Eugeniæ Taræ Romanæ filius. Ab anno 1584. inter
Pontificij Conſiſtorij Aduocatos mihi conſediſſe conſtat. Eodem
anno, die 20. Decembris in publico Conſiſtorio, pro purpureis ga-
leris Nicolao Sfondrato, & Auguſtino Valerio tradendis conuoca-
to, de more perorauit. Philippi II. Hiſpaniarum Regis iura in Vr-
be ipſius Aduocatus defenſauit. Sixto Quinto ſedente, pro annu-
merando inter Diuos B. Didaco Complutenſi, in publico Confiſto-
rio diſertiſſimè orauit: impreſſa circumfertur ipſius Oratio in libello pro canonizatione
eiuſdem Didaci a Petro Galeſinio typis euulgato; & ipſius inſtantiæ recenſentur a Fran-
ciſco Pegna ſacri Palatij Auditore in vita ipſius Didaci. Ad Romanæ deinde Rotæ Tri-
bunal die 20.Decembris 1591. euectus. Denique inter Vaticanos Senatores ab Octauo
Clemente anno 1596. adlectus. Hic ille eſt Pompeius, cuius ſiue ſpectemus vitæ pro-
B bitatem, ſiue literarum peritiam, ſiue in rebus agendis prudentiam, eximius ſemper
claruit, ſemper vixit Romanis Pontificibus mira beneuolentia adſtrictus. Regnante Leo-
ne XI. ipſius Datarius; & Paulo V. ſedente, eodem Datariatus munere perfungens, Ar-
chiepiſcopus Beneuentanus renunciatus. Collegium Societatis IESV in eadem Vrbe
fundauit, locupletauitq. redditibus. Tantus vir immortalitate dignus anno 1616. men-
ſe Aprilis prope Neapolim apud Turrim Græcorum mortalia glorioſus deſeruit: inde
cadauer Beneuentanam in Vrbem delatum, in Metropolitana iacet Eccleſia, hoc addi-
to ſepulchrali elogio.

MEMORIÆ
C POMPEII S.R.E. PRESB. CARD. ARIGONI ROMANI
HVIVS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPI
OPTIMI ET OPTIME MERITI
VIRI MAGNI
RARA ANIMI ET INGENII VI
RELIGIONE PRVDENTIA
AC IVRIS RERVMQ. MVLTARVM
INTELLIGENTIA EXIMII
SACRI CONSISTORII ADVOCATI
ROTÆ AVDITORIS.
EX HIS ALIISQ. PVBLICIS MVNERIBVS
D AD AMPLISSIMVM ORDINEM
A CLEMENTE VIII. PONT. MAX. EVECTI
GRAVISSIMIS QVIBVSQVE NEGOTIIS SPECTATI
IVLIA ET CLARIX CYRIACVS ET ANTONIVS ROCCII
DIOMEDES ET IO. PETRVS VARESII HÆREDES
AVVNCVLO BENEMERENTISSIMO
POSVERVNT.
VIXIT ANNOS LXIV. MENSEM I. DIES II.
OBIIT DIE IV. APRILIS MDCXVI.

E Teſtamento, quod anno 1615. condiderat, hæredes vniuerſales inſtituit R. P. D. Cyria-
cum, & Antonium fratres de Roccijs, nec non R. P. D. Diomedem, ac Ioannem Petrum
fratres de Vareſijs, ex ſororibus nepotes. Certarunt Scribentes in Arigonianis præco-
nijs recenſendis; præ cæteris Petramellarius, & Filiuccius in elogijs; Ioannes Del-
phinus Orator Venetus apud Pontificē in narratione ad Rempublicam; Andreas Victorel-
lus, & Ferdinandus Vghellus in ipſius vita; Petrus Galeſinius in deſcriptione ſolemnis pō-
pæ, qua Pōtificijs ſuffragijs B. Didacus Cōplutenſis Cœlo donatus fuit, par. 3. c. 11. Marius
Vipera de Epiſcopis, & Archiepiſcopis Beneuētanis; & Cardinalis Bentiuolus in memo-
tabi-

rabilibus : ipſiſſima nonnullorum verba de more afferam,ne illa fraudetur Pompeius glo- A
ria, quam heroicè viuendo promeruit. Victorellus. Pompeius Artgonius Io. Iacobi Medio-
lanenſis, & Eugenia Tara Romana (hac familia iam Romæ deſijt) nobilium parentum filius
Romam natale ſolum agnouit, arcana Iuriſprudentiæ attigit, Horatium fratrem habuit Conſi-
ſtorialis Aulæ Aduocatum (in cuius etiam locum a Gregorio XIII. fuit ſuffectus) ac Petri Al-
dobrandini Cardinalis Aldobrandini parentis beneuolentiam, & beneficia expertus eſt. Vice-
comite cauſarum Apoſtolici Palatij Auditore ad Mediolanenſis Eccleſiæ inſulam prouecto, Gre-
gorius idem Pompeium in relicto cauſarum munere ſucceſſorem deſignauerat, at illius obitus rei
effectum ademit : paulò poſt a Gregorio XIV. prouinciam illam Pompeius, magnus Iureconſul-
tus, adminiſtrandam accepit, adminiſtrauitq. ſapientèr. Cardinalis creatus a Clemente, &
a tradita Diaconia ad S.Balbinæ poſt aliquod tempus translatus, Aedem illam, quam nonnulli
a S.Marco Romano Pontifice Conſtantini Magni æuo conditam aſſerunt, anno 1600. exornare
cæpit. Fuit Abbas S.Bartholomæi in Beneuentana Ditione. Inter plures Cardinalium Con- B
gregationes, generalis Inquiſitionis, Epiſcoporum, & Regularium, ac ſacræ Tridentinæ Synodi
præcipuè adſcriptus, pietatis, prudentiæ, doctrinæ, & iuſtitiæ non leuia prodidit argumenta.
Leo XI. Datarij munus ei credidit (idem teſtantur Victorellus, & Stringa in vita Leonis)
etiam Paulus V. eo ſublato. Obſeruantes Seraphici Ordinis viri, & Regulares S.Saluatoris Ca-
nonici huius patrocinio traditi. Sigilla Congregationum generalium Inquiſitorum, & Conci-
lij Tridentini Interpretum eidem credita. Beneuentanus Archiepiſcopus a Paulo V. inſtitutus,
Eccleſiam illam pij, prudentiſq. regiminis beneficio auxit. Vghellus. Nobilis Mediolanenſis,
Io. Iacobo, & Eugenia Tara æquæ nobilitatis fœmina Romæ natus anno 1552. rari, amæniq.
ingenij adoleſcens, Peruſiæ primùm, tum Bononiæ, mox Patauij Ciuilis, Pontificij iuris ſtudia
amplexus, ibidem virtute, morumq. elegantia cum diù verſatus, vtriuſque iuris Doctor creatus,
in Patriam redux, a Philippo II. Catholico Rege ſuarum cauſarum in Romana Aula Aduoca-
tus factus, magna ſui ingenij, ac integritatis fama ad maximos honores ſibi aditum fecit. A C
Gregorio XIV. Rotæ Iudex, inſigni Patriæ, ſuiq. nominis ornamento, renunciatus, ita in eo mu-
nere iuſtitia, integritate, prudentia, ac ingenij felicitate fidelem Apoſtolicæ Sedis Miniſtrum
ſe præbuit, vt a Clemente VIII. Pontifice Maximo ſecunda Patrum lectione in ſacrum Senatum
meruerit cooptari. Inter eos Cardinales, qui ſanctiſſimæ Inquiſitioni præſunt, ab eodem Ponti-
fice anno 1600. poſitus, ſacræq. Concilij Congregationis Præfectus, in ſanctioribus eccleſiaſticæ
Hierarchiæ negocijs adhibitus, apud ipſum ob eximiam virtutem plurimùm valuit. A Leone
XI. cui chariſſimus fuit, Datarius creatus; quo defuncto, rerum geſtarum gloria, ſuiq. nomi-
nis fama, parum abfuit, quin Summus Eccleſiæ Paſtor, (vt priuata referunt monumenta) re-
nunciaretur. Paulo V. in ijs Comitijs electo, Arigonius ſtatim ab ipſo Datarij munere cohone-
ſtatus, in eo præclarè, & laudabilitèr aliquo tempore ſe geſſit : quo dimiſſo, ſeptima Februarij
1607. Beneuentanus Archiepiſcopus renunciatus, Fratribus S.Franciſci Minoribus Obſeruan- D
tibus Protector datus, in multas Congregationes aſcitus. Senator integerrimus, probatiſſimuſq.
Præſul. Vir iuſtitia, fide, virtute, ac grauitate inſignis, in omni re, verboq. ſuo prudentiſſimus
ad exitum vitæ vſque inuentus eſt. Turrina Claui prope Neapolim, qua aeris mutandi cauſa
conceſſerat, in ipſo gloriæ curriculo, Pontifici, omnibuſq. charus, mortuus eſt. Galeſinius. Tum
Pompeius Arrigonius Aduocatus Conſiſtorialis, & Regius, iuris ſcientiæ, atque eloquentiæ lau-
de florens oratione latina, & in omnibus partibus elegantiſſima primùm expoſuit auguſtiſſimum,
perpetuumq. Philippi Regis Catholici deſiderium, quo tandiù maximè exarſit ad Beati Didaci
canonizationem, deinde &c. Vipera. Anno 1608. Kal. Aprilis Sanctorum Corpora, & Reli-
quias, quæ in diuerſis Cathedralis Eccleſiæ locis locatæ erant, in arca marmorea cum capſis plũ-
beis ſubter Altare maius collocare fecit. Eandem Cathedralem reſtaurauit, & precioſis orna-
mentis ditauit. Archiepiſcopale Palatium vetuſtate penè collapſum, non firmatum ſolùm, ſed E
auctum etiam, ornatum, illuſtratum. Collegium Societatis IESV quàm maximis beneficijs cu-
mulauit, fundatoris nomen, & titulum iure optimo adeptus. Anno 1610. Moniales S.Deodati
ad S.Victorini Monaſterium tranſtulit, & vniuit cum redditibus; ibiq. Xenodochium ſub Fra-
trum Ioannis de Deo cura, & tutela primò erexit, vbi innumeri ægri maxima cum pietate cu-
rantur. Ciearcellus in vita Vrbani VII. La ſera auanti, che moriſſe (idem Pontifex) dubi-
tando, che il teſtamento, ch'egli haueua fatto, mentre era Cardinale, non ſi fuſſe reſo inualida
per la ſua aſſontione al Ponteficato, mandò à chiamare l'Arrigone (tunc Conſiſtorialem Aduo-
catum)

catum) *valente Giuriſconſulto, e per il parer ſuo il confermò.* Bentiuolus. *Dopò queſti due*
A *Cardinali Spagnuoli ſeguiuano dui altri Auditori di Rota Italiani di molta fama, che il Papa*
haueua voluto promouere inſieme con Bianchetti à quella Dignità, in ſegno del ſuo affetto ver-
ſo quel Tribunale, ond'egli era vſcito con l'honore della Porpora, e prima di lui il prenomi-
nato Cardinale ſuo fratello: l'vno chiamauaſi Franceſco Mantica nato honoreuolmente in
Vdine Città principale del Friuli, e l'altro Pompeo Arigone, che deſcendeua pure da honorato
ſangue, traſferitoſi alcun tempo innanzi dalla Città di Milano in queſta di Roma; Per libri
ſtampati in materie legali delle più importanti, che ſi poteſſero ò leggere per le ſcuole, ò prat-
ticare ne' giuditij, trouauaſi Mantica in ſomma riputatione &c. Dall'altra parte Arigone per
lungo tempo haueua eſſercitata in Roma l'Auuocatione ordinaria, e poi la Conciſtoriale, e l'vna,
e l'altra con tanta ſtima, che la ſua elettione all'Auditorato non poteua riportarne più corri-
ſpondente l'applauſo. Fatto poi Cardinale, tutta la Corte era concorſa in vn medemo ſenſo
d'approuatione; e benche egli da vna parte non vguagliaſſe Mantica nello ſtrepito eſteriore
B *delle ſtampe, non gli cedeua però dall'altra nella qualità più eſſentiale della dottrina, ma*
egli poi ſuperaua di tanto l'altro nell'habilità de' maneggi, che in queſta parte non ſi poteua
formare alcun giuſto paragone fra loro. Mantica tutto fatto per viuere fra i libri, e fra le
ſcritture, & Arigone habiliſſimo per natura, e per practica à ſtare fra gl'huomini, e fra i ne-
gotij: quegli parco, e più toſto rozzo nelle parole, ma (ne) molto grato etiamdio ne' geſti, e nel-
la preſenza, là doue queſto era dotato di nobile aſpetto, di gran giuditio, e di gran pruden-
za, e di tutte le altre qualità inſieme, che fuori de' Tribunali poſſono farſi più auantaggioſo
luogo etiamdio nelle Corti, ſe ne viddero poi gl'effetti, perche morto Leone XI. l'elettione al
Ponteficato ſi ſtrinſe principalmẽte fra i dui Cardinali Borgheſe, & Arigone, e Borgheſe dopò che
fu eletto, fece vna ſtima ſingolare d'Arigone. In Ciaconiano opere error irrepſit, dum pro-
miſcuè gentilitia inſignia Cardinalium Manticæ, & Arigoni cernuntur diſpoſita. In Ara-
C cœlitana Eccleſia marmoreum legitur ſepulchrale elogium, in quo de Pompeio.

EVANGELISTAE TARO ACHILLI TARO
IOANNI IACOBO ARRIGONO SIMONIS FILIO
EVGENIA TARA
PROAVO PATRI ET MARITO
CAMILLVS HORATIVS CAESAR LVDOVICVS
D FABRITIVS POMPEIVS ET SEPTIMIVS
ABAVO AVO ET PATRI
POSVERE.
ANNO SALVTIS MDLXXV.

Borgninus Caualcanus de ipſo meminit deciſ. 46. par. 1. *Aſſerit excellens Aduocatus*
Curialis Dom. Pompeius Arrigonus in quibuſdam Allegationibus ſuis ad me tranſmiſſis: &
ſacrum Romanæ Rotæ Tribunal in deciſ. Romana hæreditatis de Arigonis die 13. No-
uembris 1624. *Cardinalis Iuriſperitus conſumatiſſimus &c. qui ob illius ſingularem doctri-*
E *nam, & prudentiam a fel. record.* Gregor. *XIV. fuit electus in Auditorem ſacra Rota, & exin-*
de ad apicem Cardinalatus a fel. rec. Clem. VIII. aſſumptus, & qui totius populi ore maxima
prudentia in rebus agendis pollebat, vt omnibus eſt notum.

Digitized by Google

CXCIV.

VINCENTIVS BALDINACIVS Eugubinus. Mihi etſi conſtet ex proceſſu, anno 1585. circa qualitates Hieronymi Gabrielij de more a Conſiſtorialibus A Aduocatis ante admiſſionem confecto, ibi *Magnificus D. Vincentius Baldinacius de Eugubio I. V. D. & in alma Vrbe Ro. Aduocatus Conſiſtorialis, ætatis ſuæ annorum 59. in circa*; attamen adhuc animus hæſitat, ſederit ne inter meos Collegas Vincentius, cum ex reliquis Collegij actis nequaquam appareat: incertam rem hìc venditare non audeo.

HIERONYMVS GABRIELIVS Eugubinus, Ciuiſq. Romanus. Caroli Gabrielij, & Iſabellæ de Bartholinis Eugubinæ genitus. In Bononienſi Ciuitate Hugonis Boncompagni (quem Orbis deinde Gregorij XIII. nomine Pontificem veneratus eſt) leges in patrio Gymnaſio profitentis auditor, ibiq. anno 1540. iuridica Doctorali laurea B inſignitus. Romam deinde a Friderico Card. Fregoſio accitus, Auditoris eiuſdem munere perfunctus eſt, eoq. ad Superos (pia credulitate) euolato, ad Patriam redije, vbi Aduocatus de iure reſpondit: illinc denuò Vrbem adiuit (anno 1549. Apoſtolica Sede vacante) vbi inter primarios Defenſores ſemper floruit. Anno demum 1585. ab eodem Pontifice Gregorio in ſacri Conſiſtorij Aduocatorum ordinem, vice Ioannis Baptiſtæ de Aſtallis prædefuncti, lectus. Vixit Iuriſprudens in vſu forenſi verſatiſſimus, Cauſidicuſq. in Vrbe quadraginta circitèr annis diſertiſſimus æquè, ac integerrimus. Gemina *Conſiliorum* volumina, alterum anno 1573. ipſi Gregorio inſcriptum, alterum anno 1585. Sixto V. dicatum viuens typis euulgauit, quorum authoritas apud Iuriſtas non exigua. Liquet ex ipſius aſſertione fuiſſe a Gregorio XIII. Aduocatum ſui Conſiſtorij renunciatum, & a Sixto Succeſſore confirmatum: hæc verba in epiſt. nuncupatoria libri 2. ſuor. conſilior. *Meq. ipſum ſingulari beneficio affeciſti, cum ſacræ Aulæ Conſiſtorialis Aduocatorum in numerum a fel. recor.* Greg. C XIII. *cooptatum benigniſſimè confirmaſti*. E mortalium conſortio anno 1587. in Vrbe diſceſſit, fama ſuperſtite. Sacra Dominicanorum Ædes oſſa illius excepit, marmoreaq. tabula ſic ibi loquitur.

D. O. M.
HIERONYMO GABRIELIO NOBILI EVGVBINO
CIVI ROMANO
SACRÆ CONSISTORIALIS AVLÆ ADVOCATO CELEBERRIMO
QVI
SVMMA IN DEVM PIETATE HOMINESQ. CHARITATE D
PERSPICVVS
CONSILIO AC RE DESTITVTOS SVBLEVAVIT
SE SE LABORE OBLECTANS ASSIDVO
AVREOS RESPONSORVM LIBROS EDIDIT
VARIA ÆDIFICIA IN VRBE CONSTRVXIT
INVIDOS DESPEXIT AMICOS FOVIT
SIBI SVOS PRÆDILEXIT
QVIBVS OPES HONORIFICE PARATAS
LIBERALISSIME DISTRIBVIT.
DEMVM EXPEDITA MORTE
FELICEM IMMORTALITATEM ACCQVISIVIT. E
CAROLVS GABRIELIVS EX FRATRE NEPOS
IN FILIVM PRINCIPIS RESCRIPTO ARROGATVS
HAERESQ. TESTAMENTO DESCRIPTVS
GRATI ANIMI MONVMENTVM
POSVIT.
VIXIT ANN. LXXIV. MENS. II.
OBIIT III. KAL. DECEMBRIS MDLXXXVII.

Lau-

A Laudatur a Ziletto in epiſt. ad lectorem, voluminj primo conſiliorum præfixa. Ab Hondedeo conſ. 2. 8. & 70. vol. 1. nuncupatur *excellentiſſimus, & doctiſſimus Hieronymus Gabrielius in Curia Romana inter primarios Aduocatus celeberrimus*. Ab Anonymo *I. V. D. excellentiſſimus, & in alma Vrbe Aduocatus clariſſimus*. Ab Alex. Rauden. de analog. cap. 19. *ſummæ authoritatis modernus ſubtilis D. Hieronymus Gabriel.* & cap. 36. *excellentiſſ. Dom. Hieronymus Gabrielis ſummi nominis Iuriſconſultus*. Ab Aurelio Corbulo de emphyt. pag. 57. *Hiero. Gabriel auunculus meus, & vir ſummæ eruditionis*. Sed vberiori calamo a Franciſco Sanſouino de nobilit. Ital. pag. 376. dum ſcripſit. *Hieronimo primo figliuolo di Carlo, che fu di Hippolito, applicatoſi alle lettere greche, & latine nella ſua pueritia, diuenne di tanto eccellente giuditio, ch'era marauiglioſo ad ogniuno. Perche preſe l'inſegne del Dottorato, & del tutto poſtoſi all'aſſiduità dello ſtudio, fece tanto profitto con l'acutezza del ſuo nobile ingegno, che publicò al Mondo vn volume di 200. Conſigli grandemente ſtimati per tutti i Tribunali, & toſto ne darà fuori vn'altro con molta lode del ſuo nome celebre. Accortiſſimo* B *poi, & pronto nelle pratiche delle coſe del Mondo, & ne maneggi di qualſiuoglia difficil negotio, fu deſiderato perciò da molti Principi, & con grande iſtanza richieſto, onde trouandoſi nello ſtudio in Bologna, chiamato dal Cardinal Fregoſo, lo ſeruì per Auditore ſino alla morte d'eſſo Cardinale. Dopo la quale il Cardinal d'Vrbino lo coſtrinſe à prendere il carico delle ſue facende, & lo ſeruì in Roma molti anni per ſuo Agente principale, nel qual carico fu di grande honore, & di vtile à quel Signore. Alla fine ridotto in ſua libertà, ſi diede ad auocare con gran concorſo, & riputatione, di maniera che per queſta via, & per altri honeſti mezi ſi troua poſſedere, mentre ſcriuiamo queſte coſe, più di cento mila ſcudi, viuendo ſplendidamente, e liberalmente ſpendendo in fabriche honorate, e magnifiche, & ſouenendo i fratelli, & le ſorelle, & i nipoti con larghiſſima mano, per inuiarli alle virtù, & a gli ſtudi, & in collocarli honoratamente, come al ſuo generoſo animo, & alla ſua nobiliſſima proſapia ſi ricerca, & conuiene, non pretermette diuerſe* C *opere pie, ch'egli eſercita di continuo degne di conſideratione. Tolſe per Donna Gentileſca Nari nobile Romana, della quale ha procreato vna ſola figliuola chiamata Iſabella.*

CINVS CAMPANVS Auximanus. Gregorius XIII. menſe Februario 1585. Franciſcum Ghiſlerium Bononienſem, vice Sigiſmundi Zannettini ad Firmanam Eccleſiam euecti, inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos ſuo Diplomate cooptauerat. *Dilecto filio* (ibi) *Franciſco Ghiſlerio laico nobili Bononienſi I. V. D. dilecti filij Philippi Caroli Ghiſlerij vnius ex quadraginta viris Regiminis, & Gubernij Ciuitatis noſtræ Bononienſis nato*. At dum Franciſcus de more ſeruanda ſeruabat, Pontifice D rebus humanis exempto, & Quinto Sixto ſuffecto, Ghiſlerius ad vlteriora non proceſſit: ſiquidem in locum Sigiſmundi fuit Cinus Campanus menſe Maij eiuſdem anni adſcriptus. Hæc verba Sixti in ſuis literis. *Inter graues curas, quas aſſiduè gerimus, illam non mediocrem eſſe cenſemus proſpicere, vt Collegium ſacræ Aulæ Conſiſtorialis Aduocatorum viris non modò legum ſcientia præclaris, verùm etiam probitate vitæ, & morum candore præſtantibus repleatur. Nos itaque conſideratis conſiderationibus, & meritis dilecti filij Cini Campani Auximatis I. V. D. qui iam circitèr triginta annis legendi munere in vtroque iure in publicis Gymnaſijs Italiæ, & extra Italiam celebri nomine functus eſt, & nunc etiam in Vrbe noſtra primariam iuris ciuilis lectionem ordinariam exercet, vtque etiam vtilitati, & commoditati publicæ, ac eiuſdem Collegij honori conſulatur, cum expediat, vt Collegium ipſum per viros doctrina, & experientia illuſtres, & conſpicuos exerceatur, ipſum Cinum ſpecialibus fauoribus, & gratijs* E *proſequi volentes &c. Mandantes propterea eidem Collegio, & ſingulis illius Aduocatis, ac Defenſoribus* (verba notanda) *quatenus eundem Cinum ad locum prædictum recipiant &c. etiam non obſtante, quòd ad fauorem d. Franciſci Ghiſlerij, vel cuiuſuis alterius per ipſum Collegium fuerit ad vlteriora quomodolibet proceſſum, cum plenaria, ac totalis executio non fuerit ſubſecuta, eo quòd per dicti Gregorij ſuperuenientem obitum ad Nos collatio pertineat &c.* Floruit Cinus Iuris Profeſſor clari nominis. Clemente Octauo regnante, Beati Hyacinthi Poloni Ordinis Prædicatorum geſta, virtuteſq. prolixa oratione complexus, pro eo publica ſanctitate donando ſupplex orauit. Anno 1594. Cæſare Marſilio defuncto, Collegij Deca-

uatum optauit. In ſupplici libello, a ſe Summo Pontifici porrecto, pro aliquo pecuniario
ſubſidio inſtitit, ad effectum ſuas *Lecturas* imprimendi foliorum circitèr ducentum; aſſe- A
rens, quinque ipſius filios tunc temporis in humanis agere. Tractatus de faleidia, & tre-
bellianica, authore Ventidio Tamberlane legitut exaratus ad formam Dialogi inter ip-
ſum Ventidium, Cinumque Campanum ipſius præceptorem, in cuius epiſtola nuncupa-
toria ad Cardinalem Bonellum Tamberlanes ait: *& cum nuper clariſſimus Cinus Campa-
nus Vrbis primarius in iure Profeſſor (apud quem ingenium legibus exculturus, tanquam ad al-
terum Scaeuolam me contuli) legem in quartam, in tit. ad leg. falcid. omnium difficilium com-
muni ſcriptorum calculo facilè principem, ex ſuggeſto publicè mira ſubtilitate, & facilitate in-
terpretaretur, amantèr eſſet me hortatus, vt de ingenioli mei viribus in celeberrima illa lege
periculum facerem &c.* Flamin. Pariſ. de reſignat. beneſ. q. 1. *vt doctè, & elegantèr expli-
cat excellentiſſimus D. & Preceptor D. Cinus Campanus in l. contractus, nu. 105. ff. de reg. iur.*
Mortalia in Vrbe reliquit anno 1596. menſeq. Iulij. In Eccleſia Prædicatorum cadauer B
humo traditum hæc indicant lapidea verba.

D. O. M.
CINO CAMPANO AVXIMATI
VIRO PRAECLARISSIMO
SACRAE AVLAE CONSISTORIALIS ADVOCATORVM DECANO
IN ROMANO GYMNASIO
LEGVM INTERPRETI PRIMARIO ET CELEBERRIMO
IOANNES BAPTISTA ANTONIVS MARIA ET HENRICVS
PATRI OPTIMO OPTATOQ. POSVERE MOERENTES C
OBIIT ANNO AETATIS LXIX.
SALVTIS VERO MDXCVI.

At quia ſupra de Franciſco Ghislerio habita mentio, accipe, quæ de ipſo ſcripſere
Rinerius in M. S. opere aliàs indicato, & Alidoſius de Iuriſconſultis Bononienſib. pag. 87.
Rinerius hæc. *Franceſco figlio del Senatore Filippo Carlo Ghislieri, e di Pantaſilea Creſcen-
zi nobile Romana s'addottorò nell'anno 1582. alli 16. di Gennaro, & andato à Roma, fu da
Papa Gregorio XIII. alli 14. di Gennaro dell'anno 1585. fatto Auuocato Conciſtoriale in luogo
di Sigiſmondo Zannettini eletto Arciueſcouo di Fermo; ma rimaſto vnico al Padre, rinunciò la* D
*Prelatura per la morte di eſſo (*alitèr ex Motu proprio Campani*) e ritornò à Bologna, doue
hebbe il luogo di Regimento, e ſi accasò con l'Illuſtriſſima Franceſca figlia del Marcheſe Ceſare
Facchinetti, e di Giouanna Sanpieri pronepote della fel. mem. di Papa Innocentio Nono, la
quale poi morto il marito, ſi rimaritò nel Conte Proſpero già del Conte Gio. Paolo Caſtelli. Ven-
ne à morte Franceſco nell'anno 1603. l'ottauo giorno di Febraro in età di anni 47.* Alidoſius.
*Franceſco di Filippo Carlo Senatore de Ghiſelieri à 16. di Gennaro 1582. Era nel Collegio de'
Giudici. Fu fatto Auuocato Conciſtoriale in luogo del Zanettini à 14. di Gennaro 1585. e poi
Referendario dell'vna, e dell'altra Segnatura. Morì l'anno 1603. à 8. di Febraro, eſſendo Se-
natore della ſua Patria, è ſepolto in S. Franceſco.*

E Campana Familia præ cæteris prodiere Iacobus Senenſis, qui circa annum 1370.
in humanis egit, Tranenſis primùm in Apulia, Lunenſis deinde Antiſtes. Phanuſius E
(quàmuis emunctæ naris nonnulli auctorem fictitium Alphonſi Ceecarelli exiſtiment)
qui opuſculum elaborauit, in multis tamen fabuloſum, *De Familijs illuſtribus Italiæ, &
earum origine*. Cæſar Aquilanus, qui ſcripſit *Hiſtorie*. Durandus Gallus, qui euulgauit
Summam Confeſſariorum. *In quartum Sententiarum.* Franciſcus Maria Florentinus Ordi-
nis Prædicatorum Concionator eximius, fama celeberrimus, & in Vrbis Vniuerſitate
ſacræ Theologiæ Profeſſor, cuius oſſa licèt obſcuro occludantur tumulo, fama tamen
tanti viri perennis coruſcabit in Orbe.

Digitized by Google

CXCVII.

A ALEXANDER LITTA Mediolanenſis, Camilli,& Margaritæ (Boſſiæ,ni fallor)filius. Anno 1585.Conſiſtoriali ü Aduocatorum Cœtui,vice Flaminij Plati, adſcriptus. Hiſpaniarum Regis jura iuribus in Vrbe tutatus eſt. Virtute duce, Gregorio XIV. ſedente, anno 1591. Romanæ Rotæ Auditor adlectus. Vtroque munere vir doctus, probuſq. perfunctus egregiè, die 30. Septembris 1606. è viuis eximitur. Ipſius cadauer in Eccleſia Deiparæ Angelorum, hoc marmoreo inciſo epitaphio, iacet.

DEO TRINO ET VNO
ALEXANDRO LITTAE I.V.C. PATRITIO MEDIOLANENSI
ROMAE ADVOCATO CONSISTORIALI
B CATHOLICI REGIS CAVSARVM PATRONO
AC DEMVM ROTAE AVDITORI
VIRO
DOCTRINA VIRTVTE
GRATIAQ. APVD SVMMOS PONTIFICES
CLARO
QVI SACELLVM HOC VBI QVIESCERET
DEIPARAE VIRGINI
AC BEATO HYACINTHO EREXIT ET DOTAVIT
C CVM ONERE VNIVS ANNIVERSARII
ET AETERNI HEBDOMADARII SACRIFICII
HIERONYMVS EQVES S. STEPHANI
NOMINE FILIORVM ADHVC INFANTIVM
ET HAEREDVM
FRATRI CHARISSIMO MOERENS POSVIT.
ANNO MDCVIII.

Litta Familia in Ciuitate Mediolanenſi Marchionatus titulo emicat, è qua præ cæteris prodijt Alphonſus Litta, qui poſt plurimas Eccleſiaſticæ Ditionis Ciuitates, ac Prouin-
D cias de iure moderatas, ab Innocentio X. ad ſuæ Patriæ Sedem, Archiepiſcopalem inquam Mediolanenſem, euectus fuit.

IOANNES GARSIA MILLINVS Romanus. Marij, ac Hortentiæ, Antonij (non autem Tarquiniæ, vt Vghello placet) Iacobatiæ, Cardinalis Chriſtophori Iacobatij ex fratre neptis, filius. Sixti V. munificentia in locum Marci Antonij Bizzonij, Fulginatenſis Præſulis renunciati, anno 1586. inter Conſiſtoriales Aduocatos aſcitus. *Dilecto filio* (verba Pontificis) *Ioanni Garſia Millino clerico, & nobili Romano, ac legum Doctori*. Gregorio XIV. imperante, anno 1591. inter
E Romanæ Rotæ Auditores, cooptatus. Cardinalis Aldobrandini S.R.E. Camerarij, & Vniuerſitatis Romani Studij Cancellarij in officio Cancellariatus huiuſmodi Locumtenens deinde promulgatus. Rhodienſi Archiepiſcopatu cohoneſtatus. Apoſtolica apud Hiſpaniarum Regem Nunciatura inſignitus. Vaticana purpura, anno 1606. decoratus. Imolenſem ſucceſſiuè Eccleſiam, Pontificiumque Vrbis Vicariatum rexit. Meritis demum, gloriaq. onuſtus Romæ mortalitatem exuit anno 1629. Frater Antonius Marinarius Carmelita Sacræ Theologiæ Profeſſor (nunc in Romanæ Sapientiæ Vniuerſitate Logicam edocens) funebri oratione in Eccleſia Diuæ Mariæ Tranſ-

pontinæ

Digitized by Google

pontinæ Millinum Cardinalem in funere laudauit, vbi præcipuè ad rem noſtram. *Eum ergo, quem propter ſummam vtriuſque litteraturam iuris, plurimumq. doctrinæ ornamentum Conciſtorialem prius Aduocatum Sixtus Quintus pronunciauerat, inter grauiſſimos Romanæ Rotæ, hoc eſt Chriſtiani Areopagi Senatores adſcribit &c.* ſingulares Millini virtutes vberiori conſcripſit Vghellus calamo; audiamus. *Ioannes Garſia Millinus Romanus Muſotto ſucceſſit* (in Imolenſi Epiſcopatu) *die 9. Menſis Decembris anno 1607. Parentes habuit Millinus Marinum, Tarquiniamq.* (Hortentiam) *Iacobatiam, Florentiæ 1562. natus ex ſua nobilitate, ſub diſciplina Io. Baptiſtæ Caſtagnæ Cardinalis educatus eſt, quem poſtea Pontificatum adeptum Vrbanum VII. appellarunt. Sub Sixto V. Aduocatus fuit Conſiſtorialis, atque a Gregorio XIV. ſacræ Rom. Rotæ Auditor eſt declaratus. In aſſũptione Cardinalis Caſtagnæ ad purpuram* (potius ad Pontificatum) *viſa eſt arriſiſſe Garſiæ fortuna, tametſi eiuſdem poſtea morte illius omnes preciderit ſpes. Clemens VIII. Millini cognita ſagacitate ingenij, Henrici Cardinalis Caietani in Poloniam Legati Collegam illum eſſe voluit, vt inter Regem illum, gentemq. Auſtriacam pacem firmaret. Clementem VIII. Ferrariam proficiſcentem ſequutus eſt, itemq. Petrum Aldobrandinum eius nepotem, dum Florentiam nouas nuptias Henrici IV. Gallorum Regis, & Mariæ Principis Mediceæ benedicturus Legatus adiret. Paulus V. vbi primùm Apoſtolicam Sedem aſcendit, Archiepiſcopum Rhodienſem Millinum creauit, atque ad Hiſpaniarum Regem Oratorem, in quo munere vix integrum annum impleuerat, cum ab eodem* Pontifice *Purpura nobilitatus eſt anno 1606. die vndecima menſis Septembris. Romam reuerſus eſt poſt duos annos, inq. Conſiſtorio honorificè exceptus, titulo SS. Quatuor Coronatorum fuit inſignitus. Die verò quinto Maij eiuſdem anni Legatum illum a latere dixit, direxitq. in Germaniam, vt inter Rodulphum Imperatorem, fratreſq. Auſtriacos componeret pacem. Rem omnem feliciter perfecit, plurimaq. collecta gratia apud Imperatorem, ac Paulum V. Romam reuerſus eſt, exceptuſq. in publico Conſiſtorio, atque a Pontifice ipſo prudentiæ, diligentiæq. publicè laudatus. Deinceps a Pontifice iuſſus, in omni Congregationum Senatu grauiſſimè ſententiam dixit. Pontificis Vicarius fuit, atque Archipresbyter S. Mariæ Maioris. Neque tantis muneribus, iiſque grauiſſimis præpeditus, ſibi credita Imolenſis Eccleſiæ potuit obliuiſci, ſiquidem illam mirificè ornauit ſtatuis SS. Caſſiani, ac Petri Chryſologi, pluraq. Sacerdotalia inſtrumenta illi dono dedit. Eccleſiam mulierum Conuertitarum prope labantem a fundamentis inſtaurauit, cumq. præſens Eccleſiam illam adminiſtrare non poſſet, eam reſignauit anno 1611. Templum SS. Quatuor Coronatorum ſui tituli inſtaurare aggreſſus eſt, cui vetuſtas attulerat vitium, cumq. illud picturis, domibuſq. parergis, quæ ad illius decorem viderentur ſpectare, mirificè exornaſſet, inq. illud repertas ſub Confeſſione Sanctorum Reliquias a Leone IV. Pontifice ibi reconditas intuliſſet anno 1624. die 17. Menſis Iulij, adeo popularem curam contempſit, vt nulla expenſarum habita ratione, nullum ſuorum gentilium ſtemmatum vel leue voluerit extare veſtigium. Eo titulo per annos viginti inſignitus eſt, atque ad octo illum S. Laurentij in Lucina obtinuit. Comitijs interfuit, in quibus Gregorius XV. Pontifex creatus eſt, atque deinceps Vrbanus VIII. in quibus ad Pontificatum ſi non plena, tulit tamen propiora ſuffragia. Sagacis indolis fuit, ingenijq. magni, ac pernobilis, pleno grauitatis, ac dignitatis aſpectu, inq. explicandis negocijs dexteritate mirabili. Romæ deceſſit Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus anno 1629. prima die ineuntis Octobris, ſecunda noctis hora, ſepultuſq. eſt apud S. Mariam* (de Populo) *in ſua gentis Sacello, ſub ſepulchro Ioannis Baptiſtæ Millini Cardinalis Sixti IV. In publica verò capſa, vbi illius cadauer reconditum eſt, hanc ſequentem inſcriptionem perlegi.*

IOANNES GARSIAS MILLINVS ROMANVS
S. R. E. EPISCOPVS CARD. TVSCVLANVS
PAPAE VICARIVS
BASILICAE S. MARIAE MAIORIS ARCHIPRESBYTER
AC SVPREMVS INQVISITOR.
OBIIT KALEND. OCTOBRIS
ANNO DOMINI MDCXXIX.

Nonnullæ

CXCIX.

A Nonnullæ cernuntur in Vrbe marmoreæ tabulæ, Millinum Cardinalem diuturnæ memoriæ commendantes. In Templo SS. Quatuor Coronatorum ad læuam Tribunæ.

Paſchalis Secundus Pont. Max. cum Templum hoſtili corruptum incendio reſtituiſſet, eadem Sanctorum Corpora (de quibus in altero lapide: ad Tribunæ dexteram) a Beato Leone inuenta, & primùm ſub Altari condita, renouato eodem loco, anno Domini MCXI. Pontificatus ſui XII. religioſè repoſuit. Demum Ioannes Garſia Millinus tituli huius Eccleſiæ Presbyter Cardinalis pro ſua in Sanctos Martyres pietate, Abſide Aræ maximæ exornata,
B effoſſaq. altius humo, ac reperta, in quatuor conchis, duabus porfyreticis, vna ex ophite, altera ænea eorundem Corpora Sanctorum, poſtquam venerabundo populo aliquot dies expoſuiſſet, propitium ſibi, atque Vrbi præcatus beatum Chriſti manipulum, quem ad Romæ cuſtodiam ex Cœmeterijs in Vrbem inuexerat S. Leo, ſub eadem Ara honorificentius reparata, & communita, ſepoſito S. Sebaſtiani Capite alibi collocando, concluſit. Anno Domini MDCXXIV. ac Sanctiſsimi Domini noſtri Vrbani
C Octaui Pontificis Maximi Pontificatus Anno II.

In Liberianæ Baſilicæ Atrio

VRBANI VIII. PONT. MAX.
AVTHORITATE
IOANNES GARSIA CARD. MILLINVS ARCHIPRESB.
APERVIT ET CLAVSIT
ANNO IVBILAEI MDCXXV.

D

Geſtum hoc Numiſma quoque apud me aſſeruatum nobis indicat, in cuius altera facie characteres leguntur *Io. Garſia S.R.E. Car. Millinus Archipre.* in auerſa verò Porta Sancta cementis occluſa conſpicitur, literis orbicularitèr additis. *Aperuit, & clauſit. Anno Iub. MDCXXV.*

In Templo Deiparæ de Populo, in gentilitio Sacello, vbi marmoreum Cardinalis ſimulachrum in preces effuſi conſpicitur.

D. O. M.
IOANNI GARSIÆ MILLINO S.R.E. CARDINALI
E NATVRÆ VIRTVTISQVE BONIS EMINENTISSIMO
QVEM ADOLESCENTEM
INGENII COGNATIONISQ. PRÆROGATIVA
CARISSIMVM
NONDVM PONTIFEX VRBANVS VII
QVASI PRÆCEPTOR INSTITVIT.
SIXTVS V
SACRI CONSISTORII ADVOCATVM.

GRE-

C C.

GREGORIVS XIV
ROMANÆ ROTÆ IVDICEM LEGIT. A
CLEMENS VIII
AVCTVM CENSV
DIGNVMQ. PVRPVRA PROCLAMATVM
SIBI FERRARIAM PROFICISCENTI COMITEM
ET CARDINALI CAIETANO
ADVERSVS TVRCAS AD POLONIÆ REGEM LEGATO
ADIVTOREM ADIVNXIT.
PAVLVS V
AD PHILIPPVM III. REGEM HISPANIARVM
MISIT NVNCIVM
ET BENE RE GESTA
PRIMVM PVRPVRATORVM PATRVM IN SENATVM B
ADSCIVIT.
IDEM PAVLVS
EIVSDEM OPERA
AD MATTHIAM PANNONIÆ REGEM
ET AD RODVLPHVM CÆSAREM LEGATI
MAGNO CVM REIPVBLICÆ CHRISTIANÆ BONO
BELLVM INTER DVOS FRATRES PLVSQVAM CIVILE
COMPOSVIT.
REDEVNTEM E GERMANIA
SVVM IN VRBE VICARIVM DIXIT
EVMQ. FERE PRINCIPEM C
SACRI PRINCIPATVS ADMINISTRVM
AD MAIORA QVÆQVE SEMPER ADHIBVIT.
IN LECTIONIS PONTIFICIÆ CONCLAVI
NON MINIMA PARS SACRI SENATVS
ONERI SVMMO PAREM EXISTIMAVIT.
RELIQVI SVMMI PONTIFICES
EVNDEM PLVRIBVS VNVM
PRÆFECERE CONGREGATIONIBVS.
MAGNISQ. DE REBVS
ETIAM ÆGROTANTEM IN LECTO
CENSVERE CONSVLENDVM. D
DENIQVE VICARIVM IN VRBE
CVSTODEM PRO OMNIVM SALVTE VIGILANTEM
QVADRIENNIVM ANTE PROVISA PRVDENTER
ET DESCRIPTO ETIAM SAPIENTER DISPOSITA
MORS HILAREM ATQVE TRANQVILLVM
ÆTERNITATIS CANDIDATVM
IMMORTALITATE DONAVIT.
VIXIT ANNOS LXVI. MENSES VII.
VRBANVS ET MARIVS NILLINI HÆREDES
PATRVO IMMO PARENTI AMANTISSIMO
POSVERE. E
VALE LECTOR ET GRATVLARE
ALTERVM EX MILLINA FAMILIA
VIRVM HEROVM SIMILEM
HVMANO GENERI DATVM.
OBIIT KAL. OCTOBRIS MDCXXIX.

Ioannis

Ioannis Garſiæ vitam fuſiſſimè materno vulgari idiomate Decius Memmolus, ipſius a
A ſecretis, conſcripſit, quam deinceps anno 1644. Vrbanus Millinus, Cardinalis ex fratre
nepos, typis euulgandam curauit. Nec ſine præconijs memoratur a Nicolao Alemanno viro eccleſiaſticæ hiſtoriæ peritiſſimo in opuſc. de Lateranenſibus parietinis reſtitutis, pag. 15. & a Card. Bentiuolo noſtri temporis nobiliſſimo ſcriptore in ſuis memorabil. lib. 1.

Millinorum Romana proſapia vetuſtiſſima nobilitate admodum emicuit, de qua vide Platinam in vita Ioannis Baptiſtæ Millini, in opere Ciaconiano impreſſa; Sanſouinum de familijs illuſtribus Italiæ; Petrum Articum in Millina Themi, ſiue de laudibus Millinæ gentis; atque Decium Memmolum in vita noſtri Ioannis Garſiæ. Ea præ cæteris peperit Franciſcum Millinum Romanum, anno 1428. Epiſcopum Senogalliæ creatum. Ioannem Baptiſtam Apoſtolicum Abbreuiatorem, Pontificis Datarium, anno 1468. Vrbini Epiſcopum pronunciatũ, denique a Sixto IV. anno 1476. inter Cardinales coopta-
B tum, de quo conſule Platinam in loco mox indicato. Celſum, anno 1481. Feretranum
Epiſcopum delectum. Lucam, anno 1498. ad eandem Feretranam Eccleſiam promotũ. Ferdinandum, anno 1619. Imolenſem Epiſcopum promulgatum. Franciſcum Florentinum Concionatorem celeberrimum, qui *Conciones* edidit. Dominicum Florentinum, qui Tractatum materno eloquio conſcripſit *Viſioni demonſtratiue della malnagità del carnale Amore*: eodem idiomate exarauit *Aduentum ad Vrbem Florentiam Ioannæ Auſtriæ Franciſci eiuſdem Vrbis Magni Ducis vxoris*: elaborauit *Marſilij Ficini vitam*: & *Vitam Pippi Spani* (ſeu Philippi Scolaris) Dominicum Guidi, qui edidit *Dell'origine, fatti, coſtumi, e lodi di Matelda la gran Conteſſa d'Italia*.

C

CORONATVS PLANCA DE CORONATIS Romanus. Marcelli Plancæ de Coronatis, & Iuliæ de Vincentijs Romanæ genitus (hìc obitèr prænotandum, quòd nobilis Romana Familia de Vincentijs tempore plorabilis Borboniani excidij deſijt in Vrbe, duabus tantùm fœminis ſuperſtitibus, quarum altera vxor Marcelli) Sixti V. munificentia menſe Februarij 1587. Aduocatus Conſiſtorialis in locum Petri Aldobrandini prædefuncti, & S. P. Q. R. Defenſor vice Horatij Burgheſij cedentis pronunciatus. *Nos volentes* (ait Sixtus) *dilecto filio Coronato Planca de Coronatis clerico, & nobili Romano I.V.D. ſpecialem gratiam facere &c.* Vixit ſui Collegij Decanus, & ſemel Romani Studij Rector ad annum deputatus. Hon-
D dedei conſilio 83. lib. 2. ſe verbis hiſce ſubſcripſit. *Ego Coronatus Planca de Coronatis ſacræ Aula Conſiſtorialis, ac incliti Populi Romani Aduocatus*. Anno 1599. debitum naturæ ſoluit.

MVTIVS VELLIVS Romanus. Antonij Conſiſtorialis Aduocati, & Zenobiæ Vrſinæ filius. In locum, genitoris obitu vacantem, licèt ab anno 1583. Pontificio Gregorij XIII. Reſcripto fuerit aſcitus, anno tamen 1587. inter Aduocatos, poſt Coronatum Plancam, reperitur conſcriptus. Romanæ Sapientiæ Rector ſex vicibus a Collegis electus. Anno 1599.
E Coronato Planca prædefuncto, Collegij Decanatum aſſequutus eſt. Die prima Septembris 1608. mortalitatis tributum in Vrbe pendit.

Digitized by Google

CCII.

RVTILIVS ALTERIVS Romanus. Hieronymi, Mariani Alterij, & Erſiliæ Capranicæ filius. Sixti V. proprio Motu inter ſui Conſiſtorij A
Aduocatos anno 1587. cooptatus, ſequuto obitu Fabritij Lazzari. *Volentes* (Papæ verba) *dilecto filio Rutilio Alterio nobili Romano I.V.D. gratiam facere ſpecialem &c.* Romani Athenei iura ſemel rexit: & Aduocati pauperum Coadiutor (eorundem deinceps Aduocatus, vt opinor) ipſos mira pietate tutatus fuit. Anno 1594. vti curator datus a Martino Capelletto almæ Vrbis Senatore Marco Antonio Columnæ Paliani, ac Taliacotij Duci, magnoq. Regni Neapolis Comeſtabili, Philippoq. Columnæ minoribus viginti annorum, interfuit venditioni Terræ Neptuni, a prædictis Marco Antonio, & Philippo de Columnis fauore Cameræ Apoſtolicæ iuramento firmatæ: hæc ad rem verba inſtrumenti. *Petierunt, ac inſteterunt dictam Excellentiſſimam D. Felicem Vrſinam Auiā eorum paternam, ac Illuſtrem, & Excellentem D. Rutilium de Alterijs nobilem Romanum, ac* B
ſacræ Aulæ Conſiſtorialis Aduocatum, de quorum fide, probitate, & diligentia ab experto confidunt, per ipſum Illuſtriſſimum D. Senatorem reſpectu infraſcripti actus &c. eis in curatores cōfirmari, & dari reſpectiuè &c. In Romana Academia publicè, ſui nominis celebritate, profeſſus eſt. Anno 1600. omnibus æquè gratus è vita migrauit. Laudatur a Venantio Argenteo in Oratione ad Camertes habita. *Huic comitem* (ait) *adiungamus Rutilium, meritis clarum, rutilum doctrina, integritate micantem, Pauperum Patronum, ac Sixti V. munificentia ſacræ Aulæ Conſiſtorialis Aduocatum apprimè ſapientem.* Ab Hondedeo conſ. 81. vol. 1. appellatur *R. P. D. Rutilius de Alterijs.* De ipſo pauperum Aduocato habetur mentio ab erudito, integerrimo, ſummiſq. præconijs extollendo Sidoniorum Epiſcopo Io. Bapt. Scannarolo in ſuo de Carceratorum viſitatione nuper impreſſo opere lib. 1. cap. 5. nu. 32.

Vetuſtæ, nobiliſq. Alteriæ Familiæ mihi occurrunt Alumni Angelus Alterius Romanus, C
Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, Nicolai V. Theſaurarius generalis, annoq. 1453. Nepeſino Epiſcopatu inſignitus. Lællus, Angeli in Canonicatu ſucceſſor. Marius Vaticani Templi Canonicus, Theologus omnium ore eminentiſſimus, qui *De Cenſuris Eccleſiaſticis*, volumina typis edidit nunquam interitura. Ioannes Baptiſta, Theologica ſcientia & ipſe eximius, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, anno 1624. ab Vrbano VIII. Camerinenſis Antiſtes renunciatus, Vrbis deinceps Vicarij Viceſgerens, Cuſtos ſigilli ſacræ Pœnitentiariæ promulgatus, denique ab eodem Pontifice die 13. Iulij 1643. rubenti murice inſignitus, Tudertinoque Epiſcopatu cohoneſtatus; vir ſanè, ni mors intercepiſſet, ſummo dignus faſtigio. Æmilius, Ioannis Baptiſtæ germanus frater, anno 1627. Camerinenſi gregi Paſtor datus, ac poſtmodum Apoſtolicus Nuncius in Regnum Neapolitanum tranſmiſſus. Reliqua de ipſius Familiæ nobilitate ab Argenteo ediſces, ad quem te relego. D

TIBERIVS CERASIVS Romanus. Stephani Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctoris, & Bartholomeæ Manardæ Florentinæ filius. Ab anno 1589. in Conſiſtorialium Aduocatorum Cœtu ſedit, Aduocati munere viginti ab inde annis in Vrbe prius perſunctus. Inter cœteros teſtes, qui pro admiſſione Tiberij inter Aduocatos Conſiſtoriales die 16. Februarij 1589. depoſuerunt, adnumeratur Philippus Nerius Florentinus, tunc Præpoſitus Congregationis Eccleſiæ S. Mariæ in Vallicella, nunc autem inter Cœlites relatus. Bis à ſuis Collegis Romani Archigymnaſij Rector electus. Egregiè de iure reſpondit. Fiſci, Cameræq. Apoſtolicæ Aduocatus in Vrbe floruit. Se Hondedei conſ. 83. lib. 2. ſubſcripſit. *Ego* E
Tiberius Ceraſius ſacræ Aulæ Conſiſtorialis, nec non Cameræ Apoſtolicæ, ac Fiſci Aduocatus. Habentur ipſius Reſponſa inter conſ. Farin. conſ. 43. 48. & 70. Clericus deinde vixit eiuſdem Cameræ; denique Pontificis Theſaurarius. Mira ſemper integritate muneribus perſunctus, anno 1601. Romæ obijt. Ipſius inanime corpus in Deiparæ de Populo Templo; in Sacello ab eodem Tiberio prope principem Aram elegantèr extructo, Annibalis Caraccij pictis Iconibus exornato, requieſcit, vbi in lateralibus parietibus hę leguntur inſcriptiones.

D.O.M.

CCIII.

A D. O. M.
TIBERIO CERASIO ROMANO
PRIMVM IN ROMANA CVRIA
INDE FISCI
ET SACRÆ AVLÆ CONSISTORIALIS
ADVOCATO
MOX CAMERÆ APOSTOLICÆ CLERICO
TANDEM S. D. N. THESAVRARIO
PER GRADVS
PRO DOCTRINÆ VIRTVTISQ. MERITIS
EVECTO
XENODOCHIVM CONSOLATIONIS HÆRES EX ASSE
B IN HOC SACELLO
AB IPSO ANTE OBITVM
CONSTRVCTO ATQVE EXORNATO
IN QVOD
PARENTVM AC FRATRIS OSSA TRANSFERRI
SEQ. IN EODEM HVMARI
EX TESTAMENTO IVSSIT.
CVSTODIBVS CVRATORIBVS POSVIT.
OBIIT ANNO ÆTATIS LVII.
SALVTIS MDCI. V. NON. MAII.

In altera.

C D. O. M.
BARTHOLOMEÆ MANARDÆ
ET CORPORIS ET ANIMI BONIS
MVLIERI ORNATISSIMÆ
STEPHANVS CERASIVS PHYSICVS
CONIVGI DVLCISSIMÆ
ET SIBI POSTERISQ. SVIS POSVIT.
VIXIT ANN. LXIII.
OBIIT IV. KAL. IVLII ANNO SAL. MDLXXIII.
STEPHANO CERASIO PHYSICO
VITÆ EXEMPLO MORVM SVAVITATE
DOCTRINÆ EXCELLENTIA
D NEMINI SECVNDO PATRI OPTIMO
IO. PETRVS ET TIBEBIVS CERASII
LVGENTES POSVERVNT.
VIXIT ANN. LXXII. MENS. I. DIES X.
OBIIT XVII. KAL. OCTOBRIS ANNO IVBIL. MDLXXV.

Sacellum hoc ſub inuocatione Deiparæ Aſſumptæ aſſeritur de Iurepatronatus Collegij Orphanorum, & ſubiacet oneri duarum Miſſarum in qualibet hebdomada, & vnius Anniuerſarij, ex ipſius Ceraſij diſpoſitione. Commendatur a Farin. conſ. 9. nu. 12. in epitom. conſ. 43. & 48. *Tiberius Ceraſius tunc Fiſci, & ſacræ Aulæ Aduocatus digniſſimus, &* E *nunc Illuſtriſſimus, & meritiſſimus Theſaurarius*. Ædes, quas Miniſtri SS. Annunciationis in Vrbe incolunt, è conſpectu Monaſterij S. Claræ, in quibus olim Moniales, nunc S. Catherinæ Senenſis nuncupatæ, recluſæ vixerunt, in Ceraſij dominio fuere; nam poſt Monialium receſſum, Gilio de Caualcantibus venditæ, ab ipſo ad Stephanũ Ceraſium, a Stephano ad Tiberium deuenere; iuſſu antè Gregorij XIII. ad vſum Neophitorũ in Collegij formam redactæ; demum ijſdem ad Montium Regionem translatis, ad modernum peruenere dominium.

CCIV.

BERNARDINVS BISCIA Romanus I.C.Franciſci,Pandulphi I.C. A
Biſciæ, & Laodomiæ Ioannis Bracaloniæ filius. Anno 1580. ad Vr-
bis Statuta ex ordine diſponenda vocatus. Florebat triginta, & am-
plius annis inter primarios Romanæ Aulæ Defenſores,quando in lo-
cum Vincentij Parentij mortalitate exuti, ſacri Pontificij Conſiſtorij
Aduocatus Gregorij XIV. iuſſu anno 1591. fuit renunciatus. Vixit
Iuriſprudens præſtantiſſimus, integerrimus, diuino vir ingenio, & re-
rum forenſium peritiſſimus. Filios nedum ære, ſed virtute ditauit;
Lælium præcipuè, quem deinceps ſacrum Romanum purpuratum Senatorem aſpexit
Orbis. Literarum cultor eximius, ſemel earum Rector in Vrbis Areopago deputatus.
Inſeritur ipſius Reſponſum inter conſ. Farin. conſ. 30. Antonius Cioſius conſ. 132. lib.1.
hæc de ipſo exarauit. *In eam ego quoque ſententiam ire non dubito, quam prudentèr, & co-
piosè multis rationibus, & auctoritatibus illuſtrarunt D. Matthaus Romanus, & D. Bernardi-* B
nus Biſcia I. C. clariſſ. Rim. iun. conſ. 610. nu. 28. *Excellentiſſimus D. Bernardinus Biſcia
eruditiſſimè locutus fuit.* idem Rim. conſ. 729. nu. 14. *Clariſſimus D. Biſcia magni nominis
Aduocatus.* In vol. 2. conſilior. vltimar. voluntat. conſ. 31. *Inſignis Aduocatus Romanus
Bernardinus Biſcia.* Farin. conſ. 5. nu. 6. *Bernardinus Biſcia famoſiſſimus in Vrbe Aduocatus.*
In Ciaconiano opere in vita Lælij Cardinalis Biſciæ, *Lælius Biſcia Romanus Bernardini pri-
marij ſuo æuo in Aula Romana I.C. cuius frequens in Rota Romana Deciſionibus mentio, filius.*
Theodoſius Rubeus in addit. ad primam partem ſingularium Rotæ Romanæ, inſerta in
calce partis ſecundæ, pag. 24. *Super eadem deciſione habes Conſilium doctiſſimi Aduocati
Conſiſtorialis Bernardini Biſciæ, patris Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. D. Lelij Cardinalis Bi-
ſciæ.* Leo Allatius in opuſc. Romanarum ædificationum, *Bernardinum Biſciam Iuriſcon-
ſultum ſui temporis in Romana Aula facilè principem.* Andreas Argolus de diebus criticis
pag. 73. *Cameræ Apoſtolicæ emit* (Lælius filius) *Clericatum, relictis nummis a Bernardino* C
patre Aduocato celeberrimo. In Beati Felicis a Cantalicio vita, a Ioanne Baptiſta Peruſino
Capuccino conſcripta hæc de Bernardino perlegi. *Vn'altra volta mentre in caſa del Signor
Bernardino Biſcia Auuocato molto dotto, e diuoto ſtaua ragionando di Dio, comparue vno man-
dato da certi Religioſi con il preſente di vna vitella, e mentre il Dottore leggeua la lettera, la
vitella cominciò à mugghiare. Allhora riuolto Fra Felice all'Auuocato, gli diſſe. O Signor Ber-
nardino intendi tu con la tua dottrina il lenguaggio di quella vitella? Sai che ti dice? Ti pre-
ga, che vogli dare la ſentenza in fauore di chi la manda. Però ſta in ceruello, che il giorno del
giudicio queſte donationi nõ ti ſiano dãnationi. Allhora quel Signore abbracciandolo ſtrettamẽte
lo ringratiò dell'auuiſo.* Ioannes Baptiſta Confalonerius, meus in Arcis S. Angeli Tabula-
rij Præfectura prædeceſſor, tum vitæ integritate, tum ſcriptis eximius, in ſuo itinerario.
Il Sig. Bernardino Biſcia Auuocato principaliſſimo in Roma, che ſcriueua per li Signori Colon- D
neſi nelle cauſe loro. In marmorea ſepulchrali inſcriptione in Eccleſia Diui Pantaleonis
(proxima Biſcianis ædibus a Bernardino magnificè extructis) humi iacente characteres
iſtos ſcalprum incidit.

D. O. M.
LAODOMIÆ IOANNIS BRACALONII
QVI INTER TRESDECIM ITALOS
CVM TOTIDEM GALLIS CERTAVIT ET VICIT
FILIÆ
FRANCISCI BISCIÆ I. V. D. E
VXORI.
VIXIT ANN. LXIX.
OBIIT DIE V. OCTOBRIS MDLXXVII.
BERNARDINVS BISCIA I. V. D. FILIVS
MATRI OPTIMÆ ET FRANCISCO FILIOLO
QVI VIXIT DIES XIII.
SIBIQ. ET SVIS POSVIT.

Marchio-

Digitized by Google

CCV.

A Marchionatus titulo decorata Familia Biſcia floret in Vrbe. Viuit Bernardinus Biſcia, Cardinalis ex fratre nepos, vtriuſque Signaturæ Referendarius. Vixit Albertus Biſcia Placentinus, cuius *Epiſtolæ* typis euulgatæ circumferuntur.

NICOLAVS DE ANGELIS Bargæus dictus, quia in Terra Bargæ exortus, inſigni Lucanæ Diæceſis Loco, ad Etruſci Appennini radices, ſub dominio Magni Ducis Etruriæ. Ex Franciſco, Nicolai de Angelis Iuriſconſulto non vulgari, & Agnete, Antonij de Balduinis (quæ fuit ſoror Balduini de Balduinis Medici Iulij III. eiuſdemq. ſecreti Cubicularij, mox Auerſani Epiſcopi) genitus. In Ciuitate Piſarum antiquiſſima ſuorum Patria maiorum lauream Doctoralem aſſequutus fuit. Ioanne Garſia Millino inter Pontificios Capellanos, cauſa-
B rumq. ſacri Palatij Apoſtolici Auditores aſcito, Gregorius XIV. anno 1591. Nicolaum, qui per annos circitèr viginti Aduocationis munere in Vrbe laudabilitèr perfunctus fuerat, in locum Aduocati Conſiſtorialis vacantem ſubrogauit. Vixit S. P. Q. R. Aduocatus; ac ſemel Romani Studij Rector deputatus. Legitur ipſius Epiſtola ad Gulielmum Redoanum clari nominis I. C. conſcripta, & in tract. ipſius Redoani de Spolijs eccleſ. impreſſa. Demum anno 1602. irrefragabilem fati neceſſitatem expertus, menſe Maio deceſſit in Vrbe.

Nobilis Angelia Familia quamplures Orbi peperit Viros eximios: laudibus præcipuè extollendi ſunt tres Nicolai noſtri germani fratres, nempe Coſmus Angelius I.V.C. non vulgaris, ſacræ Inquiſitionis Aſſeſſor in Vrbe, annoq. 1597. Cortonenſis Epiſcopus renunciatus. Iulius, Philoſophus peracutus, ac per plures annos tum in Piſano, tum in
C Romano Athenæo Profeſſor inſignis, demum Præceptor S. Spiritus in Saxia de Vrbe. Iacobus I. V. D. & in Piſana, Senenſiq. Vniuerſitate Profeſſor primarius, cui decus ſuperadditum ex generali in Senenſi Ciuitate pro Magno Etruriæ Duce Auditoratu, & ex Volaterrarum, Plumbiniq. in Terra (vt aiunt) firma, Militiæ Diui Stephani Prioratu; anno ſalutis 1608. recurrente, Iacobus idem mortalia deſeruit, binis ſuperſtitibus liberis, Ioanne, & Franciſco: Vixit Ioannes vtriuſque Signaturæ Referendarius, Abbreuiator de Parco maiori, in plurimis Eccleſiaſticæ Ditionis Vrbibus Moderator, & Eminentiſs. Cardinalis Vicarij ciuilis Locumtenens, tandem in Vrbe Vrbium Regina anno 1641. fato ceſſit, cuius oſſa in Aracœlitano Templo, ante principem Aram, hoc addito in marmore ſepulchrali elogio, condita iacent.

D

D. O. M.
Ioanni de Angelis Patritio Piſano
Qui domeſticum virtutis, & ſapientiæ nactus exemplum
Iacobum patrem Iuris, & Iuſtitiæ Conſultiſſimum
Nicolaum Conſiſtorialis Aulæ, & S. P. Q. R. Aduocatum
Iulium S. Spiritus in Saxia magnum Præceptorem
Coſmum Epiſcopum Cortonenſem
Patruos cum laude emulatus
E poſt humaniora ſtudia
ad Iuris ſcientiam firmitèr adiuncto animo
Literarum Apoſtolicarum maioris Præſidentiæ Abbreuiator
Vtriuſque Signaturæ ex XII. Viris iudicia dantibus Referendarius
Pro Vrbis Vicario ſupremus ciuilium cauſarum Iudex
Vrbium regimina, forenſia munera, reſq. publicas
ſumma integritate, ac prudentia adminiſtrauit.

Inductam

CCVI.

Inductam mox iniqua morbi vi oculorum orbitatem æquiſſimè perterens A
quam ſibi lucem vitæ inclementia breuem ademerat
meliori mortis ope demum perennem recepit.
Obijt V. Kal. Septembris Anno ſal. MDCXLI. Aetatis LV.
Franciſcus de Angelis Eques S. Stephani Volaterrarum Prior
Fratri opt. merito mœrens poſuit.

Ipſe autem Franciſcus, humanioribus literis, omniq. ſcienriarum genere exeultus ad-
huc Piſis inter mortales agit; in ea inquam Ciuitate, in qua Familia de Angelis, ſeu An-
gelia inrer primarias efflorescit, & antiquatis temporibus effloruit, ab anno præcipuè
1332. vt ex peruetuſto illius Ciuitatis Tabulario liquet: nec omittendum, quòd Petrus B
Roncionus nobilis Piſanus in ſua Piſanæ Reipublicæ manuſcripta Hiſtoria quamplures
Angeliæ gentis illuſtres viros, qui primarios Reipublicæ Magiſtratus, aliaq. munera non
ſine màxima laude exercuere, fida aſſertione recenſuit: verùm acerrimo bello a Floren-
tinis contra Piſanos geſto, Duce Ioanne Aucuto Anglo magni nominis viro, Piſana Re-
publica funditùs euerſa, ipſaq. Ciuitate in Florentinorum dominatum redacta, Iouio te-
ſte in hiſtor. lib. 1. anno 1407. plures Piſanæ Familiæ ſeruitutis iugum detrectantes, ad Lo-
ca diuerſa paulatim ſe ſe recepere: receſſit Angelia quoque Familia; & ad Oppidum Bar-
gæ, quod runc temporis ad inſtar Reipublicæ nulli ſubiectum libertatis tranquillitate
fruebarur, demigrauit; hinc exortum, quòd eiuſdem Gentis nonnulli fuerint poſtea Bar-
gæi nuncupati, etſi vetuſtiſſimam, originariam, nobilemq. Piſanam extitiſſe Franciſcus
idem ad euidentiam demonſtrauerit: quinimò die 30. Iulij 1640. ſenrentiam declaratoriam
ad ſui fauorem in contradictorio iudicio coram ſupremo Conſiliariorum Ciuitatis Flo- C
rentiæ Magiſtratu promeruit. Inter quinque ipſius Franciſci genitos (preeminentia, di-
gnitateq. aliqua inſigniros) præſtat Iacobus de Angelis Piſanus, vtriuſque Signaturæ Re-
ferendarius, in diuerſis Eccleſiaſtici Dominij Vrbibus dudum Moderator, nunc ſacræ
Congregationis Boni Regiminis Prælatus, & Signaturæ Iuſtitiæ Votans. In humanis
egerunt Michael Angelus, Antonius, & Petrus, eorundem Nicolai, Coſmi, Iulij, & Ia-
cobi conſobrini; quorum primus emicuit Philoſophus eximius, & in Piſano Studio Pro-
feſſor clari nominis: Antonius Piſanus, humanioribus lireris tum græcis, tum latinis ex-
cultus, anno 1570. ad Populonij, Maſſæq. Epiſcopatum aſſumptus, cuius *Carmina* græca,
& latina inter opera Petri excuſa leguntur: tertius germanus Petrus, Bargæus nuncupa-
tus, inter celebriores ſui æui eruditos citra controuerſiam collocandus; inſignis quippe
Poeta, & Orator, in Piſana Vniuerſitate humaniores vtriuſque Mineruæ lireras profeſſus D
fuit, de quo in elogijs Iouij pag. 146. & alibi pluriès: is ab eruditiſſimo Ioanne Baptiſta
Strozzio prolixa, elegantiq. Oratione laudari promeruit, inter ipſius impreſſas erudito-
rum lectioni expoſita, pag. 83. hic idem Petrus elegantiſſima Poemata elaborauit, ac edi-
dit, nempe *Cynegeticon, ſiue de Venatione libros ſex. Ixenticon, ſiue de Aucupio librum vni-
cum. Syriados, ſiue de Bello ſacro libros duodecim. Opuſculum de Obeliſcis. Epiſtolas. Car-
mina varia*, tum latino, tum materno idiomare exarata; ipſe quoque anno 1559. in fu-
nere Henrici II. Galliarum Regis Florentiæ perorauit, cuius *Oratio* habetur impreſſa in
volumine Orationum diuerſorum virorum illuſtrium: igitur non immeritò idem Stroz-
zius ſeptem hos conſobrinos Angelios, in alia de laudibus Ferdinandi Primi Magni Du-
cis Etruriæ Oratione pag. 66. ſeptem magna Sapientiæ lumina dixit, eò clariori vnicæ Fa-
miliæ exemplo, quò magis ſeptem vniuerſa Græcia Sapientes miratur ſuos. Verùm Pi- E
ſanos Angelios relinquamus, dum alij ſe nobis offerunt præclari eiuſdem Stemmatis He-
roes; en Petrus Antonius de Angelis Cæſenas, anno 1542. Nepeſinus Præſul pronuncia-
tus. Marinus Venetus, I. C. diſertiſſimus, artis Oratoriæ admodum expertus, omnibuſq.
liberalibus diſciplinis inſtructus, qui ſcriptioni addictus, hæc elaborauit. *Lucubrationes
Forenſes, & Academicas. Le Glorie del Niente. L'Iſſigene del Veſcouo di Belley, da lui, benchè
ſotto altro nome, traſportata dal linguaggio Franceſe. Orationi. Diſcorſi. Il Giuditio Poli-
tico ſopra la vita d'Aleſſandro Terzo di Gio. Franceſco Loredano.* Abbas Paulus de Ange-
lis

Digitized by Google

lis Siculus, vir probus, ac eruditus, qui præter Opuſculum inſcriptum, *Della Limoſina, o*
A *vero opere, che ci aſſicurano nel giorno del final Giudicio*; fœlici calamo *Vaticanam, & Libe-*
rianam Baſilicas, deſcripſit, ſumptuq. non exiguo edidit: idem opus *De S. R. E. Cardina-*
lium Titulis molitur. Benedictus de Angelis Neapolitanus, qui ſcripſit *Opuſculum pro au-*
guſtiſſima Deiparentis immaculata Conceptione. Alexander Spoletanus, Theologus illuſtr is,
qui *In Aſtrologos Conſectores libros quinque* euulgauit; & dum *Commentationes in Philoſoph^ā,*
ac Theologiam vniuerſam moliebatur, interijt. Ludouicus, qui *Vitam S. Hieronymi* con-
ſcripſit. Hieronymus Siculus, qui edidit *Relationem de Regno Tezo*, quod ipſe primus
luſtrauit, ſacroq. Chriſti Euangelio illuſtrauit. Mutius Spoletanus, cuius leguntur *Com-*
mentarij in omnes ferè libros philoſophicos Ariſtotelis: In Summam S. Thomæ. Notæ in Epiſto-
las Diui Pauli. In Euangelium Diui Matthæi. In Tomos Conciliorum. Bonauentura de
Angelis, qui ſcripſit *Hiſtoriam Parmenſem*. Franciſcus Hiſpanus, qui edidit *Pias Conſide-*
rationes in Antiphonam, Tota pulchra es Maria, à Minoritis ſolemnitèr decantari ſolitam in
B *commendationem Conceptionis immaculatæ Virginis Mariæ*. Franciſcus alter Peruſinus, qui
ſcripſit *De laudibus Beatiſſimæ Virginis*. Ioannes Hiſpanus, qui elaborauit *De Sacratiſſimis*
Myſterijs Sacrificij Miſſæ. Varias conſiderationes in Cantica Salomonis. Manuale vitæ perfectæ.
Luctam ſpiritualem, & amicam inter Deum, & animam Chriſtianam. De Præſentia Dei.
Triumphum Amoris Diuini. De conquirendo Regno Dei, quod intra nos eſt. Bernardus An-
gelius Florentinus, Theologus, & Concionator inſignis, qui edidit *Speculum Cha-*
ritatis.

BERNARDINVS SCOTTVS Mediolanenſis. Ludouici Scotti, &
Luciæ Boſſiæ filius. Gregorij XIV. Sanctione, Alexandro Litta ad
C Romanæ Rotæ Tribunal euecto, Conſiſtorialis Aduocatus anno
1591. promulgatus. *Nos dilecto filio* (ibi) *Bernardino Scotto I. V. D.*
& de Collegio Iuriſperitorum Mediolanenſium, ad id etiam per dilectos
filios Collegium huiuſmodi nominato, ſpecialem gratiam facere volen-
tes &c. Floruit Iuriſta eximius; Hiſpaniarumq. Regis iura in Vrbe
patrocinio iuuit, illius Aduocatus, vt elicitur ex conſ. 94. inſerto
inter conſiliā Farin. *Ego Bernardinus Scottus ſacræ Aulæ Conſiſtorialis, & Catholicæ Maieſtatis*
in Curia Aduocatus. Romani Gymnaſij Rectoratum adminiſtrauit. Anno 1598. Cle-
mente Octauo Summo Romano Antiſtite Ferrariæ degente, ad Apoſtolicam Sedem Fer-
rarienſi Ducatu deuoluto, Bernardinus (qui illuc ex decreto Collegij vnà cum duobus
Conſiſtorialibus Aduocatis adiuerat) pro Purpura dimittenda, nomine Alberti Auſtriaci
D Archiducis Auſtriæ, Maximiliani II. filij, & Rodulphi II. Imperatoris fratris, præſente
Ferdinando Archiepiſcopo Biſuntino ſpeciali Nuncio in Conſiſtorio de more orator fuit:
hic ille eſt Albertus, qui ſacra dimiſſa Purpura, cum Iſabella Clara Eugenia, Philippi III.
Hiſpaniarum Regis ſorore, eodem Pontifice ſolemni pompa nuptias Ferrariæ celebrante,
matrimonium inijt. Anno 1600. dieq. 16. Decembris Bernardinus in publico Conſiſto-
rio Beati Raymundi de Peniafort Barcinonenſis Ordinis Prędicatorum miras virtutes vbe-
ri, elegantiq. oratione explicauit, ſupplexq. pro eo Aris imponendo popoſcit: circum-
fertur impreſſa ipſius Oratio in vita eiuſdem Sancti, a Franciſco Penia Rotæ Auditore no-
tis illuſtrata, & duobus libellis aucta. Anno 1604. vt Beatum Carolum Borromæum
publico fideles cultu venerari poſſent exorauit; quàmuis Canonizatio (vt vocant) ad
annum 1610. protracta fuerit: Mediolanenſis Clerus tres inſignes eccleſiaſticos viros ad
E Vrbem tranſmiſerat, nempe Octauianum Abbiatum Forrerium Archipresbyterum Eccle-
ſiæ Metropolitanæ, Ioannem Petrum Barcum Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ (quam
dicunt) S. Ambroſij, & Hieronymum Septalam Archipresbyterum Eccleſiæ Modoetiæ:
totidemq. nobiles Conſilium generale Ciuitatis delegerat, nempe Ioannem Baptiſtam
Caſtilioneum I. C. de Collegio Mediolani Vicarium (quem appellant) prouiſionis, Co-
mitem Octauium de Vicecomitibus, & Comitem Ioannem Baptiſtam Serbellonum: Iſti
Mediolanenſium Cardinalium patrocinio adiuti, a Summo Pontifice obtinuerāt, vt ipſimet
in ſecretum Conſiſtorium admiſſi, eorum alter peroraret; at rem inſolitam Aduocati

Conſiſtoriales percipiẽtes(cum nullus extraneus inſtet in Conſiſtorio, niſi ipſorũ oraculo,
ſi obedientiæ Oratores excipias)ſupplices Collegij iura Clementi expoſuerunt, ſimillimũ A
addentes exemplum; cum enim, Sixto V. ſedente, Philippi Hiſpaniarum Regis nomine
Comes de Oliuares ipſius Orator Pontificem pro exponendo publicæ venerationi Beato
Bertrando Valentino eſſet ſupplicaturus, fuit quidem in Conſiſtorium ipſe Comes vnà cũ
Procuratore Vniuerſitatis introductus, ſed cum interuentu Horatij Burgheſij, tunc Con-
ſiſtorialis, & eiuſdem Regis Aduocati, qui ſolus alloquutus fuit,totamq. rei ſummã expo-
ſuit : Pontifex Collegij amantiſſimus eiuſdem petitioni annuit, quodq. ſolus Aduocatus
peroraret, imperauit : Igitur Bernardinus Scottus elegantèr more ſuo inſtitit. Mox recen-
ſitum geſtum Marcum Aurelium Grattarolam in ſuo opuſculo de venerat. S. Caroli cap.
20. verbis hiſce typis datis comprobaſſe reperi, poſtquam hæc ſcripſeram. *Letta la lettera
della Città, il Sig. Bernardino Scotto Auuocato Conciſtoriale Milaneſe, che fu poi Auditore di
Rota, come diremo al ſuo luogo, recitò l'oratione, che ſegue, ſtando inginocchiato vicino alli Am-
baſciatori, il qual'vfficio ſi era apparecchiato di fare il Vicario di Prouiſione, ma fu impedito* B
*dal Collegio delli Auuocati Conciſtoriali, i quali diſſero, che de iure apparteneua à loro tal cari-
co.* Verba verò ipſius Scotti ad Pontificem prolata recenſere non tædet. *Tantus eſt Caroli
Card. S. Praxedis in Mediolanenſem Ciuitatem beneficiorum cumulus, tanta meritorum magni-
tudo (Beatiſſime Pater) vt ſe non ſolum ingratam, quod ipſum grauiſſimum videtur, ſed etiam
impiam appellari iure merito poſſe cenſuerit, niſi grati animi ſpecimen aliquod ſaltem, atque
indicium ad omnem poſteritatem exhibuiſſet. Dum enim viuens Carolus per plures annos eiuſ-
dem Ciuitatis vigilantiſſimus Præſul extitit, nihil eorum omiſit, quæ ad Ciuium ſpiritualem, &
temporalem commoditatem, vtilitatemq. pertinet, itaut exemplo vitæ ſingularis omnium ferè
animis ad ſummam in Deum pietatem, & deuotionem inſlammatis, charitate verò inæſtimabili
effuſis in pauperes rebus omnibus, propria etiam ſupellectili, tandem periculoſiſſimo peſtis tempo-
re bonus Paſtor, animam ſuam pro ouibus ſuis ponens, ſæpiſſimè certiſſimo mortis periculo ſe cõ-* C
*miſerit. Mortuus autem, vt piorum omnium commune iudicium eſt, apud Deum Opt. Max. ſuo-
rum præſertim Ciuium, cum exteri quoque id experiantur, & prædicent, talis interceſſor extitit,
vt multi varijs infirmitatibus detenti, deſperatis humanis remedijs omnibus, ſtatim atque ad
eius præſidium confugerunt, modico temporis interuallo interiecto, priſtinam ſanitatem ſint con-
ſequuti. Teſtantur hoc innumerabiles tabulæ pictæ, cælatæ argenteæ effigies, varia, ac pretioſa
vndecumque confluentia munera, quibus nedum eius ſepulchrum, ſed ampliſſimum etiam, &
auguſtiſſimum totius Inſubriæ Templum exornatur. Quare ad effugiendum ſiue ingratitudinis,
ſiue impietatis notam, non valens eadem Ciuitas vniuerſa, quod ſummopere optaſſet, ſuis ſedi-
bus prope conuulſa ad pedes S. V. confugere, tres hoſce primarios viros ſelegit, quorum opera hoc
pietatis, & gratitudinis officium expleret, Sanctitatem Veſtram humilitèr ſupplicando, vt iuxta
ſacrorum Canonum diſpoſitionem, & Catholicæ Eccleſiæ ritum conſuetum Apoſtolica authorita-* D
*te inter Sanctos relato Carolo, quod tutò fieri poſſe ob teſtatam eius vitæ puritatem, & miracu-
lorum frequentiam libentiſſimè ſperat, illum in Cælis apud Deum patronum inuocare poſſit, Al-
taribus erectis, ſtatuis, & imaginibus poſitis, quem in terris Ciuem amatiſſimum, ac Paſtorem
pientiſſimum eſt experta.* Commendabili virtutum ſerie Scottus cumulatus, anno 1607.
inter ſapientiſſimos Romanæ Rotæ Auditores fuit adſcriptus : demum anno 1608. die 28.
Iulij mortalem cum immortali vita commutauit. Petrus Creſcentius de nobilit. Ital. par.
2. pag. 587. hæc de Bernardino exarauit. *Bernardino figliolo d'Ottaniano* (variat in geni-
toris nomine) *Dottore inſigne, ſeruì alla Corte Romana pria Conciſtoriale Auditore* (Aduo-
catus dicendus) *e poi di Rota. Auditore* (Aduocatus) *del Re Cattolico, Datario della Sede
Apoſtolica; morì in Boemia, accompagnando il Cardinal Millini in quella Legatione; potea ſpe-
rare maggiori honori, quando la morte col filo della vita non gli haueſſe reciſa l'orditura de' ſuoi* E
*alti diſegni. Era ben grande il merito, ma le gratie di Roma van lentamente col piè di piombo,
perciò vi ſi ſigillano con l'impronto di piombo.* Paulus Morigia de nobilit. Mediol. pag. 116.
ſic prius de ipſo ſcripſerat. *Viuono in Roma con molto honore Aleſſandro Litta, e Bernardi-
no Scotto; il primo è Auditore della Rota di Roma, e l'altro è Auuocato del ſacro Conciſtoro.* Ac
Theodoſius Rubeus ſingular. tom. 1. pag. 462. *Qui* (Scottus) *de anno 1597. die 24. Mar-
tij cum eſſet Aduocatus Conſiſtorialis, fuit meus Promotor ad I. V. lauream Doctoratus; cui po-
ſtea de anno 1608.* Pragæ *decedenti, Auditore Rotæ facto, cum eò profectus eſſet cum Card. Mil-*

A *lino Legato de latere ad Rodulphum II. Cæſarem Auguſtum, ſucceſſit R. P. D. meus Philippus Pirouanus, doctrina, vita, ac morum integritate nemini ſecundus.*

Sed quia Scottus noſter pro Aris imponendo Beato Raymundo de Peniafort, inſtitit, vt indicaui, quæ huiuſmodi (vt aiunt) Canonizationis occaſione (reſpectu Aduocati) ſeruata fuerint, accipe.

Ordo Proceſſionis.

Religioſi primùm, ſeruata prærogatiua lege, antecedebant.

Tum Clerus Vrbis ſuo ordine.

Mox Papæ Scutiferi cum veſtibus rubeis.

Camerarij extra muros cum veſtibus item rubeis.

B *Tubicines cum tubis, qui ingenti tubarum clangore ſpectatorum animos excitabant.*

Tum Procuratores Ordinum.

Aduocati Conſiſtoriales violaceis induti ornamentis, & Secretarij mixtim.

Camerarij honoris, & ſecreti Papæ, cum cappucijs, & veſtibus rubeis.

Poſt hos procedebat Procurator generalis Ordinis Prædicatorum, planeta alba indutus, qui magnum vexillum, Imaginem S. Raymundi canonizandi ſtantis, ornatum deferebat.

Eum dextra, leuaq. comitabantur ſex alijs Patres eiuſdem Ordinis cum planetis.

Capellani Papæ cum veſtibus rubeis, & caputys, manibus Regna, Mitraſq. deferentes.

Cantores Sacelli Pontificij Cottis induti, cantantes Hymnum, Aue Maris Stella.

Secretarij Prælati, Abbreuiatores, & Acoluthi.

Auditores Rotæ cum Rocchettis, & Cottis, & cum ipſis Magiſter Sacri Palatij.

C *Subdiaconi Apoſtolici.*

Acoluthus cum Nauicula thuris, & Thuribulo.

Acoluthi ſeptem cum totidem candelabris, & candelis accenſis.

Subdiaconus paratus Tunicella, cantaturus Eſtipolam, geſtans Crucem Papalem, cum duobus Officialibus Virga rubea a dextris, & ſiniſtris.

Pœnitentiarij Papæ parati Planetis.

Abbates cum Pluuialibus, & Mitris.

Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi omnes tam aſſiſtentes, quàm non aſſiſtentes, parati cum Pluuialibus, & Mitris, ſeruata antiquitatis, & honoris prærogatiua.

Diaconi mox Cardinales conſequebantur cum Dalmaticis, & Mitris.

Presbyteri deinde Cardinales cum Planetis, & Mitris.

D *Epiſcopi tum Cardinales cum Pluuialibus, & Mitris.*

Omnes verò ſupradicti cereas candelas accenſas manibus deferebant.

Nobiles tum maiores, Conſeruatores Vrbis, Principum Oratores, & Gubernator Vrbis.

Duo inſuper Diaconi Cardinales aſſiſtentes cum Dalmaticis, & Mitris.

Cardinalis cantaturus Euangelium, paratus omnibus Paramentis Diaconalibus, cum Dalmatica, & Mitra, medius inter duos Cardinales aſſiſtentes incedebat.

Ibant deinde immediatè hinc inde ad Papam Cæſaris, & Reipublicæ Venetæ Oratores, deferentes duos illos magnos Cereos, quos in Sacello a Pontifice acceperant.

Celebrem hanc Proceſſionem mox Romanus Pontifex ſub Baldacchino in Sede geſtatoria reſidens, Candelam accenſam manu gerens, ſequebatur.

Duo Camerarij Papæ aſſiſtentes cum veſtibus rubeis, & capputijs, & inter eos medius Rotæ

E *Auditor accipiendæ Mitræ Papali deſeruiens conſequebantur.*

Inde Protonotarij Apoſtolici cum Cappis.

Tum Magiſtri Ordinum generales.

Clauarij Pontificis clauas humeris impoſitas deferentes a dextra, ſiniſtraq. Pontificem antecibant.

A leua, dextraq. Pontificis, & Cardinalium, lentè, & decorè procedentium, militaris Heluetiorum cuſtodia; & leuis armatura Milites equis inſidentes præſtò aderant, vt hominum turbam ſubmouerent.

Pontifex, Cardinales, & Prælati, Clerus ſecularis, & regularis, & quicumque ad hanc ſo- A
lemnem Proceſſionem acciti fuerant, quorum erat prope innumera multitudo, cereos albos accen-
ſos maiores, ac minores, pro ordinum, & hominum qualitate, quos Miniſtri Regis Catholici li-
beraliſſimè diſtribuerant, manibus deferebant.

Hoc ordine, pompaq. ſolemni cum ad Porticum Baſilicæ S. Petri Clemens Pontifex perueniſ-
ſet, a Canonicis, totoq. Capitulo eius Eccleſiæ, dulciſſimo Muſicorum concentu exceptus eſt, cumq.
è Sede geſtatoria deſcendens, ante SS. Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia S. Petri veteri aſ-
ſeruatum, in genua prouolutus pauliſper oraſſet, iterum geſtatoriam ſedem conſcendens, ad lo-
cum in Eccleſia noua præparatum peruenit, vbi cum ſimilitèr ſuper faldiſtorium ornatè paratū
ante Altare preces fudiſſet, mox ad ſolium in ſuggeſto collocatum conſcendit, & in Sede Pontifi-
cia reſedit, vbi ſibi mox Cardinales omnes de more, cæteriq. Prælati obedientiam detule-
runt &c.

Debito obedientiæ munere perſoluto, Paulus Alaleo Magiſter Cæremoniarum Odoardum Car- B.
dinalem Farneſium aduocauit, qui protinus cum Bernardino Scotto Conſiſtoriali, & Regis
Aduocato ad Pontificem in ſolio ſedentem acceſſit, exhibitaq. reuerentia conſueta, ſtante Cardi-
nali ante infimum ſolij gradum, Aduocatus poſitis humi genibus ſupplex primò rogauit, ac Re-
gio nomine inſtantèr poſtulauit (vulgus primam facere inſtantiam dicit) vt Beatus Raymun-
dus Sanctorum numero adſcriberetur, his verbis. Beatiſſime Pater. Reuerendiſs. D. Card.
Farneſius hìc præſens, nomine Catholicæ Maieſtatis Philippi III. Hiſpaniarum Regis inſtantèr
petit, per Sanctitatem Veſtram pronunciari, Beatum Raymundum de Peniafort Barcinonen-
ſem Ordinis Prædicatorum Cathalogo Sanctorum D. N. IESV Chriſti adſcribendum, & tanquã
Sanctum venerandum ab omnibus Chriſti fidelibus. Huic primæ petitioni Marcellus Veſtrius
Secretarius Domeſticus nomine ſuæ Sanctitatis ita reſpondit &c. Rurſus Magiſter Cæremonia-
rum Farneſium Cardinalem aduocauit (poſt Litanias) vnà cum Scotto Aduocato, & eadem re-
uerentiæ cæremonia ſeruata, idem Cardinalis per eundem Aduocatum inſtantèr, & inſtantiùs C
eiſdem verbis pro Canonizatione peragenda ſummoperè ſupplicauit. Tunc verò idem Veſtrius
Secretarius in hæc verba reſpondit &c. Oratione finita, Papa, ſuſcepta Mitra, conſedit, & tunc
tertiò Magiſter Cæremoniarum eundem Cardinalem Farneſium aduocauit, qui eadem cæremo-
nia retenta, pro Canonizatione tandem peragenda, Regis nomine inſtantèr, inſtantiùs, & in-
ſtantiſſimè ſupplicauit. Ad hæc tandem Veſtrius Seretarius his breuibus verbis reſpondit &c.
Dum hæc ſententia (Pontificis) pronunciaretur, Farneſius Cardinalis ante Pontificem ſtabat,
Scottus verò Aduocatus humi genua poſuerat: mox verò idem Cardinalis per eundem Aduoca-
tum & ſententiam acceptauit, & gratias Pontifici egit, & literas Apoſtolicas ſuper Canoniza-
tione decerni petiuit, his verbis. Beatiſſime Pater. Idem Reuerendiſſimus Cardinalis Farne-
ſius hic præſens nomine Catholicæ Maieſtatis acceptat pronunciationem per Sanctitatem Veſtram
factam, & ei immortales gratias agit, ac eodem nomine ſupplicat, vt Sanctitas Veſtra digne- D
tur decernere Literas Apoſtolicas ſuper hac Canonizatione facta. Mox Pontifex manu facto
Crucis ſigno, more ſolito benedicendo, dixit, Decernimus. Statim autem idem Farneſius Car-
dinalis Procurator conſcendens ſolium, oſculatus eſt manum Papæ. Et eodem temporis momen-
to idem Scottus Aduocatus conſurgens, & ad præſentes Protonotarios, Notarioſq. conuerſus, eos
rogauit, vt eius rei geſtæ fidem, ac teſtimonium exhiberent, vnum inſtrumentum, vel inſtrumen-
ta conficientes, his verbis. Rogatur etiam R.P.D. Anſelmus Dandinus Protonotarius Apoſto-
licus, & Notarius deputatus ſuper huiuſmodi Canonizatione, & omnes alij Protonotarij, &
Notarij hìc præſentes, vt ſuper huiuſmodi ſolemnis Canonizationis actu conficiant vnum,
vel plura, publicum, ſeu publica inſtrumentum, vel inſtrumenta ad perpetuam rei memo-
riam.

Prodierunt è Scotta Familia Fulco Scottus Placentinus, anno 1210. ſuæ Patriæ Epiſ- E
copus deſignatus, inde anno 1217. ad Papienſem Eccleſiam tranſlatus. Hieronymus
Senenſis, anno 1489. Suanenſi Epiſcopatu cohoneſtatus. Raynutius Placentinus, Burgi
S. Donnini Antiſtes, ad Heluetios primùm, mox in Galliam ad Regem Chriſtianiſſimum
Apoſtolicus Nuncius, Piceni deinde Gubernator, demum Pontificiæ Domus mira inte-
gritate, Præfectus, Innocentio X. regnante, quo etiam munere, SS.D.N. Alexandro VII.
Summo Pontifice ſedente, perfunctus eſt; hic idem deſcriptionem vberem elaborauit, ty-
piſq. euulgauit *Heluetia profana, & ſacra*. Octauianus iamdiù Romanæ Vrbis Senator.

Iulius

CCXI.

A Iulius Placentinus, qui præter cætera edidit *De Annunciatione Beatæ Mariæ Virginis*. Andreas, qui *De Iuriſconſulto perfecto, & Epiſcopo*, ſcripſit. Eundem eſſe Andream Scottum coniectura adducor, qui plura lucubrauit, nempe *Adagia ſacra*. *Vitam Beati Franciſci Borgiæ*. *Ariſtotelis, & Demoſthenis vitas comparatas*. *Commentarium in Auctorem de viris illuſtribus Vrbis Romæ*. *Vitam Alphonſi Salmeronis vnius è decem S. Ignatij Loylæ Socijs*. *Vitam Iacobi Laynez Præpoſiti generalis Societatis IESV*. *Theſaurum exemplorum, ac ſententiarum*. *Bibliothecam Hiſpaniæ*. *Vitam Fredenandi Nonnij Pintiani*. *Vitam Petri Ciacconij*. *Vitam Petri Ioannis Nunneſii*. *Itinerarium Antonini Auguſti*. *Orationem in funere Antonij Auguſtini Tarraconenſis Archiepiſcopi*. *Ciceronem a calumnijs vindicatum*. *Obſeruationum humanarum libros quinque*. *De ſacris, & catholicis ſacræ Scripturæ Interpretibus*. *De bono ſilentij Religioſorum, & ſecularium*. *Commentaria ſelecta in Orationes Ciceronis*. *Hiſpaniam illuſtratam*, ac in latinum vertit, ſcholijſq. illuſtrauit Bibliothecam Photij. Franciſcus ipſius Andreæ germanus frater, qui edidit *Itineriarium Germaniæ, Galliæ, & Hiſ-*
B *paniæ, quæ itinera monſtrant verſus Romam*. *Hiſpaniam illuſtratam*. *Itinerarium Italiæ, rerumq. Romanorum*. Annibal, author *Commentariorum in Tacitum*. Fridericus Placentinus Iuriſprudens celeberrimus, & multiplici foecundiſs eruditione, qui bina *Reſponſorum* volumina Orbi dedit.

IOANNES BAPTISTA SPADA Lucenſis. Ex Gherardo, Ioannis Baptiſtæ, & Angela Cenamia, Bernardini filia, genitus. Florebat Romano in Foro Iuriſprudens in vtroque iure præſtantiſſimus, & Cardinalis Io. Baptiſtæ Caſtruccij Lucenſis Auditor, quando Con-
C ſiſtorialis Aduocatus in locum demortui Gabrielij (Audiroratus munere quamprimùm poſtmodum dimiſſo) Gregorij XIV. liberalitate anno 1591. ſuffectus fuit. *Volentes* (in Motu proprio) *dilecto filio Ioanni Baptiſtæ Spadæ nobili Lucano I.V.D. gratiam facere ſpecialem &c.* Vixit aliquo temporis decurſu Coadiutor Aduocati pauperum. Deinceps Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Aduocatus. Ter Studij Romani Rector. Clementem VIII. Romanamq. Curiam Ferrariam proficiſcenrem, ipſius Pontificis iuſſu, cum alijs duobus Aduocatis a Collegiò electis concomitatus eſt. Anno 1608. menſe Septembris ex Mutij Vellij obitu Decanatum eſt aſſequutus. Iurium noſtri Collegij defenſor vigilantiſſimus ſemper extitit. Die tandem quarta Aprilis 1623. hora decima quinta cum dimidia, diù peregrinatus reliquit ſarcinam. Mors ipſius Romanæ Aulæ acerba, ſuis luctuoſa, bonis omnibus grauis extitit; at ſi corpus interijt, viuet ſpiritus, viuet glorioſa tanti hominis fa-
D ma: emicuit enim Ioannes Baptiſta Spada Iuriſconſultorum ſuę tempeſtatis Coriphæus, ad quem ferè cuncti litigijs vexati veluti ad oraculum properabant. Innumera apud Ioannem Baptiſtam Spadam nepotem, Purpuræq. decus (de quo infra) aſſeruantur patrui Reſponſa, ſanè digna, quòd prælo è tenebris eruantur, etſi nonnulla inter Conſilia Proſperi Farinacij impreſſa, qualis fuerit Spada, indicent, potiſſimùm, conſ. 111. 119. 124. 156. 197. 198. 203. 215. 229. Opuſculum quoque elaborauit *De authoritate Baronum*. A Farinacio pluriès *Doctor, & Aduocatus excellentiſſimus* nuncupatur: & conſ. 73. in princ. *excellentiſſimus D. Io. Bapt. Spada Fiſci, & ſacræ Aulæ digniſſimus Aduocatus.* A Flauio Cherubino in compendio Bullar. tom. 2. pag. 132. *Sed vt de iſtius Bullæ generali caſuum omnium comprehenſione ſis omnino certus, perlege, quæ aliàs ſuper hoc dubio conſultus excellen-*
E *tiſſimus D. Io. Bapt. Spada hac floridiſſima tempeſtate celeberrimus Iuriſconſultus Lucenſis, ſacræ Aulæ Conſiſtorialis, ac Fiſci, & Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Aduocatus eruditiſſimè ſcripſit, eiuſq. Conſilium Pauli V. teſtimonio pluriès laudabiliter comprobatum (vt genitor meus aſſeruit) ne tanti viri doctiſſimè ſcripta ſine luce iacerent in tenebris, in lucem libentèr protuliſſem, niſi in 3. vol. conſ. Farin. conſ. 229. pag. 145. impreſſum vidiſſem*. A Iulio Carthario genitore meo in diſput. de immunit. Eccleſ. num. 148. *Ioannes Baptiſta Spada Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ, nec non Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus in Vrbe celeberrimus, & integerrimus*. Ab Hippolyto Marraccio in dedicatoria præfixa operi, cui titulus, Mariale S. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani, *Ioanni Baptiſtæ Patruo tuo, viro illo mortuo,*

& iuris vtriuſque anima, integritate, prudentia, ſapientia viris omnino eximijs comparando. A Iacobo Cohellio Conciue meo in Notitia Cardinalat. cap. 15. Congreg. 13. *Ioannes Baptiſta Spada &c. illius olim Ioannis Baptiſta Spada in Romana Curia extra omnem aleam primarij, & eiuſdem Conſiſtorij Aduocati nepos.* Et iterum in Commentar. Bullæ Boni Regim. cap. 13. nu. 10. Ab integerrimo Sidoniorum Epiſcopo Scannarolo in tract. de viſitat. carcerator. pag. 102. *Io. Bapt. Spada ſenior iuſtè promeruit nomen clariſſimi luminis, quo Fiſci Patronus decoratur a Iuſtiniano Imperatore l. reſtituenda, C. de Aduoc. diuerſ. iudic. cum ad Iuriſprudentiæ apicem euectus ſingula Romanæ Togæ ſubſellia ſuo fulgore illuſtrauerit.* Demum a cordatiſſimo Pontifice Innocentio X. tale promeruit encomium (Rubeo, ac me teſtibus auritis) *quòd ſi Collegium Aduocatorum Conſiſtorialium Statuam Ioanni Baptiſtæ Spadæ erigeret, nil adhuc, attento ſuorum pondere meritorum, perageret.* A

Ipſius cadauer tumulatum quieſcit in ſacra Deiparæ de Populo Æde, hac epigraphe marmori commiſſa, pictaq. ſuperimpoſita ad viuum effigie. B

D. O. M.
IOANNES BAPTISTA SPADA PATRICIVS LVCENSIS
CONSISTORIALIS AVLÆ ET FISCI ET CAMERÆ APOSTOLICÆ
ADVOCATVS DECANVS
HIC SITVS EST.
PATROCINANDIS ALIORVM CAVSIS CERTATIM ADHIBITVS
SVAM APVD DEVM CAVSAM NON PRODIDIT.
A TRIBVS SVMMIS PONTIFICIBVS
ARDVIS QVIBVSCVMQVE NEGOCIIS IMPOSITVS
IVRA SEDI APOSTOLICÆ ASSERERE C
NON SIBI HONORES INDE AVCVPARI
PRIVATIM STVDVIT.
HONORVM MERITO CONTENTVS
MINORE INVIDIA
NON MINORE FAMA VIXIT.
SEPVLCHRVM VERO SIBI VIVENS CONDIDIT
VT HVNC MORTIS MONITOREM CONSVLERET
DVM ALIIS CONSVLVIT.
OBIIT ANNO DOM. MDCXXIII.
ÆTATIS SVÆ LXVIII.

D

Familia de Spadis in Lucana Ciuitate peruetuſta nobilitate efflореſcit: ex libris enim Reipublicæ Lucenſis, in quibus a tempore recuperatæ Libertatis, ab anno ſcilicet 1369. Vexilliferi, & Antiani illius Reipublicæ deſcribuntur, liquidò conſtat; quinimò Mingus Spada, pater Ioannini primi Antiani (de quo in dictis libris) tranſmiſſus fuit Orator ad Carolum IV. Imperatorem, pro indicata Libertate obtinenda. Interamne quoque, ac Briſichellæ viget: illinc Comites Spadij prodiere, bellica virtute ſtrenui; hinc viri ſacra Toga eximij: omnium Anteſignanus Bernardinus Spada, vtriuſque Signaturæ primùm Referendarius, deinceps Apoſtolicæ Cameræ Clericus, Archiepiſcopus mox Damiatenſis, & apud Ludouicum XIII. Galliarum Regem Apoſtolicus Nuncius, anno demũ 1626. die 19. Ianuarij ab Vrbano VIII. in ampliſſimum Cardinalium Ordinem cooptatus; viuit E
adhuc, & vtinam diù viuat vir tantus, communi bono, eruditorumq. præſidio natus. Virgilius Spada, ipſius Cardinalis germanus frater, miram pietatem, & in rebus agendis prudentiam præſeferens, in Pontificia Innocentij X. Aula Cubicularius ſecretus, & maior Eleemoſynarius. Sigiſmundus Spada eiuſdem Cardinalis ex fratre nepos, vtriuſque Signaturæ Referendarius, ſacræ Conſultæ Prælatus, & Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, morum candore, vitæq. integritate præſtans: Familia hæc, Marchionatus titulo decorata, inter Domicellas Vrbeuetanas emicat, Caſtrorum Viſcardi, & Viceni domina. Bononiæ

quoque

Digitized by Google

A quoque, & Florentiolæ Placentinæ Diæceſis hæc floruit gens: ex illa editus eſt Laurentius Epiſcopus Caluenſis, qui ſcripſit *Elucidationes in primam Sententiarum Scoti*. *Conſtitutiones quaſdam Ordinis Minorum Conuentualium*: ex hac prodijt Ioannes Baptiſta, vir eruditione eximius, cuius ingenium elaborauit *Salutationem Angelicam*. *Vitam Diui Raymundi de Peniaforti Ordinis Prædicatorum Generalis*. *Succiſiuarum horarum Centones*. *Idylia*, *Eclogas*, *Epithalamia*, *Carminaq. varia*, fœlici ſtilo euulgauit. Ar ſi plura de nobili Spada Familia requiras, perlege Abbatis Ferdinandi Vghelli vberem nuncupatoriam epiſtolam, quinto volumini Italiæ ſacræ præfixam.

B SERTORIVS THEOPHILVS Romanus. Bernardini Theophili I.C. Vrbinatis, Ciuiſq. Romani, & Margaritæ Monzæ, aliàs de Vincentia, filius. Anno 1591. Carolo Baldaſſino mortalitate exuto, Innocentij IX. liberalitate munifica inter ſui Conſiſtorij Defenſores Sertorius adſcriptus. *Dilecto filio* (in Motu proprio) *Sertorio Theophilo Romano Aduocato Conſiſtoriali familiari noſtro ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Literarum ſcientia, vita, ac morum honeſtas &c.* Lugente Ciuitate, extinctus eſt in Vrbe anno 1607. menſe Iulij, ipſiuſq. cadauer in Aracœlitano Templo reconditum, nouiſſimam expectat diem. Tres ad rem ibi leguntur ſepulchrales inſcriptiones. Prima, in qua picta quoque Sertorij effigies conſpicitur.

C D. O. M.
SERTORIVS THEOPHILVS ROMANVS
CONSISTORIALIS ADVOCATVS
LOCVM IN QVO MAIORVM
ET QVATVOR INFANTIVM FILIORVM
ET PETRI DE VINCENTIA AVVNCVLI MAGNI
OSSA PRÆSEPVLTA IACENT
AMBITV AVCTIORE AMPLEXVS
VIVENS SIBI GONIVGI POSTERISQVE
PRO TVMVLO CONSTITVIT.

Altera.

D D. O. M.
SERTORIVS THEOPHILVS ROMANVS
CONSISTORIALIS ADVOCATVS
HORTENSIÆ CINQVINÆ
VT QVOS PATRIA AMOR CONIVGIVM
VNA VIVENTES CONIVXERINT
EOSDEM MORITVROS LOCVS CONSERVET VNVS
MONVMENTVM IMPARTIVIT.

Tertia.

D. O. M.
BERNARDINO THEOPHILO
I. C. CLARI NOMINIS VIRO
E MARGARITÆ MONZÆ EIVS CONIVGI
NEPTI AC FIDEICOMMISSARIÆ
PETRI DE VINCENTIA AVDITORIS CAMERÆ
AC IVLIO ET HORTENSIÆ
HORVM CONIVGVM FILIIS
FVLVIVS SERTORIVS ET FLAMINIVS
PARENTIBVS ET FRATRIBVS CVM LACHRYMIS POSVERE
ANNO MDLXXXIII.

ET

CCXIV.

HIC ET IACOBI MONZÆ
ET FVLVIÆ INGHERRAMIÆ A
EIVSDEM PETRI DE VINCENTIA NEPOTVM
OSSA REQVIESCVNT.

Orbi dedit Theophila Romana Familia Fuluium Theophilum, noſtri Sertorij germanum fratrem, Sixti V. beneficio anno 1587. Foroliuienſem Epiſcopum promulgatum. De ipſius gentis origine vide Vghellum in Italia ſacra tom. 2. pag. 480. & 629.

PAVLVS COPERCHIVS de Colle veteri in Sabinis. Tullij Coperchij ſtrenui militis, & Angelicæ, Laurentij de Marianis filius. Aduocati munus in Vrbe cum laude exercuit. B Cameræ deinde Apoſtolicæ Commiſſarius euaſit. Anno 1593. inter Pontificij Conſiſtorij Aduocatos adlectus, cum retentione Commiſſariatus Fiſci, Cameræque poſtmodum promulgatus. Denique, poſt multos ſumma cum laude exantlatos labores, fatum ineuitabile anno 1600. in Vrbe expertus eſt. In Eccleſia S. Saluatoris in vndis iacent ipſius oſſa, marmorea ſuperimpoſita tabula, characteribus hiſce loquentibus.

D. O. M.
PAVLI COPERCHI TVLLII FILII
DE COLLE VETERI IN SABINIS C
SACRAE CONSISTORIALIS AVLAE
FISCIQ. ADVOCATI
MONVMENTVM
BEATRIX ET DRVSILLA FILIAE
MOESTISS. PATRI OPT. POSS.
OBIIT DIE XXV. MENSIS FEBRVARII ANNO MDC.
VIXIT ANNOS XXXXXV. MENSES VIII. DIES XX. HORAS II.

D

Familia hæc in Druſilla Coperchia, Pauli filia abſoluta eſt: hæc Equiti Petro Cacciæ nuptui tradita, Aureliam Orbi peperit, Petro Franciſco de Rubeis viro eximio (de quo infra) matrimonio iunctam, fœcundæ prolis matrem. Ex eadem gente præter quamplurimos in vtroque Iure Conſultos, prodierunt Aurelius, & Proſper de Coperchijs, ille Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, iſte Vicarius Sabinenſis; vterque magna in exiſtimatione apud probos habitus.

THOMAS LAPIVS Florentinus. Anno 1595. menſe Maio inter Conſiſtoriales Aduocatos, Clementis Octaui liberalitate, primùm ſedit. E Pauperum iura in Vrbe fouit, pius, ac vigilans ipſorum Aduocatus. Vtriuſque Signaturæ Referendarius, & Auditoris Cameræ in ciuilibus Locumtenens, cum retentione vtriuſque Aduocationis, ius dixit. Meritis onuſtus, ad Fanenſem Eccleſiam, Clemente ipſo regnante, anno 1603. euectus. Anno demum 1622. reddidit quæ ſunt Cœli, Cœlo, & quæ ſunt terræ, terræ. Erudito calamo ab Vghello in hæc verba laudatur. *Thomas Lapius Florentinus honeſta Familia ortus, variè magis literatus, quàm ſtructioribus muſis cultus. Hippolyto Cardinali Aldobrandino, qui poſtea Apoſto-*

licam

A *licam euectus ad Sedem Clemens Octauus dictus eſt, in intimis familiaribus fuit, eiuſdemq. Pontificis intimus Cubicularius, Aulaq. negotij egregiè exercitus, ab eo demum Fanenſis Pontifex declaratus eſt anno 1603. die 20. menſis Aprilis: deinde cum ad Hiſpaniarum Regem Nuncius deſignatus fuiſſet, mortuo Pontifice, ea cura, maioriſq. ſpe Dignitatis ſolutus, ad Eccleſiam ſuam redijt, eamq. integerrimè per decem, & nouem ipſos annos adminiſtrauit, atque è viuis exemptus anno 1622. ſepultus eſt in Cathedrali in Sanctiſſimi Sacramenti Sacello in pauimento, vbi eius gentilitia ſtemmata hac ſacra Scriptura verba exornant.*

Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Parieti verò huiuſmodi elogium marmori inciſum legendum perſpicitur.

D. O. M.

B THOMAE LAPIO FLORENTINO
EPISCOPO FANENSI
OB LITERARVM FIDEI ET INTEGRITATIS
EXPERTAM PRAESTANTIAM
CLEMENTI VIII OPTIME CHARO
ET IN EIVS LEGATIONE POLONICA
AD NEGOCIA ADHIBITO
EIVSDEMQ. INTIMO CVBICVLARIO
ROMAE PAVPERVM
C ET CONSISTORIALIS AVLAE ADVOCATO
AVDITORIS CAMERAE APOST. AD CIVILIA LOCVMTENENTI
ET PERPETVO VICEAVDITORI
AD HISPANIARVM REGEM NVNTIO APOSTOLICO DESIGNATO
ET IN ECCLESIA FANENSI ANNOS XIX. MENSES DVOS
VIRTVTVM PROMOTORI EGENORVM PATRI PASTORI OPTIMO
SEXTO NON. IVNII MDCXXII. ANNO AETATIS SVAE LXVI.
DIEM FVNCTO
HIERONYMVS ET FRATRES LAPII
PATRVO AMANTISSIMO PP.

D

LÆLIVS BISCIA Romanus. Bernardini Conſiſtorialis Aduocati filius. Inter eoſdem Aduocatos ab anno 1598. admiſſus. Ad maiora deinceps anhelans, inter Apoſtolicæ Cameræ Clericos cooptatus, eorundem Decanus euaſit. Hinc ad Vaticanum Purpuratorum Patrum Senatum Vrbani VIII. munificentia die 19. Ianuarij 1626. conſcendit. Cunctis in Magiſtratibus mirum in rebus agendis dexteritatis, prudentiæ, integritatis, ac virtutis ſpecimen exhibuit, & ſingulorum animos morum comitate ſibi deuinxit. Refertiſſimam patris bibliothecam mirificè adauxit,
E Leone Allatio, viro noſtri æui eruditiſſimo, editiſq. libris celeberrimo, Præfecto. Vitam extendit ad annum vſque 1638. quo in Vrbe die 19. Nouembris hora 14. ex Orbe abijt. Laudatur a Victorello in opere Ciaconiano in vita Pauli V. *Ad curandam autem Annona vbertatem, & ad alia nonnulla Paulus diligenti, & prudenti Lelij Biſcia tum Apoſtolica Camera Clerici, nunc Vrbani VIII. beneficio S.R.E. Cardinalis opera vtebatur.* A Leone Allatio in animaduerſion. in antiquitat. Etruſc. pag. 179. *Ex inſtructiſſima plurimis, & grauiſſimis libris bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Biſcia literatorum verè Mœcenatis.* Ab Vghello in Italia ſacra de Nepeſinis Epiſcopis. *Hoc Caſtrum* (Mazzanum

za num in Nepeſino Territorio) *hodie eodem nomine inſignitum, beneficario iure ab Apoſtoli-*
ca Camera conceſſum fuit Franciſco Biſciæ nobili Romano, Lælij Biſciæ olim Cardinalis fratri. A
Hic ego, ne ingrati animi labem ſuſcipiam, ſilentio præterire neu poſſum, quantis beneficijs hu-
maniſſimo Cardinali obſtrictus ſim, cum ille non modò ad hoc opus proſequendum verbis incen-
derit, verùm pulcherrima antiquitatis monumenta liberalitèr impertierit. A Melchiore In-
chofer in epiſtola ad Leonem Allatium. *Ea eſt Cardinalis tui Biſciæ, viri, vt fama loquitur,*
cum manſuetioribus literis omni ſcientiarum genere excultiſſimi, cui ſi cætera defuiſſent (nihil
tamen ad ſummam laudem, & meritum defuit vnquam) vel literæ ſolæ purpuram conciliaſſent;
vt modò neſcias, an purpura illi plus ſplendoris, an ille purpuræ plus dignitatis contulerit. Sed
quod omnes, præſertim docti, plurimi faciant, aiunt eum eſſe humaniſſimum, & literatorum
amantiſſimum, maximè liberalem, denique ſingularem hoc tempore Mœcenatem, ad ingenia,
& literas promouendas natum; cuius & familia ex doctis cenſeatur, & domus penè in Lyceum
euaſerit omnium cupientium eius bibliotheca commoditate frui, idq. tam facili acceſſu, vt vltro
ab humaniſſimo Cardinali inuitentur, cui nihil accidere gratius queat, quàm vt omnibus proſit, B
in omnes tantæ benignitatis fontes effluere, tam magnificas vna, ac munificas in libros expen-
ſas aliorum vtilitati erogare: quem denique ſi hodie Æneas Siluius viuat, vel citra purpuram
Alphonſo Neapolitano æquet. De ipſo meminit Andreas Argolus Medicus, Philoſophus,
ac Mathematicus celeberrimus, in ſuo tract. de diebus criticis, & de ægrorum decubitu.
Scripſeram (ait) *Patrono Eminentiſſimo directionem aſcendentis ad corpus Saturni infauſtam;*
quàmuis poſſe Regulum, *ad quem Sol dirigebatur, Saturni frigiditatem infringere nō negarem,*
ille tamen ſe in regula potius, quam vocant diætam, quàm in Regulo ſpem ponere reſpondit. At
Lælij geſta pleniori calamo Leo Allatius recenſuit in opuſculo, cui titulum præfixit, *Ro-*
manæ Ædificationes curatæ a Lælio Biſcia ex Clerico Camerali S. R. E. Cardinali. Eruditus
Iacobus Philippus Tomaſinus elogium tanto viro dignum, fœlici ſtilo, moreq. ſuo, exa-
rauit, & euulgauit, effigie ſuperaddita. Ioannes Baptiſta Carolus Italico vincto ſermone
ipſum commendauit. Bartholomæus Tortolettus eleganti latino carmine Lælij Cardi- C
nalis obitum proſequutus fuit: ipſos cupidus perlegat.

HIERONYMVS DE RVBEIS Romanus. Ab anno 1601. inter Con-
ſiſtoriales Aduocatos deſcriptus mihi obuius; etſi aliquis aſſerat, an-
no 1598. vnà cum duobus alijs Conſiſtorialibus Aduocatis Roma-
nam Curiam ad Vrbem Ferrariæ tranſlatam inſequutum fuiſſe. Se-
natus, Populiq. Romani in Vrbe Aduocatus inſtitutus. Beatæ Fran-
ciſcæ Romanæ præclara facinora in publico Conſiſtorio, in Aula Re-
gia die 6. Maij 1608. ad hoc conuocato, recenſuit, & pro illa fideliũ D
votis ad Aras ſupplicanda, orationem habuit, præſentibus Vrbis Conſeruatoribus, in
ſolij gradibus. Bis Romani Gymnaſij Rector deputatus. Extra Tuſculanæ Ciuitatis
mœnia in Virginis Deiparæ honorem Templum non inelegantèr extruxit: en literati
marmoris tenor, Hieronymi pietatem indicans.

HIERONIMO DE RVBEIS ROMANO
SACRI CONSISTORII ADVOCATO
OB SINGVLAREM
IN DEIPARAM VIRGINEM
AFFECTVM E
TEMPLI HVIVS EXTRVCTORI
AC MVLTIPLICEM
IN CLERICOS REGVLARES BENEFICENTIAM
NOTISSIMO
MARIVS DE RVBEIS FRATRI OPTIMO POSVIT.
ANNO MDCXVI.

Anno

A Anno 1616. recurrente; menſeq. Aprilis mortalia deſeruit.
Proſapia de Rubeis in quamplurimas Italiæ partes propagata; vbique fœcundiſſima,
viros peperit tum literis, tum armis mirificè decoratos. Armatos reticeo, togatos, lite-
ratos indico. Inter cæteros præfulſere Aloyſius de Rubeis Florentinus, Prothonotarius
Apoſtolicus, a Leone X. anno 1517. inter ſacros Purpuratos adlectus. Hippolytus Par-
menſis, Apoſtolicus Prothonotarius, Ticini Epiſcopus, anno 1585. S. R. E. Cardinalis
renunciatus: hic *Antenatorum ſuorum Vitas* conſcripſit. Petrus, anno 1253. Ciuitatis
Caſtellanæ Epiſcopus pronunciatus. Vgolinus Parmenſis, anno 1323. Parmenſis gre-
gis Paſtor dictus. Bernardus Parmenſis, anno 1458. Cremonenſis Epiſcopus, deinde
Nouarienſis vulgatus. Bernardus alter Parmenſis, anno 1499. Taruiſij Antiſtes renun-
ciatus, Bellunenſi prius Eccleſia inſignitus, nec non Bononiæ, ac Romandiolæ Guberna-
tor. Gerardus Amerinus, anno 1363. eiuſdem Ciuitatis Præſul electus. Daniel de Bu-
B rano Caprulenſis Epiſcopus in Veneta Ditione, cui ſucceſſit Sebaſtianus Rubeus de Bu-
rano, qui fato functus eſt anno 1542. Iacobus Parmenſis, a Veronenſi Sede ad Lunenſem,
& Sarzanenſem anno 1406. tranſlatus, hinc ad Neapolitanum Archiepiſcopatum. Io-
annes Hieronymus Parmenſis, Apoſtolicæ Cameræ Clericus, deinde anno 1530. Pa-
pienſis Epiſcopus pronunciatus, Romæ mox Gubernator dictus: *Dubia centum Theolo-
gica. Poemata quamplurima. Libellum de antiquis vſibus, & hoc tempore frequentatis*, con-
ſcripſit: *Vitaſq. nonnullorum Virorum illuſtrium* in compendium redegit. Gelaſius Inte-
ramnenſis, anno 1554. Aſſiſienſis Epiſcopus promulgatus. Angelus Interamnenſis, an-
no . . . . Aliffanus Antiſtes dictus. Iulius Epiſcopus S. Leonis, qui ſacro Concilio
Tridentino interfuit. Ioſeph è Caſtello Paganico Aquilanæ Diæceſis, Vgentinus pri-
mùm, mox Aquilanus Epiſcopus, demum ad Acheruntinum, & Materanenſem Archie-
C piſcopatum tranſlatus, annoq. 1610. fato functus. Alexander ex Oppido Iſchiæ in La-
tio, anno 1611. Caſtrenſi Epiſcopatu, deinde anno 1615. Parmenſi inſignitus Eccleſia.
Conſtantinus Epiſcopus Veglenſis, Theologus, & Diuini verbi Declamator illuſtris: ſcri-
pſit ſoluta, pedeſtriq. oratione. *La Viola, per S. Carlo Borromeo. La Catena d'oro, per
l'vnione della Città di Genoua. La Roſa, per la diuotione del SS. Roſario. Il Firmamento,
per S. Fermina Vergine, e Martire. La vita del Beato Girolamo Miani nobile Veneto Fonda-
tore della ſua Religione. Vn volume di Poeſie latine*. Paulus inter cauſarum ſacri Palatij
Auditores cooptatus. Ioannes Baptiſta Romanus, anno 1556. inter eoſdem ſacræ Ro-
manæ Rotæ Auditores adſcriptus, ipſorum poſtmodum Decanus, Peruſiæq. ac Vmbriæ
Moderator. Vgolinus, circa annum 1300. Senator Vrbis. Floruere Vincentius Rubeus
Patauinus I. C. celeberrimus, in patria Vniuerſitate publicè profeſſus, cuius præconia
recenſentur a Mantua de viris illuſtrib. pag. 58. Scipio de Rubeis Florentinus, qui pro-
D mulgauit *Aphoriſmos Epiſcopales ex Doctorum ſententijs collectos*; ſub nomine Petri de Ru-
beis edidit *Ad Miſſalis Romani Rubricam, de occurrentibus in Miſſarum celebratione defe-
ctibus &c.* Blaſius Rubeus, qui conſcripſit *Geſta Epiſcoporum Cremonenſium*. Carolus Ru-
beus *De Epiſcopis Lingonenſibus*. Claudius Rubeus *Hiſtoriam Lugdunenſem*. Hieronymus
Rubeus *De Archiepiſcopis Rauennatenſibus*. Hieronymus Rubeus (an idem, ignoro) Ra-
uennas, qui edidit *Annotationes in octo libros Auly Cornely Celſi de re medica. De Deſtilla-
tione. De Melonibus.* Io Baptiſta Rubeus Ianuenſis *Rationale Diuinorum Officiorum Com-
mentaria in Pſalterium Romanum*. Ioannes Antonius Rubeus Alexandrinus *De Defen-
ſoris, & Procuratoris poteſtate in cauſis criminalibus. De querela inofficioſi teſtamenti, & his,
qui ad partem non admittuntur, an, & quando partem faciant in computatione legitima. Con-
E ſilia. Commentaria in aliquot Titulos Digeſtorum*. Ioannes Rubeus *Hiſtoriam mortis Vr-
bani VII. Pontificis Maximi*. Felicianus de Rubeis de Canino, qui *Additionibus Commen-
taria Petri de Vbaldis in titulum de Collectis*, locupletauit. Petrus de Rubeis Senenſis
Theologus, ac Philoſophus non obſcuri nominis *Annotationes in libros Logicæ, ac Philoſo-
phiæ Ariſtotelis. In Magiſtrum ſententiarum ſuper libros D. Auguſtini de Ciuitate Dei*. Fla-
minius de Rubeis Vtinenſis *De adulterys*. Pius de Rubeis Placentinus, vir eruditiſſimus,
qui opus elaboratum a Lupo de Olmeto Monacho Familiæ S. Hieronymi, cui titulus
Flores S. Hieronymi, Additamentis innumeris adauxit: quiq. *Apologiam eiuſdem operis. Vi-
tam ipſius Lupi. Commentaria. Chronologiam. & Controuerſias circa geſta S. Hieronymi*.

Myſticum Salem. Politicam Comitialem. Conuiuium morale conſcripſit, Octauius de Ru-
beis Brixianus, qui lucubrauit *Le Memorie Breſciane. Gli Elogy hiſtorici de' Breſciani il-* A
*luſtri. Vita di S. Giulia Vergine, e Martire. Vita di SS. Fauſtino, e Giouita. della Santiſ-
ſima Croce di Breſcia. Vn volume di Rime liriche. Lettere diuerſe, & Orationi. Le glorie
de' Franceſi. Le Hiſtorie Breſciano diuiſe in XXXVII. libri. Il Tempio de' Santi Breſciani.
Le Medaglie antiche. I fatti illuſtri antichi della Città di Breſcia. Vita di fra Matthia Be-
lintano Capuccino*, Ciccus de Rubeis Foroliuienſis inſignis Poeta. Flaminius Rubeus
Theatrum Nobilitatis Italiæ. Federicus Rubeus *Elogia Virorum illuſtrium Familiæ Rubeæ*.
Franciſcus Rubeus de Pignano Picenus, author *Commentariorum in primum Sententiarum
Scoti*, Leonardus de Rubeis Campanus, qui elaborauit *In Cantica Canticorum, In libros
quatuor Magiſtri Sententiarum Commentaria. Summam Theologiæ moralis. Tractatum de
modo extinguendi ſchiſmatis Pontificij*. Leo Rubeus Mediolanenſis, qui edidit *Repreſen-
tationem ſacram Reginæ Eſther*, Theodoſius de Rubeis Priuernas, qui præter *Horarium,
aliaq. Opuſcula*, edidit *Singularia ex ſacra Romanæ Rotæ Deciſionibus ſelecta*, duobus volu- B
minibus compreheuſa; dumq. alia legalia opera euulganda aſſiduo labore moliebatur,
humana deſeruit. Viuit Paulus eius filius I. C. Romano in Foro apprimè notus, qui
Romanæ Rotæ Deciſiones (vt ita dicam) innumeras, ad hæc ferè vſque tempora conge-
ſtas, maximo labore, impenſaq. collegit, ſummarijs, indicibuſq. locupletauit, ac in plura
diſtributas volumina, prælo vulgauit: legale aggreſſus eſt opus, cuius volumen primum
circa materiam teſtamentariam nuperrimè typis editum, Authoris virtutem conteſtatur
per Orbem; præfixum habet titulum *Reſolutiones centum practicabiles*. Ioannes Maria de
Rubeis Romanus, qui ſcripſit *Compendio delle attioni, e vita di Marcello Cardinal Lante
Romano*; cuius geſta vberiori calamo molitur. Reliqua de Rubea illuſtri gente Sanſoui-
nus de Familijs Italiæ a pag. 67. vſque ad 85. & Io. Petrus Creſcentius de nobilit. Ital.
par. 1. a pag. 31. vſque ad 147. & par. 2. a pag. 510. vſque ad 513. tibi enarrabunt. C

IVLIVS BENIGNVS Romanus. In Romano Areopago primarius
Iuris Profeſſor eo tempore florebat, quo Clemens VIII. in locum
Cini Campani Pontificalis Conſiſtorij Aduocati in Vrbe defuncti,
ſubrogauit anno 1597. *Volentes* (verba Pontificis) *dilectum filium Iu-
lium Benignum Presbyterum Romanum I. V. D. & legum in Gymnaſio
Vrbis Profeſſorem, apud Nos de literarum ſcientia, vita, ac morum hone-
ſtate, alijſq. probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum,
eorum intuitu fauore proſequi gratioſe &c.* Conſiſtorialis Aduocatus
adhuc Iura frequentiſſimo auditorum concurſu, magnaq. ſui nominis fama publicè edo- D
cuit. Anno 1603. ipſius Clementis oraculo pauperum Aduocatus, in locum Thomæ
Lapij, Pontificio diplomate promulgatus, in quo verba hæc Iulium commendantia.
*Volentes dilectum filium Iulium Benignum Presbyterum Romanum, in Aula noſtra Conſiſto-
riali Aduocatum, familiarem continuum commenſalem noſtrum, I. V. D. in almæ Vrbis Gym-
naſio legum Profeſſorem, qui, vt accepimus, aliquot annos iam dictum Officium* (Aduocati pau-
perum) *in locum, & vice dicti Thomæ Epiſcopi exercendo, ſe laudabiliter geſſit, & de cuius fi-
de, prudentia, & integritate Nobis notis plurimùm in Domino confidimus, fauore proſequi gra-
tioſe &c.* Pontifex idem facultatem interponendi decreta ipſi Iulio pauperum Aduocato
literis mox inſerendis attribuit. *Clemens Papa Octauus. Dilecto filio Iulio Benigno, Aulæ
noſtræ Conſiſtorialis, & pauperum Aduocato &c. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictio-
nem. Cum ratione muneris Aduocati pauperum, quod geris, aut aliàs pro terminandis, & ſeu* E
*componendis multis cauſis, & differentijs pauperum, ſeu aduenarum, quæ coram te deducuntur,
ſæpe oporteat mulieres, & minores obligari, pro quarum, & quorum commodo, & minori diſpen-
dio valdè expediret, vt in decreta abſque alterius iudicis miniſterio per te ipſum interponere pro
validitate contractuum valeres. Nos eorundem pauperum, & aduenarum indemnitati conſule-
re, ac te ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, ex certa noſtra ſcientia, & matura
deliberatione, deq. Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tibi auctoritatem, & poteſtatem interponen-
di decreta in quibuſcumque mulierum, & minorum obligationibus, non ſolùm in ſupradictis*

cauſis

A *cauſis coram te vertentibus, verùm etiam in cæteris alijs quibuſcumque, æquè ac alij quicumque*
Iudices ad hoc nominatìm auctoritatem, & poteſtatem habentes, & in omnibus ad illorum in-
ſtar Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & impartimur, ac decreta per te in-
terponenda huiuſmodi; & illorum vigore celebrandos contractus quoſcumque plenam, & ean-
dem prorſus roboris firmitatem obtinere, quam obtinerent, ſi in huiuſmodi obligationibus de-
creta per Iudices ad hoc nominatìm auctoritatem habentes interpoſita fuiſſent, ſicq. & non alitèr
per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores
iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis
auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus noſtra
Motus proprij Cedula ſub data Idibus Octobris Pontificatus noſtri anno nono edita, per quam
Decreta Conſeruatorum Vrbis reuocatoria deputationum quorumcumque Iudicum ad huiuſmodi
Decreta interponenda factarum, præterquam Senatoris, Collateralium, Iudicis maleficiorum,
B *Capitanei appellationum Vrbis, Aduocati, & Procuratoris Populi Romani confirmauimus,*
ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac almæ Vrbis, etiam iuramento, confirma-
tione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq. contra-
rijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 19. Ianuarij
1604. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Marcellus Veſtrius Barbianus.

Succeſſoribus pauperum Aduocatis facultatem eandem literis non abſimilibus Romani
Pontifices impertiti ſunt. Die 16. Ianuarij 1610. in publico Conſiſtorio, in quo Franciſ-
cus Cardinalis Rochefoucaldus ſacro fuit oſtro inſignitus, de more Benignus perorauit;
iterumq. die 12. Nouembris 1616. qua Franciſcus Vendraminus Cardinalitias Infulas a
Pontifice recepit. Inter Prælatos Congregationis Boni Regiminis, & leuaminum ſedit.
C Romani Studij Rectoratum ſemel geſſit. Congregationis ſacrorum Rituum Secretarius
vixit. Ioanne Baptiſta Spada Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium Decano anno
1623. morte ſublato, Decanatum optauit. Eodem recurrente anno promulgatus Ar-
chiepiſcopus Theſſalonicenſis cum retentione vtriuſque Aduocationis, Decanatum verò
tanquam Prælatus dimiſit. Hinc occaſione exorta, Aduocati die 15. Maij 1623. in vnum
congregati, re prius inter ipſos diligentèr perpenſa, matureq. diſcuſſa, præhabitis om-
nium votis, vnanimi conſenſu, concorditèr, ac nemine penitus diſcrepante, hoc in per-
petuum valituro decreto declararunt, & decreuerunt. *Quòd Prælatura, & Dignitas ec-*
cleſiaſtica ſunt omnino incompatibiles cum Decanatu eorum Collegij, & quòd Decanatus prædi-
ctus tam in præſens, quàm perpetuis futuris temporibus, quotieſcumque per ceſſum, vel deceſſum,
vel alio quouis modo vacare contigerit, non poſſit, nec valeat aliquo titulo, prætextu, cauſa, in-
genio, & colore prætendi, peti, conſequi, optari, impetrari, obtineri, exerceri, & retineri a Præ-
D *latis, & in Dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, qui ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indulto, gratia, & diſ-*
penſatione obtinent, vel detinent Aduocationem Conſiſtorialem, & in Collegio Aduocati locum
tenent. Anno autem 1643. die 5. Ianuarij (eò quia quatuor ex ſenioribus Aduocatis Præ-
latura decorati exiſtebant, & forſan alter decorandus erat) ijdem Aduocati collegialitèr
congregati decreuerunt. *Quòd in officium Decanatus, quod hactenus D. Petrus Franciſcus*
de Rubeis exercuit, & per ipſius aſſumptionem ad Prælaturam mox vacaturum eſt, D. Franciſ-
cus Cultellus antiquior ex ſeptem numerarijs Aduocatis Conſiſtorialibus, qui Prælatura carent,
ſubingrediatur, cum omnibus oneribus, & honoribus ſolitis, & conſuetis, declarando tamen, quòd
ſi vllo vnquam tempore contigerit, quòd omnes ſeptem Aduocati numerarij, & ſeniores ſint Præ-
laturæ prærogatiua inſigniti, adeout nullus ex illis ſeptem ſuperſit, qui Prælatura careat, tunc,
& eo caſu Decani vices, & munia ſuſtineat Prælatus ille ex ſeptem prædictis, qui in tempore
E *admiſſionis in Collegio antiquior erit, non obſtante Prælatura, & alio quocumque impedimento,*
donec tamen, & quouſque aliquis non Prælatus in numerum numerariorum ſeptem ingrediatur,
aut ſubrogetur, itaut nullus ex quinque iunioribus ſupernumerarijs nullo vnquam tempore poſſit
ad Decanatus officium aſpirare, & ſubeunte aliquo ex ſenioribus ſeptem non Prælato, nullus ex
Prælatis idem Decanatus Officium nec quoad titulum, nec quoad exercitium conſequi, & tenere
poſſit; ac ita conſenſerunt, & reſpectiuè declararunt, non ſolùm præmiſſo, ſed & omni meliori
modo &c. Gregorij verò XV. erga Iulium munificentia elicitur ex tenoris ſequentis
enunciatiua. *Cum nuper dilectum filium Iulium Benignum Presbyterum Romanum I.V.D.*

Digitized by Google

& Aduocatorum Aulæ Conſiſtorialis Decanum ob ſuorum exigentiã meritorum Nobis acceptum A
EccleſiæTheſſalonicenſi in partibus infidelium conſiſtenti certo modo Paſtoris ſolatio deſtituta,in
Archiepiſcopum,& Paſtorem præfecerimus, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ illi in
ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, nec non quòd ad dictam Eccleſiam, quamdiù ab infidelibus occuparetur, accedere, & apud illam perſonalitèr reſidere minimè teneretur,
conceſſerimus, & inſuper cum eodem Iulio, vt decentius ſtatum ſuum iuxta Pontificialis Dignitatis exigentiam tenere valeret &c. quòd vnà cum dicta Eccleſia Theſſalonicenſi, quamdiu illi
præeſſet, Aduocationis Aulæ Conſiſtorialis, & pauperum Officia,ac Decanatum eorundẽ Aduocatorum (Decanatum ſtatim renunciauit, vt dixi) *nec non ſtipendium annuum,quod ex gabella Study, eiuſq. redditibus Romani Gymnaſii Profeſſoribus quotannis applicatis, eius vita*
durante percipi, & percipere poſſet in futurum. quoad viueret,retinere poſſet, diſpenſauerimus.
At Benignus die 26. Auguſti 1625. in manibus Vrbani VIII. præſentibus Datario, Breuiumq. Secretario, per acta Cennij Apoſtolicæ Cameræ Notarij vtraque munia Aduoca-
tionis Conſiſtorialis, & pauperum dimiſit. In bona verò ſenectute diem clauſit die prima B
Auguſti 1628. Tres marmoreæ tabulæ, prima in Deiparæ de Pace Templo in Sacello S. Ioannis Euangeliſtæ (quod habet Iconam celebri pennicillo Equitis Cæſaris Arpinatis efformatam) alteraque, & altera in Aula prope Sacrarium eiuſdem Eccleſiæ, Iulij pietatem, Chriſtianamq. Religionem indicant. Earum prima, cui marmorea Effigies ſuperimpoſita cernitur.

D. O. M.
IVLIVS BENIGNVS PROTHONOTARIVS APOSTOLICVS
SACRÆ CONSISTORIALIS AVLÆ ET PAVPERVM ADVOCATVS
INSTAVRATO C
S. IOANNIS EVANGELISTÆ TVTELARIS SVI
SACELLO
PERPETVOQ. CENSV
AD REM DIVINAM QVOTIDIE
SACRVM ANNIVERSARIVM QVOTANNIS
PRO ANIMÆ SVÆ SALVTE FACIENDVM
ATTRIBVTO
PARENTIBVS OPTIMIS SIBIQ. POSVIT.
ANNO SALVTIS CIϽIϽCXI. ÆTATIS SVÆ LXI.
OBIIT IPSE . . . . . .

Secunda. D

D. O. M.
ALEXANDRO TINOTIO
ACTILII F. I. C. ET EQVITI PIO
FIDE ET PROBITATE SINGVLARI
IVLIVS BENIGNVS TESTAMENTO HÆRES
GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVIT
CENSVMQ. PERPETVVM ATTRIBVIT
VT PRO AMICI ANIMA
TER IN S. IOANNIS EVANGELISTÆ SACELLO
QVOTHEBDOMADIS SACRIFICIVM FIAT.
OBIIT NON. SEPTEMBRIS ANNO DOM. MDCXIII. E
ÆTATIS SVÆ XXXIV.

Tertia.

MISSA DICENDA QVOTIDIE
AD ALTARE S. IOANNIS EVANGELISTÆ
PRÆMISSIS PRIVS
ALIQVOT ICTIBVS CAMPANÆ MAIORIS
IN HONOREM B. VIRGINIS ET SS. XII. APOSTOLORVM.

ITEM

Digitized by Google

CCXXI.

A ITEM ANNIVERSARIVM
QVOTANNIS DIE CELEBRANDVM
PRO SALVTE IVLII BENIGNI.
EX CONVENTIONE INITA
PER ACTA CATALANI NOTARII A. C.
DIE IX. NOV. CIƆIƆCXL.

Alia mihi occurrit inſcriptio, in ſacra SS. Laurentij, & Damaſi Æde collocata.

DOMINICO DE MARCHIS ROMANO
RARÆ OMNINO FIDEI
PROBITATIS ATQVE INDVSTRIÆ VIRO
B IMMATVRA MORTE PRÆREPTO
ANNO ÆTATIS XXXVIII.
SALVTIS MDCXL PRID. IDVS SEPTEMBRIS
IVLIVS BENIGNVS
EX TESTAMENTO HÆRES
ORNATO DICATOQ. SACELLO
CENSVQ. AD REM DIVINAM
TER QVOTHEBDOMADIS FACIENDAM
IVSSV TESTATORIS ATTRIBVTO
AMICVS VERO AMICO
QVEM VIVVM ET SALVVM VELLET
C POSVIT.

In quintum denique marmoreum incidi elogium, in Aracelitano Templo ſic proloquens.

GREGORIÆ LENTVLÆ
SVMMÆ NOBILITATIS ET VIRTVTIS FOEMINÆ
E DEPOSITI LOCO
POST MVLTOS ANNOS
IN FAMILIARE SEPVLCHRVM TRANSLATÆ
IVLIVS BENIGNVS
SACRI CONSISTORII ET PAVPERVM ADVOCATVS
D AVIÆ MERITISSIMÆ POSVIT.
ANNO SALVTIS MDCXVIII.

Flauius Cherubinus in compend. Bullar. tom. 1. Conſt. 39. Pauli III. ſchol. 1. ſic de Iulio loquutus fuit. *Anno 1613. proponente* (in Boni Regiminis Congregatione) *R.P.D. Iulio Benigno Romano, ſacræ Aulæ Conſiſtorialis, pauperumq. Aduocato, & in alma Vrbis Studio primario Iuris Interprete celeberrimo, & d. Congregationis Boni Regiminis Conſultore*. Ioannes Bapt. Confalonerius, in quibuſdam ſuis manuſcriptis memorabilibus, ſumma diligentia recollectis. *Il Signor Giulio Benigni leggeua in Sapienza l'Inſtituta molto elegantemente l'anno 1586. e con gran concorſo, come egli meritaua: hebbe poi la Lettura dell'ordinario,* E *l'Auuocatione Conciſtoriale, e fu fatto nell'vltimo Segretario della Congregatione de' Riti, & Arciueſcouo in partibus, & è morto con molta ſua lode*. Florauantes Martinellus eruditus, & aſſiduus noſtri ſæculi ſcriptor de Iulij pia munificentia verba fecit in Trophæo Crucis pag. 167.

Vixere Gregorius (alij Georgius) Benignus Siculus Syracuſanus (alij Raguſinus) anno 1507. Callienſis Epiſcopus pronunciatus, annoq. 1513. ex eadem Eccleſia ad Epiſcopatum Nazarenum translatus, qui edidit *Quæſtiones de Natura Angelica*. *De Dialectica*. *Vexillum Chriſtianæ victoriæ*. *De Aſſumptione B. Virginis Mariæ*. *Defenſionem pro Ioannis*

Reuc-

Digitized by Google

Reuecklini Dialogo. Nicolaus Tudertinus, anno 1627. Antiſtes Ciuitatis Ducalis dictus. Franciſcus Auenionenſis, cuius legitur Oratio funebris in obitu Ludouici de Borton Domini de Grillon habita, *Clypeus honoris* inſcripta. Dominicus, qui noſtro æuo floruit Poeta nominis non obſcuri, cuius extant euulgata ingenij monumenta *Ode per vn'Habito mandato in dono dalla Principeſſa di Venoſa al Sig. Principe Lodouiſio ſuo Spoſo*. *Canzone* (in nuptijs Barberinorum) *Dramma per Muſica* (in ijſdem nuptijs) Alia edenda latent in ſcrinijs. A

IOANNES BENINVS Florentinus. Aldobrandinam æquè, ac Ludouiſianam munificentiam expertus eſt, dum Clemente VIII. ſedente, & Gregorio XV. regnante, munia quampluri*m*a obiuit. Anno 1599. Conſiſtorialis Aduocatus creatus, Coronato Planca de Coronatis prædefuncto. Senatus, Populiq. Romani Aduocatus Nicolao Angelio ſubrogatus. Anno 1604. vtriuſque Signaturæ Referendarius, & Audiroris Cameræ in ciuilibus Locumtenens dictus, cum retentione vtriuſque Aduocationis. Præfectura Domus Cardinalis Aldobrandini anno 1605. cohoneſtatus, Auditoris Cameræ Locumtenentis munere dimiſſo. B In Signatura Iuſtitiæ Votans (vt communi vocabulo circumfertur) ſuffragia dedit. Gregorij deinde XV. liberalitate anno 1621. Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius promulgatus. Pontificij Palatij Præfectura anno 1622. auctus. Apoſtolicæ Cameræ Clericatu eodem anno inſignitus. Denique Vrbis Gubernio, Andrinopolitano Archiepiſcopatu, Marchiæ Anchonitanæ Moderatione, Romandiolæ Præſidis Dignitate auctus, & in arduis Apoſtolicæ Sedis negocijs adhibitus. Anno 1636. ætatis annorum circitèr 68. fato ceſſit in Vrbe, & in Diui Ioannis Nationis Florentinorum Eccleſia deinde tumulatus C fuit Beninus, qui ſe virum integerrimum, prudentem, virtutibuſq. ad admirationem vſque refertum ſemper præbuit; & inter Votantes quoque Signaturæ Gratiæ ſuffragia dedit. Malleolo, & celte literatus ſilex hæc loquitur.

D. O. M.
IOANNI BENINO PATRITIO FLORENTINO
ARCHIEP. ANDRINOP. CAM. APOST. CLERICO
QVI
PERMVLTIS CVRIALIBVS PALATINIS
ATQVE ECCLESIASTICIS OFFICIIS
SVMMA ANIMI AC INGENII VIRTVTE
OBITIS
TANDEM DE REBVS SVIS
PRVDENTER ET RELIGIOSE TESTATVS
NOMINIS FAMAM
INSIGNI PIETATIS GLORIA
EXTENDIT CVMVLAVITQVE
VIXIT ANN. LXVII. M. IV. D. V.
OBIIT IV. NONAS NOVEM. MDCXXXVI.
ARCHICONFR. MISERICORDIAE NATIONIS FLORENTINAE
HAERES EX TESTAMENTO P. C.

D E

Alterum vobis expono lapidem, in eadem S. Ioannis Eccleſia ſitum, ita proloquentem.

D. O. M.
RRO ALBERICO VRBEVETANO
PARENTI OPTIMO
GENERIS NOBILITATE CLARISSIMO.

OBIIT

CCXXIII.

A OBIIT XI. KAL. FEBR. ANNO SAL. MDCXXII.
ÆTATIS LXII.
IO. FRANCISCVS FILIVS
AVCTORE IOANNE BENINO
ARCHIEPISCOPO ANDRINOPOLITANO
GREGORII XV. SVPREMO OECONOMO
APOSTOLICAE CAMERAE CLERICO
EIVS TVTORE
PONENDVM CVRAVIT.

IVLIVS PHEVS Hortanus, Ciuiſq. Romanus. Ab anno 1603. inter
B Conſiſtoriales Aduocatos ſediſſe mihi conſtat, etſi anteactis annis (forſan anno 1600.) inter eoſdem (vice Rutilij Alterij) cooptatus. Die 21. menſis Iulij 1605. in Conſiſtorio perorauit, in quo rubenti galero Scipio S. R. E. Card. Burgheſius condecoratus fuit. Legitur ipſius Reſponſum inter conſilia Farin. impreſſum conſ. 105. Anno 1611. die 9. Iulij humana, terrenaq. deſeruit.

LAVDIVIVS ZACHIAS Ianuenſis. Gaſparis Zachiæ, & Veronicæ de Nobilibus filius, Pauli Æmilij Cardinalis Zachiæ germanus frater. Apoſtolicæ Cameræ Commiſſariatus munus dum obibat (ſuf-
C fectus in locum Pauli Æmilij) a Clemente VIII. anno 1600. vice Pauli Coperchij inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos cooptatus. *Nos volentes* (in Motu proprio) *dilecto filio Laudiuio Zacchiæ ex nobilibus de Vectiano Clerico Lunen. Sarzanen. I. V. D. gratiam facere ſpecialẽ &c.* Anno 1605. Montisflaſconenſis, & Cornetanus Epiſcopus renunciatus. Ad Venetam deinde Rempublicam Apoſtolicus Nuncius tranſmiſſus. In Vrbe ab Vrbano Octauo Pontificius Protheſaurarius dictus. Pontificij Palatij Præfectura auctus. Denique die 19. Ianuarij 1626. ad ſacræ Purpuræ Dignitatem promotus. Vir ſanè, qui præter inſignem in vtraque Iuriſprudentia præſtantiam, & omnis politioris doctrinæ cognitionem, ſummam tenuit integritatem. Varijs in Congregationibus, ſummiſq. & intimis Apoſtolici Imperij arduis rebus conſilio promouendis vocatus, eam ſibi famam comparauit, vt omnium plauſu ſummo faſtigio dignus habitus fuerit: Verùm ineuitabile fatum Zachiam re-
D pentè anno 1637. die 30. Auguſti ſubripiens, edocuit, mortalium ſpem ictu oculi euaneſcere. Vghellus in Italia ſacra quæ ſequuntur exarauit. *Laudiuius Zachias germanus frater Card. S. Marcelli a Paulo Quinto in locum demortui fratris ſuffectus eſt anno 1605. die 17. menſis Auguſti, qui cum in Pontificijs negotijs, grauiſſimiſq. rebus parem attuliſſet dexteritatem, probitatemque, præcipuè autem in Veneta Legatione, ab Vrbano Octauo Magiſter Aulæ effectus eſt, nec multò poſt ſub titulo S. Sixti Cardinalis anno 1626. obijt Cardinalis Laudiuius magna, incredibiliq. Aulæ expectatione anno 1637. Filiam ex aſſe hæredem inſtituit, quam ante Clericatum ex legitimo, iuſtoq. ſuſtulerat matrimonio.* Adhuc ſuperſtes eſt Felix Laudiuij filia, matrona probitatis inſignis, & eccleſiaſticæ antiquitatis, nec non veterum Numiſmatum peritiſſima, Pauli Aemilij S. R. E. Cardinalis Rondanini Aſſiſienſis Antiſtitis integerrimi, & Natalis Rondanini, Pontificij ad Principes Breuium (SS. D. N. Alexandro VII. re-
E gnante) Secretarij, proliſq. multiplicis, armis, literiſq. addictæ fœlix verè mater.

Vixit Paulus Aemilius Zachias, Laudiuij germanus frater, vir eximius, purpuratiq. Vaticani Senatus decus, cuius præconia calamo non ignobili conſcribuntur a Victorello in addit. ad Ciaconium; & ab Vghello in Italia ſacra.

IOAN-

CCXXIV.

IOANNES BAPTISTA PAMPHILIVS Romanus. Ex Camillo Pam-
philio, & Maria de Bubalo Romanæ nobilitaris genitoribus natus. A
Patruum coluit Hieronymum Pamphilium, ſacræ Romanæ Rotæ
Decanum, Vaticanæ Purpuræ oſtro inſignitum, Pontificium in Vrbe
Vicarium, virumq. eloquentia, doctrina, ac pietate inſignem. No-
biliſſimæ indolis adoleſcens nobiliores hauſit in Patria diſciplinas.
Calcatum a ſuis Maioribus Virtutis iter aggreſſus, vtriuſque Iuris phi-
loſophiæ ſe rorum addidit. In Sapientiæ Theatro (die 25. Septem-
bris 1597.) laureatus inceſſit, vicario Diuinæ Sapientiæ ſceptro tandem Orbem mode-
raturus. Octaui Clementis Diplomate anno 1601. inter ſui Conſiſtorij Aduocatos lo-
co Lælij Biſciæ aſcitus, triennio inter eoſdem ſedit. Ipſius Pontificis munificentia, in
Magiſtratibus deligendis emunctæ naris Principis, Hieronymo Pamphilio murice ſacro
inſignito Romanæ Rotæ Auditor anno 1604. ſubrogatus, ſacræq. Pœnitentiariæ Cano-
niſta Conſultor promulgatus. A Petro Aldobrandino S. R. E. Cardinali Camerario, B
Romaniq. Gymnaſij Archicancellario Locumtenens eiuſdem Gymnaſij, vice Alexandri
Comitis Ludouiſij Archiepiſcopi Bononienſis, anno 1612. renunciatus. Apoſtolicus
Gregorij XV. Nuncius anno 1621. ad Parthenopæam Ciuitatem tranſmiſſus. Mox Vr-
banus Octauus ad ſublime Petri ſolium euectus, Franciſcum S. R. E. Cardinalem Barbe-
rinum ſuum de latere Legatum (cuius probitatem, cuius eruditionem vniuerſa doctorum
hominum Reſpublica, vniuerſus proborum Cœtus non ignorat) vt iacta inter Gallos, &
Hiſpanos diſſenſionum ſemina præfocaret, ad vtrumque Regem ablegauit: Purpurato
Pontificis Nepoti in altero, alteroq. Regno Pamphilius (Antiocheno Patriarchatu auctus)
Datarij munere perfunctus, nedum demandatam ſibi prouinciam adminiſtrando, ſed in
grauioribus Legationis euentibus conſilijs exhibitis, miræ integritatis, ingentis ingenij,
ſolidæq. prudentiæ experimentum dedit. Pontifici, Catholicoq. Regi Philippo Quarto C
charus, in Hiſpanijs Romanæ Sedis Nuncius (Barberino Legato ad Vrbem remeante)
moram traxit. Singularis peritia, inq. rebus peragendis præſtantia tantam Pamphiliano
nomini gloriam excitarunt, vt illi Purpuram promeruerint: hanc ſummus Antiſtes Vr-
banus die 30. Auguſti 1627. illi decreuit, in imo tamen pectoris (vt aiunt) ad annum vſ-
que 1629. reſeruauit, quo inter Purpuratos olim mente cooptatum S. R. E. Cardinalem
pronunciauit. Ad Vrbem reuerſus, in Quirinali Palatio die 6. Iulij 1630. ſe rubenti ga-
lero in publico Conſiſtorio inſignitum aſpexit. Ita ſublimiores Romanæ Aulæ gradus
greſſu fauſtiſſimo aſcendens, ſupremum quòd ſcanderet, mortales præſagiebant. Qua-
tuordecim annorum decurſu aſſiduè in Vrbe Orbis Regia verſatus: in ea Vrbe, in qua ſin-
gulorum ferè geſta ad trutinam reuocantur, eos tenuit mores Pamphilius, vt omnium ſibi
beneuolentiam conciliauerit. Generalis Inquiſitionis, ſacræ Tridentinæ Synodi, Ec- D
cleſiaſticæ Immunitatis, alijſq. Congregationibus adſcriptus, totus in ſtudijs fuit, & nun-
quam a laboribus auulſus. Quid plura? munia tam egregiè adminiſtrauit, vt ſublimiori
Sacerdotio dignus vnanimi ſuffragio ſit habitus. Fœliciſſimum vaticinauit euentum Auis
pacis prænuncia candida Columba (gentilitium Pamphiliorum ſtemma exornans) quæ
in inferiori Vaticanæ Baſilicæ porticu ante Vrbani obitum volitauit, cordatiſq. etiam in
admirationem conuerſis, etſi fugata, in eundem remeauit locum, & ſupra Templi ianuam
ſucceſſiuis quamplurimis menſibus ſibi ſedem conſtituit. Vaticinium ſors confirmauit,
dum Pamphilio Cardinali Conclaue ingreſſuro cellulam in ſuperiori Vaticanæ Baſilicæ
Paulina porticu ſchedula aſſignauit, in eodem vix loco, è quo Romani Pontifices gregi
ſibi credito ſolemnem benedictionem elargiuntur. Obierat die Veneris 29. menſis Iulij
1644. hora vndecima Pontifex memoriæ immortalis (cuius tamen virtus interire neſcit) E
Vrbanus Octauus: Felix Contelorius vir eruditus, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, Bre-
uiumq. ad Principes Secretarius tanti Pontificis geſta funebri Oratione celebrauerat: Sa-
crum Cardinalium Collegium nouendialia iuſta perſoluerat, Paracliti Spiritus gratiam
implorauerat, Iacobum Accariſium non obſcuri nominis Rhetorem, de maturanda Ro-
mani, ſummiq. Præſulis electione, perorantem audiuerat, quando die 9. menſis Auguſti
Vaticana Comitia purpurati Senatores, Romanæ Eccleſiæ Cardines ingreſſi ſunt. Duo
ſupra ſexaginta tunc in humanis agebant S. R. E. Cardinales: ex ijs quinque ad Vrbem

è Gallia

A è Gallia, Hiſpaniaq. non properarunt, nempe Gaſpar Borgia Hiſpanus, Franciſcus Ro-
chefouchaldus Gallus, Balthaſar de Sandoual Hiſpanus, Auguſtinus Spinula Ianuenſis,
& Iulius Mazzarinus Romanus. Septem, & quinquaginta Vaticanum ſunt ingreſſi Con-
claue, videlicet Marcellus Lantes Romanus Collegij Decanus, Petrus Paulus Creſcen-
tius Romanus, Franciſcus Cenninus Senenſis, Guido Bentiuolus Ferrarienſis (qui graui
correptus morbo, in eodem Vaticano Palatio die 7. Septembris mortalia deſeruit) Aloy-
ſius Capponius Florentinus, Iulius Roma Mediolanenſis, Alphonſus de la Cueua Hiſpa-
nus, Frater Antonius Barberinus Florentinus, Erneſtus Adalbertus ab Arrach Germa-
nus, Bernardinus Spada Brixiehellenſis, Federicus Cornelius Venetus, Iulius Sacchettus
Florentinus, Io. Dominicus Spinula Ianuenſis, Io. Baptiſta Pamphilius Romanus, Aegi-
dius Albornotius Hiſpanus, Alphonſus Ludouicus de Rechelìù Gallus, Cyriacus Roc-
cius Romanus, Io. Baptiſta Pallottus Picenus, Cæſar Montius Mediolanenſis, Franciſcus
B Maria Brancatius Neapolitanus, Alexander Bichius Senenſis, Vldericus Carpineus Vr-
binatenſis, Marcus Antonius Franciottus Lucenſis, Stephanus Duratius Ianuenſis, Fran-
ciſcus Maria Macchiauellus Florentinus, Aſcanius Philamarinus Neapolitanus, Marcus
Antonius Bragadinus Venetus, Petrus Donatus Cæſius Romanus, Hieronymus Veroſ-
pius Romanus, Frater Vincentius Maculanus de Florentiola, Franciſcus Perettus Ro-
manus, Ioannes Iacobus Panzirolus Romanus, Fauſtus Polus de Caſſia, Lælius Falcone-
rius Florentinus, Gaſpar Matthæius Romanus (qui morbo correptus, ab electione abfuit)
Cæſar Fachenettus Bononienſis, Hieronymus Grimaldus Ianuenſis, Carolus Roſſettus
Ferrarienſis, Io. Baptiſta Alterius Romanus, Marius Theodolus Romanus, Franciſcus Ra-
pacciolus Romanus, Franciſcus Adrianus Ceua a Monte Regali, Angelus Georius Ca-
mers, Ioannes de Lugo Hiſpalenſis, Carolus Medices Florentinus, Franciſcus Barberinus
C Florentinus, Martius Ginettus Veliternus, Antonius Barberinus Romanus, Hieronymus
Columna Romanus, Theodorus Triuultius Mediolanenſis, Iulius Gabrielius Romanus,
Virginius Vrſinus Romanus (qui ipſo electionis die, aduerſa valetudine detentus, Con-
claue ingreſſus fuit) Rainaldus de Eſte Mutinenſis, Vincentius Coſtautus Ianuenſis, Io.
Stephanus Donghus Ianuenſis, Paulus Aemilius Rondaninus Romanus, & Achilles de
Valencè Gallus. In varias diſtracti ſententias, tandem die 15. Septembris Cœleſtri Cla-
uigeri Succeſſorem, octo ſupra quadraginta ſuffragijs, Ioannem Baptiſtam Pamphilium
hora decima quinta cum dimidia elegerunt. Innocentij nomine aſſumpto, bis primùm in
Sixti Quarti Sacello, deinceps in Vaticana Baſilica Pontifex adorationem debitam exce-
pit. Cunctorum concordes animi exultarunt; virilis tympanorum ſonitus, canorus tuba-
rum clangor, tormentorum, bombarumq. ſtrepitus lætitiæ ſigna dederunt; feſtiuæ populi
D acclamationes interna gaudia propalarunt. Quarta Octobris die, Seraphico paupertatis,
& humilitatis Anteſignano Franciſco ſacra, in ſuperiori Paulina Vaticani Templi porti-
cu tiara coronamento triplici diſtincta, ac precioſiſſimis nitente gemmis a Carolo Medi-
ceo S. R. E. Cardinalium Diaconorum primo (Archidiaconus olim nuncupabatur) fuit
condecoratus. Quæ deinceps Innocentius peregit, veloci calamo indicabo: huic Achil-
li non deficient Homeri. Verbis huiuſmodi in Bullis vti decreuit. Da ſeruo tuo
cor docile, vt populum tuum iudicare poſsim. Nouembri menſe, dieq. 14.
quatuor Cardinales creauit; duorum inaugurationem in aliud tempus reiecit, binos
promulgauit, Ioannem Carolum Mediceum Florentinum Magni Ducis Etruriæ germa-
num fratrem, & Camillum Pamphilium Pamphilij de Pamphilijs germani ipſius Ponti-
ficis fratris, Olimpiæq. Maidalchinæ filium. Die Mercurij 23. Nouembris è Vaticano
E diſcedens, per Vrbem pompa triumphali procedens, fluctuantis turbæ plauſu, vndique,
Viuat Innocentius Papa, viuat, proclamantis, Lateranenſem regionem adiuit, Roma-
niq. Epiſcopatus poſſeſſionem adeptus eſt: Superbiebant domorum parietes peripetaſ-
matis verſicoloribus; Senatuſq. Romanus geſtientem lætitiam publicis eiuſmodi monu-
mentis in Arcubus collocatis, teſtatam voluit. Legebatur in primo.

CCXXVI.

INNOCENTIO DECIMO ROMANO PONT. OPT. MAX.
ADSPIRATIONE COELITVM CONSPIRATIONE VIRTVTVM A
AD SVPREMVM ECCLESIAE CVLMEN EVECTO
RELIGIONIS FIRMITVDINI
ORBIS TRANQVILLITATI
S. P. Q. R.

In altero.

INNOCENTII DECIMI ROMANI PONT. OPT. MAX.
INNOCVO TRIVMPHO
PRISCIS QVIRITVM MELIORI
PIETATE NON ARMIS PARTO
PANDVNT SE CAPITOLIA
PLAVSVMQ. PARAT LAVDIS PERENNEM. B
S. P. Q. R.

In tertio.

OPTIMO PRINCIPI
INNOCENTIO DECIMO PONTIFICI MAXIMO
QVI ROMANI SANGVINIS ROMANI CONSILII
SVI NIHIL INCREMENTI
ALIENÆ VIRTVTI DEBET
NIHILQ. FORTVNÆ
ITAQVE OMNE ILLVD ASPERNATVS
QVOD LABORE ATQVE INGENIO
QVÆSITVM NON FVISSET
PLVRA SEMPER MERVIT QVAM SPERAVIT. C
INGENTIA REIPVBLICÆ MVNIA
FELICITER GESSIT.
MAGNAM CHRISTIANI ORBIS PARTEM
PRO CONCORDIA PRINCIPVM PERAGRAVIT
SACRAM DONEC EVECTVS AD PVRPVRAM
INDE VNANIMEM CALCVLVM
COELO TELLVREQ. FERENTIBVS
RERVM POTITVS
QVIA OPTIME PARVIT OPTIME IMPERAT
HOC OBSEQVENTISSIMI ANIMI TESTIMONIVM D
S. P. Q. R.
PRONVS DEVOVIT.

In quarto.

RESPICE TVIS E RVDERIBVS
ROMA VETVS
VRBIVM PRINCEPS MVNDI DOMINA
QVAM MVTATIS SÆCVLIS
TVÆ IN MELIVS FORTVNÆ DECORA
TVÆ MAIESTATIS MVTENTVR INSIGNIA
CAPITOLINIS OLIM ARCIBVS
PVGNACES AQVILÆ PRÆSIDEBANT E
NVNC VATICANIS MOLIBVS
PRÆEST NOEMI OLIVIFERA PACIS AVIS.
ILLÆ TERRARVM SPATIIS IMPERABANT
HÆC ADMIRABILI CLAVIVM SCEPTRO
PERTINGIT AD COELVM.
FELICIVS OPPIDO CAPITOLIVM
VBI VATICANO SVBMITTIT FASCES.

PROP-

CCXXVII.

A PROPTEREA INNOCENTIVM DECIMVM
PONTIFICATVS MAXIMI CLAVVM TENENTEM
CVI NIHIL DEEST
AD SVMMAM VIRTVTEM
AD SVMMAM GLORIAM
S. P. Q. R.
ADORAT EXVLTABVNDVS.

Singulis eadem die S. R. E. Cardinalibus Preſbyterium de more largitus eſt, alterum
nempe aureum, alterum argenteum numiſma, expreſſam oſtendens in priori facie Dei-
paræ ſine labe conceptæ Imaginem, literis additis *Vnde venit auxilium mihi*, & in alio la-
B tere ipſius Innocentij effigiem. Hinc Pontifex, vt par impoſito redderetur oneri, De-
cembri menſe ſolemnes precationes indixit, Baſilicaſq. Vaticanam, Liberianam, & La-
teranenſem inuiſit. Prædeceſſorum Conſtitutiones, de Ciuitatibus, Terris, Lociſq. S.R.E.
non alienæ ditioni ſubigendis, neque infeudandis (vt aiunt) aliaſq. de pecunijs ſanctio-
ris Ærarij Arcis S. Angeli conſeruandis, deinde confirmauit. Anni inſequentis initio
medietatem Caſtri Montis veteris, per obitum Comitis Petri Aloyſij de Monte veteri ad
Sedem, Cameramq. Apoſtolicam deuolutam, ipſi Cameræ addixit. Binas edidit San-
ctiones, alteram, qua S. R. E. Cardinales non alio, quàm Eminentiæ Reuerendiſſimæ ti-
tulo, relicto Celſitudinis, quo nonnulli vtebantur, nuncupari, ipſorumq. gentilitia inſi-
gnia rubenti tantùm galero exornari iuſſit: alteram, qua moenia, & propugnacula Vr-
bis, ab Vrbano Octauo, efferuente bello, mira prudentia, ac celeritate è Vaticano per
C Ianiculum ad Tyberim vſque recensa fundamentis extructa, legibus præſcriptis, vigili
cura ſarta tecta haberi mandauit. Romani Senatus Aerario ſtuduit, dum profuſas non-
nullorum ſportulas ſiue debilitauit, ſiue prorſus aboleuit. In Capitolina Area Palatium
Aracœlitano Fano proximum Tiburtino lapide extruendum imperauit; illicò ædificio ma-
nus admouentur, importunoq. labore perfectioni proximum nobilis hac die ſtructuræ
cernimus ædificium: cuſa circumferuntur ad rei euulgationem numiſmata, in priori facie
Innocentij Decimi imaginem referentia, in altera recentis Capitolini Palatij proſpectum,
additis Pamphilianis inſignibus, ab alatis Ducibus in altum eleuatis, literiſq. inferius deſ-
criptis *Aedificat, & cuſtodit*. Die Lunæ ſexta Martij Cardinalem vnum euulgauit, quem
die decima quarta Nouembris 1644. creauerat, ac ſilentio inuoluerat, nempe Domini-
cum Cecchinum Romanum; ſeptemq. alios creauit, & promulgauit, videlicet Nicolaum
D Albergatum Bononienſem Ludouiſium nuncupandum, Tiberium Cincium Romanum,
Petrum Aloyſium Caraffam Neapolitanum, Horatium Iuſtinianum Ianuenſem, Aldera-
num Cybum Ianuenſem, Federicum Sfortiam Romanum, & Benedictum Odeſcalcum
Comenſem. Dicto mane in priuato Conſiſtorio a Melitenſium Oratore obedientiæ pen-
ſum excepit. Strenuos eiuſdem Melitenſis Inſulæ Equites militari mox fouit auxilio, dum
contra efferum Turcarum Tyrannum, in ipſos arma admouere ſubdolè minitantem, bel-
lica præſidia ex Ælia Vrbis Arce illuc tranſuexit, militemq. in Eccleſiaſtica Ditione ag-
gregandi licentiam eſt impertitus. Cauſarum ſacri Apoſtolici Palatij Auditoribus Roc-
chetti (ſic vulgò appellant) vſum attribuit. Die Sabbati Octaua Aprilis tres Reipubli-
cæ Lucenſis Oratores obedientiæ debitum in publico Conſiſtorio perſoluentes audiuit.
Maio menſe, dieq. decima octaua quatuor Venetæ Reipublicæ Oratores in Conſiſtorio
E non abſimili obedientiam exhibentes recepit. Ottomanicæ Claſſis vix in Venetos ar-
mis debacchantibus, ad Apoſtolicæ Sedis Dominia tuenda, militem non exiguo adauxit
numero, & ad maris littora tranſmiſit, Nicolao Ludouiſio Venuſij, & Populonij Princi-
pe Claſſis Imperatore. Ioannem Baptiſtam Rinuccinum, Præſulem literis, ac integrita-
te eximium ad Catholicos Hibernos Populos ablegauit, eoſdemq. vicibus plurièS itera-
tis ingenti pecunia iuuit. Iunio menſe Caſtra S. Ioannis in Galilea, S. Martini in Con-
uerſeto Diæceſis Ariminenſis, Strigariæ in Diæceſi Montis Feltrij, Villam Iolæ, & iuriſ-
dictionem Fogliani per obitum Comitis Sigiſmundi Malateſtæ ad Apoſtolicam Sedem, &
Cameram deuoluta, eidem Cameræ addidit. Menſe Iulij ſolemnes ſupplicationes ad

impios Turcicos conatus reprimendos induxit, Baſilicaſq. Lateranenſem, & Vaticanam
precabundus adiuit. Pontificias Triremes in Venetorum auxilium (Præfecto Ludouiſio A
Principe) ad Cretenſium Inſulæ defenſionem tranſmiſit. Die Martis 28. Nouembris tres
Oratores Heluetios, obedientiam in publico Conſiſtorio ſpopondentes excepit. Decem-
bri menſe, die quarta Franciſcum Mariam Farneſium, Odoardi Parmæ, ac Placentiæ Du-
cis germanum fratrem ſacro Cardinalium Senatui anno ſuperiori adſcriptum, in pectore
tamen ſibi reſeruatum, euulgauit. Menſe Februarij 1646. Conſtitutionem edidit, qua
S. R. E. Cardinalibus receſſum a Statu Eccleſiaſtico abſque Summi Pontificis licentia
vetuit; & illis, qui ſine permiſſu huiuſmodi receſſerant, reditum ad Romanam Curiam
præcepit. Regulares inſuper Regni Poloniæ ad Decimarum ſolutionem teneri, iuxta
Congregationis ſacri Concilij Decretum, literis in forma Breuis ſubſignatis, iuſſit. Sab-
bati die 28. Aprilis Ioannem Alphonſum Enriquez de Cabrera Caſtellæ Admirantem,
nomine Philippi Quarti Hiſpaniarum Regis Catholici obedientiam iu publico Conſi-
ſtorio exhibentem, audiuit. Diſſidia deinceps inter ipſum Oratorem Hiſpanum, & Ray- B
naldum S.R.E. Card. Eſtenſem Gallici Regni Protectorem exorta, & vndique recollectis
armis, iam iam, non ſine Vrbis euenturo diſcrimine, necibus proxima, die tertia Maij ſpe-
nitus extinxit, & vtriuſque animos mutuæ beneuolentiæ nexu coram ſe magno cunctorũ
gaudio iunxit. Eodem recurrente menſe, dieq. 28. Caſimirum è Societate Ieſu, Vladiſ-
lai Sueciæ, ac Poloniæ Regis germanum fratrem (illius deinde in Regno ſucceſſorem)
Tuſculi commorantem inter Vaticani Senatus Patres cooptauit. Menſe Iunio Conſtan-
tinianæ Lateranenſis Baſilicæ vacillantis, ac penè ruinam minantis ædificij, anceps, an-
dicam reſtaurationi, ſeu nouæ extructioni, dedit initia; ſublimitèr inchoatum opus (Fran-
ciſco Borromino Equite Architecto) ſtrenueq. molitum cernimus; mediam etenim ma-
iorem Eccleſiæ nauim, geminaſque, ac geminas laterales, fundamentis iterum iactis, fir-
mauit, vetuſtis parietiuis, venerandæ antiquitatis incolumitati, ac diuturnitati ſtudens, C
maiori ex parte nouo ædificio concluſis; diuerſas marmorum cruſtas, ſacrarum Hiſtoria-
rum cælatas Iconas, pauimentum marmoribus ſtratum, varijq. generis ſtructuram adden-
do, mirificè exornauit: Numiſmata, tabulaq. marmorea munificentiſſimam Innocentij
pietatem indicant; in illis cudit Artifex eiuſdem Pontificis effigiem, & Lateranenſis Baſi-
licæ interiorem proſpectum, literis coronantibus *Decor Domus Domini*. In iſta ſcalprum
hæc expreſſit.

INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
LATERANENSEM BASILICAM
CONSTANTINI MAGNI IMPERATORIS D
LIBERALITATE ET MVNIFICENTIA EXTRVCTAM
SVMMORVM PONTIFICVM PIETATE
SAEPIVS INSTAVRATAM
VETVSTATE IAM FATISCENTEM
NOVA MOLITIONE AD VETEREM
EX PARTE ADHVC STANTEM CONFORMATA
ORNATV SPLENDIDIORE RESTITVIT.
ANNO IVBILAEI MDCL. PONTIF. VI.

E

Ianuatio menſe 1647. ſequuto Hippolyti Comitis de Monte veteri obitu, reſiduum Ca-
ſtri Montis veteris Apoſtolicæ Cameræ adiudicauit. Vaticanam Baſilicam, nouo addito
ornamento, perfici iuſſit; ſumma celeritate Ioannes Laurentius Eques Berninus (cuius
ingenium mirandum, cuius peritia omnium ore celebranda) iuſſa Pontificis exequens,
auguſtum, celeberrimumq. Templum nobili ædificio ſucceſſiuis menſibus eò adauxit, vt
vix amplius: terna ibi perampla hinc inde lateritia Sacella, coloſſeoſq. parietes interme-
dios,

A dios, ad inſtar columnarum Baſilicæ fornices ſuſtentantes, verſicolori marmore teſſellatos decorauit, Sanctorum naſcentis Eccleſiæ Pontificum Imagines, Cœleſteſq. Aligeros ſacra deferentes ornamenta, candidi marmoris cælatura efformauit, & vbique aptè diſpoſuit; pauimentum varij generis marmoribus egregiè elaboratis, atque diſtinctis ſtrauit: opus Romano ſanè dignum Pontifice: lapidei characteres diuturnitati rem commendantes ita loquuntur.

BASILICAM PRINCIPIS APOSTOLORVM
IN HANC MOLIS AMPLITVDINEM
MVLTIPLICI ROMANORVM PONTIFICVM AEDIFICATIONE
B PERDVCTAM
INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
NOVO CAELATVRAE OPERE
ORNATIS SACELLIS
INTERIECTIS IN VTRAQVE TEMPLI ALA
MARMOREIS COLVMNIS
STRATO E VARIO LAPIDE PAVIMENTO
MAGNIFICENTIVS TERMINAVIT.

C Eandemq. Numiſmata indicant, in quibus præter Innocentij effigiem, Vaticanæ Baſilicæ pars interior nouo decore aucta cernitur, cum literis. *Vaticanis Sacellis inſignitis*. Circum Flaminium (Agonalem deinceps a certaminibus appellatum) angularis domus, prope Hiſpanorum Eccleſiam, demolitione, ampliori protendit proſpectu, fontemq. medium ad maiorem illius ornatum extrui mandauit; tunc inchoatum opus viuido Equitis Bernini ingenio ad poſtremam deinde perductum manum, non ſine admiratione conſpicimus: aſſurgit ibi Triburtino lapide fabrefactus turritus ſcopulus; eſt concaua ipſius media interior pars, in eius tamen ſummitate ingens eminet obeliſcus, dudum vetuſtate disfractus, humiq. iacens, ex Antonini Caracallæ Circo in via Appia Innocentij Decimi iuſſu huc translatus, diſperſis partibus in vnam molem congeſtis, & peritorum ſtudio hieroglyphicis reſtauratus: in quatuor ſcopuli angulis totidem ex candido marmore giganteæ ſtatuæ inſident, egregiè inſculptæ, perapteq. diſpoſitæ, celeberrima Orbis Flumina exprimentes, D Danubij nempe in Europa, Gangis in Aſia, Nili in Aphrica, & Riui de Platta in America; aquæ miro artificio ex Fluminum ſcopuloſis ſedibus ſcatentes, in peramplam orbicularam concham velut in mare deſcendunt: in obeliſci infima baſi quatuor præfulgent inſcriptiones aureis characteribus commiſſæ, quarum prima ad Meridiem.

INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
NILOTICIS ÆNIGMATIBVS EXARATVM LAPIDEM
AMNIBVS SVBTERLABENTIBVS IMPOSVIT
VT SALVBREM
E SPATIANTIBVS AMOENITATEM
SITIENTIBVS POTVM
MEDITANTIBVS ESCAM
MAGNIFICE LARGIRETVR.

Ad Orientem.

NOXIA ÆGYPTIORVM MONSTRA
INNOCENS PREMIT COLVMBA
QVÆ PACIS OLEAM GESTANS
ET VIRTVTVM LILIIS REDIMITA

OBE-

CCXXX.

OBELISCVM PRO TROPHÆO SIBI SATVENS
ROMÆ TRIVMPAT. A

Ad Septentrionem.

OBELISCVM
AB IMPERATORE ANTONINO CARACALLA
ROMAM ADVECTVM
CVM INTER CIRCI CASTRENSIS RVDERA
CONFRACTVS DIV IACVISSET
INNOCENTIVS X. P. O. M.
AD FONTIS FORIQ. ORNATVM
TRANSTVLIT INSTAVRAVIT EREXIT. B
ANNO SALVTIS MDCLI. PONTIF. VII.

Ad Occidentem.

INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
NATALI DOMO PAMPHILIA
OPERE CVLTVQ. AMPLIFICATA
LIBERATAQ. INOPPORTVNIS ÆDIFICIIS
AGONALI AREA
FORVM VRBIS CELEBERRIMVM
MVLTIPLICI MAIESTATIS INCREMENTO
NOBILITAVIT. C

Numiſma quoque elegantèr elaboratum apud me aſſeruatur, quod in principe facie In-
nocentij Pontificis imaginem cuſam habet, in altera Agonalis Theatri proſpectum,
fontem, & obeliſcum, characteribus ſuperimpoſitis *Abluto aqua virgine Agonalium cruo-
re*. Eodem Ianuario menſe Cardinalitiæ Dignitatis, qua dudum Camillum Pamphilium
inſigniuerat, cum Olimpia Aldobrandina Pauli Burgheſij Vidua matrimonium contrahe-
re poſtulantem, dimiſſionem admiſit, Iulio Cincio Conſiſtoriali Aduocato in Conſiſtorio
perorante. Menſe Iulij Pontificias Triremes Venetorum auxiliarias in Cretenſia maria
denuò (vt reliquis etiam annis) conceſſit; pediteſq. mille in Dalmatiam, contra Chri-
ſtiani nominis hoſtem, Mirolio Marchione horum Ductore, tranſmiſſit. Senatori Vrbis D
gentilitia ſtemmata coronamento, equoſq. vehiculi nigris (vt aiunt) floccis more Magna-
tum exornari permiſit. Septima menſis Octobris die ſeptem creauit S. R. E. Cardinales
quorum vnum in ſinu pectoris ſibi reſeruauit, reliquos promulgando, videlicet Fabritium
Sabellum Romanum, Fratrem Michaelem Mazzarinum Romanum Ordinis Prædicato-
rum, Franciſcum Cherubinum de Monte Bodio Picenum, Chriſtophorum Vidman Ve-
nctum, Laurentium Raggium Ianuenſem, & Franciſcum Maidalchinum Viterbienſem.
Menſe Nouembris peditibus mille, Comite Rouerello Ductore, Venetos iuuit. Decem-
bri menſe, ſequuto obitu Ducis Fuluij a Cornea, Apoſtolicæ Sedis, Cameræq. ditioni re-
ſtituit Caſtrum Caſtillionis lacus, Villas S. Fattucchij, Panicaiolam, Paterni, Cimbani,
Cantagallinæ, Vaiani, Badiæ, Gaggiolæ, Fractæ veteris, Petrignani, Puteoli, Caſæ maio-
ris, Giugellæ, Lopis, Plebis maioris, & Portus. Eodem menſe Caſtrum Moggij, & Lo- E
cum Repaſſi in Reatino Territorio Apoſtolicæ Cameræ ob deuolutionem acquiſiuit. An-
no 1648. menſe Februarij, dieq. nona, fidelitatis iuramentum a ſpeciali Procuratore
Appio de Comitibus Domicello Romano, Poli, & Guadagnoli Duce, Magiſtroq. perpe-
tuo ſacri Hoſpitij Palatij Apoſtolici, nomine Raynutij Secundi Farneſij, Parmæ, & Pla-
centiæ Ducis Sexti, Caſtriq. Septimi, Odoardi Farneſij (qui menſe Septembris 1646. fa-
to functus fuerat) & Margaritæ Mediceæ filij, Apoſtolicæ Sedi, ſibiq. præſtitum ratione
Ducatuum Parmæ, Placentiæ, & Caſtri, cum omnibus iuribus, & pertinentijs, recepit.

Eodem

CCXXXI.

A Eodem menſe Terras Bictonij, Cannariæ, & Collis Maij, Caſtraq. Limigiani, Caſtri bo-
ni, Collis Azzonis, & Graſſignani, poſt Malateſtæ de Balleonibus obitum Sedi Apoſtoli-
cæ, eiuſq. Cameræ addidit. Martio menſe ſolemnes precationes ad Diuinam opem pro
Chriſtiani Orbis neceſſitatibus implorandam indixit, Eccleſiaſq. S. Suſannæ in Quirinali,
Liberij in Exquilijs, S.Spiritus in Saxia, & Principis Apoſtolorum in Vaticano, in preces
effuſus inuiſit. Die 31. illius menſis Raynutium Farneſium præfatum, Appio de Comiti-
bus expetente, iuramentumq. fidelitatis præſtante, Confalonerij S. R. E. Dignitate, qua
Romani Pontifices Farneſianos anteceſſores Duces condecorare conſueuerant, inſigni-
uit. Venetis mille in Eccleſiaſtica Ditione pedites pro Dalmatico bello ſcribendi, Pic-
cardo Eugubino Ductore, licentiam eſt impertitus. Menſis Maij die nona binos Regis
Congi Oratores, Romanæ Apoſtolicæ Sedi, ac Sanctitati ſuæ obedientiam nomine ipſius
Regis ſpopondentes, humaniſſimè excepit, iuſtæq. illorum aſſenſit petitioni. Die ſexta
B Iulij Cardinalis Caſimiri de Polonia (Vladislao Rege germano fratre ſine ſobole morta-
litate exuto) pro Cardinalitijs Infulis dimittendis ſupplicationi, me in Conſiſtorio pero-
rante, lubens annuit. Firmanæ poſtmodum Ciuitatis factioſos nonnullos, neciſq. Vberti
Mariæ Vicecomitis illius Vrbis Moderatoris authores, fautoreſque, Laurentio Imperiali
Apoſtolicæ Cameræ Clerico (nunc S. R. E. Cardinali nobilitate, & omnigena virtute
clariſſimo) valido peditum, equitumq. numero ſuffulto illuc tranſmiſſo, promerita ani-
maduerſione compeſcuit. Dinaſtas fructus locorum montium perſoluere protrahentes,
poenalibus editis Sanctionibus, ad ſolutionem compulit. Aduerſus rei frumentariæ maio-
res difficultates vigili cura ſtuduit, Annonamq. ex remotioribus Oris ad Vrbem deferri
impenſius curauit. Germanicæ Pacis Articulos, eodem recurrente anno inter Ferdinan-
dum Romanorum Regem in Imperatorem electum, Ludouicum Francorum Regem Chri-
C ſtianiſſimum, ac Suecos firmatos, Catholicæ Religioni, Apoſtolicæ Sedi, Eccleſijs, Locis
Pijs, Perſonis, ac iuribus eccleſiaſticis præiudicium inferentes (verba Conſtitutionis)
nullos, irritos, inualidos, iniquos, iniuſtos, ac damnatos iuſtiſſima ratione declarauit.
Anno 1649. ſacram Iconam opere muſiuo a Iocto pictore illius æui celeberrimo, iuſſu
Iacobi S. R. E. Cardinalis Caietani de Stephaneſchis elaboratam, in qua Petri Principis
Apoſtolorum Nauis ventis, vndiſq. agitata (nunquam tamen ſubmergenda) conſpicitur,
è ſummo Vaticani Templi faſtigio in proximum Pontificium Palatium tranſtulit, vt ex
feneſtra eo loci ſuperaddita copioſior lux ad Baſilicam illuſtrandã traſmitteretur, ipſumq.
muſiuum opus propiori frueretur aſpectu. Menſe Martio contra eos, qui laruati ſacrile-
gis manibus Chriſtophorum Giardam Epiſcopum Caſtrenſem in itinere non procul a
Terra Montis Roſarum ſclopis immanitèr interimerunt, eorumq. fautores, ac tanti ſcele-
D ris conſcios maioris anathematis declarationem ſanctiſſima Sanctione euulgauit, pœnaſq.
grauiſſimas addidit, trium quoque millium ſcutatorum præmium denunciantibus promi-
ſit. Vaticano Palatio vtilitatem, decuſq. ſuperaddidit, elegantis ſtructuræ fonte ibi ef-
formato: en marmoreæ inſcriptionis verba.

AQVAM VATICANI COLLIS
INCERTO OLIM A CAPITE DEERRANTEM
A B. DAMASO INVENTA SCATVRIGINE
AD LAVACRVM NOVAE GENERATIONIS
E IN FONTEM CORRIVATAM
RVRSVS AMISSAM
INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
CONQVISITAM REPERTAMQVE
AC MIRE PROBATAM
FONTI RECENS EXTRVCTO RESTITVIT
VT IN VRBE

AQVIS

CCXXXII.

AQVIS PEREGRINIS AFFLVENTE
AEDES VATICANAE A
SVAM HANC HABERENT
GEMINA SALVBRITATE GRATIVS HAVRIENDAM.
ANNO DOMINI MDCXXXXIX.
PONTIFICATVS SVI V.

At Raynutio Parmenſi Duce in Farneſiani Montis fructibus ſolutione moroſo, ex Vrbe
Pontifex menſe Aprilis ad Caſtrenſis Ciuitatis, Montis Alti, Roncilionis, aliorumq. Lo-
corum poſſeſſionem fauore creditorum, ſeruato iuris ordine, adipiſcendam, Deputatos
tranſmiſit: Caſtrenſi autem Vrbe valido Ducalium militum præſidio munita, ac Pontifi-
cijs Miniſtris hoſtilitèr aditu denegato, hinc bellum exortum: auxiliarijs Pontificis ar- B
mis vberiores deinde peditum, equitumq. copiæ iunguntur,& in Patrimonij Prouinciam,
Bononiæ, Ferrariæq. Status diſtribuuntur: Oppida quoque Farneſianæ Ditioni finitima
non exiguo bellatorum præſidio, rebuſq. ad prælium opportunis muniuntur. Die 13.
Maij, Dominico in Cœlum Aſcenſui ſacra, magni Iubilæi ſolemnitatem pro anno 1650.
in Vaticanæ Baſilicæ inferiori porticu conſueto ritu indixit: eandem celebritatem cuſo
eodem anno Numiſmate indicauit, in cuius altera facie Innocentij effigies aſpicitur, in
altera Principis Apoſtolorum Imago, nubibus inſidentis, oculos ad ſuperna conuerſos
habentis, claues binas dextera geſtantis, librumq. ſiniſtra detinentis, additis literis *Vt
Theſauros Anni Sanctioris tecum aperiam*. Die Lunę 28. Iunij Nicolaum S. R. E. Cardi-
nalem Ludouiſium Pontificium de latere Legatum ad Mariam Annam Auſtriacam,
Philippi Quarti Catholici Regis Sponſam, Mediolani degentem, in Hiſpaniam proficiſ- C
centem, in Conſiſtorio promulgauit: ipſa quoque Regina Sponſa Principem Triuultium
ſuum ad Pontificem extraordinarium Oratorem deinde tranſmiſit. Sed a nuptijs, iterum
tympani me vocant ad arma. Raynutio Farneſio militares copias in Parmenſi, Placenti-
naq. Ditione ſub ſignis ducente, vt aliqui aiebant, ad Caſtri Ciuitatem, vt ſuſpicabantur
alij, ad Bondenum,& Stellatam profecturo,hinc bellicæ Pontificis vires mirificè adauctæ,
ac opportunè varijs in locis diſpoſitæ: præ cæteris ſtrenuis Ducibus arma Eccleſiæ tracta-
bant Sabellus, Matthæius, Vidmanius, Maluaſia, Maurellius, Cæſius, Gabrielius, Saulius,
Graſſius, Cantagallina, Molinarius: Caſtrenſis expugnatio Iunio menſe incœpta, perdif-
ficilis tamen, cruentaq. euaſit, eòq. magis, quò Marchio Gaufridius Auguſto menſe è Par-
menſi Dominatu militibus circitèr tribus mille ſuffultus, Eccleſiaſticam Ditionem inua-
ſerat, Caſtrenſibus ſubſidium laturus: Gaufridij tamen, & obſeſſorum ſpes euanuit; nam D
Parmenſibus cum Eccleſiaſticis in Bononienſi agro dimicantibus, illis fugatis, necatis, de-
uictis, victores noſtri euaſere: poſt victoriæ nuncium ad Caſtrenſes delatum, Sanſon Aſi-
nellus Arcis Præfectus cum Vidmanio, & Gabrielio deditionem paciſcens, inde poſtmo-
dum cum præſidiarijs militibus receſſit: Pontifex autem Caſtrenſis Ducatus Loca iam
ſubhaſtationi expoſita, Apoſtolicæ Cameræ plus offerenti adiudicauit; pactionibuſque
deinde inter eandem Cameram, Ducemque Raynutium publicis tabulis creditorum fa-
uore firmatis, bellorum turbines prorſus euanuere: Caſtri verò Ciuitas Innocentij iuſſu
ſolo penitus æquata fuit, Epiſcopalis ſuppreſſa Sedes, & in Aquipendij Terram tranſlata.
Commodo Regularium in Italia, Inſuliſq. adiacentibus commorantium conſulturus,
Conſtitutionem euulgauit, qua cunctis Religioſorum Superioribus, & Adminiſtris præ-
cepit, vt in Congregatione ad hoc in Vrbe delecta ſtatum propriæ Religionis, tam de in- E
troitu, & exitu, quàm de creditis, debitis, Religioſorum numero, ſcripto exponerent, vt
cunctis benè libratis, quid eſſet agendum decerneretur, vetita interim Superioribus alio-
rum admiſſione. Die 24. Decembris pro magni Iubilæi celebritate, ſacris cæremonijs,
debitaq. pompę ſolemnitate, Portam, quæ Sancta nuncupatur, in Vaticana Baſilica ſitam
(Cardinalibus Lante Decano ad Paulinam, Columna ad Lateranenſem, Maidalchino
ad Liberianam ablegatis) reſerauit: Numiſma hoc demonſtrat, Innocentij imaginem
ab altero referens, ab altero latere ipſum ſacro hierarchico ſtipatum Ordine, Portamq.
malleo

A malleo ictam, literis ſuppoſitis *Oſtium Cœli apertum in Terris*. Eadem die Conſeruatores Vrbis, ac Priorem Capitum Regionum ad tertium Pontificij Solij gradum ab humo ad dexteram reſtituit, iiſdemque permiſit, vt per Vrbem incedentes, more Magnatum equis phaleratis vterentur. Iubilæi anno recurrente, mira Innocentij pietas eluxit; dum ludos ſeueriſſimè vetuit; dum Epiſcopis, aliiſq. Eccleſiaſticis vltramontanis, ac tranſmarinis Hoſpitia Romæ parauit; dum quatuor ad Iubilæum conſequendum ſtatutas Baſilicas pluriès, ac pluriès inuiſit, argentea quoque Numiſmata proprijs manibus exteris elargiendo; dum, pro alendis Peregrinis ad Vrbem aduenientibus aurum, & argentum ſingulari liberalitate profudit; dũ denique innumera peregit Romano Pontifice digna. Aſpicitur in SS. Trinitatis conualeſcentium Xenodochio Innocentij ænea effigies ad pectus vſque, ab Algardo celebri Bononienſi ſculptore efformata, hoc addito elogio.

B

INNOCENTIO DECIMO PONT. MAX.
QVOD INSIGNI EIVS LIBERALITATE
DIFFICILLIMIS XENODOCHII TEMPORIBVS
VETVS IN EXCIPIENDIS PEREGRINIS MOS
ET LAVS RETINERI ATQVE FLORERE
POTVERIT
BENEFICII MONVMENTVM SODALITAS POSVIT
ANNO IVBILEI MDCL.

C Apoſtolicas Conſtitutiones de non contrahendo cum forenſibus de bonis ſtabilibus in Statu Eccleſiaſtico conſiſtentibus, confirmauit, declarauit, extendit. Epiſcopis, aliiſq. Eccleſiaſticis ad hanc obſtrictis, reſidentiam iuſſit. Die 14. Martij Antonium de Aragonia Hiſpanum, olim die 7. Octobris 1647. Cardinalem creatum, euulgauit. Menſe Septembris, dieq. 19. Camillum Aſtallium Romanum Apoſtolicæ Cameræ Clericum oſtro Cardinalitio inſigniuit, cognomine, ac inſignibus Pamphilianis donauit, & in Pontificio Palatio Cardinalis regnantis manſiones, poteſtatemq. ipſi conceſſit. Ordinem S. Baſilij de Armenis (cuius Religioſi numerum quadrageſimum non excedebant, iuſtiſq. ibi de cauſis recenſitis) menſe Octobri ſuppreſſit. Iubilæi annum fæliciter terminauit, Vaticanamq. Portam clauſit, Indulgentias adſtantibus elargitus: legitur ibi hæc inſcriptio.

D

INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
PORTAM HANC SANCTAM RESERATAM ET CLAVSAM
AB VRBANO VIII. PONT. MAX.
ANNO IVBILEI MDCXXV.
APERVIT ET CLAVSIT
ANNO IVBILEI MDCL.

Numiſma quoque geſtum hoc diuturnitati demandat, quod in altera facie Innocentij effigiem repræſentat, in auerſa verò eundem Pontificem, ſacro Cœtu ſtipatum oſtendit, lapidem primum pro clauſura Portæ Sanctæ figentem, literis ſuperadditis. *Laudent in Portis opera eius*. Anagramma purum adhuc in ſcriptis delitcſcens, à Carolo à S. Antonio Patauino Scholarũ Piarum Sacerdote, in hoc ſcriptionis genere notoriè eximio ſubnecto.

E Innocentius Decimus, prius nomine vocatus Ioannes Baptiſta, natus è Camillo Pamphilio Patritio Romano, Pontifex ducenteſimus quadrageſimus. *Anagramma*. Iſte ſenex poſt Vrbanum VIII. pio honore, ac noto plauſu in ſumma Sede poſitus fecit inſignia. Portam

tam Sanſtam aperuit, clauſitque. Anno Domini M D C L. A
A Senatu, Populoq. Romano æneam promeruit Statuam, quam in maiori Capitolini Palatij Aula erectam conſpicimus, hoc inferius deſcripto elogio.

INNOCENTIO DECIMO
PAMPHILIO
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO
OB CAPITOLIVM ET AGONALE FORVM
ÆDIBVS FONTIBVS OBELISCIS ORNATA
OB PRINCIPES BASILICAS
MAGNIFICENTISSIME INSTAVRATAS
OB INVECTAM DIFFICILI TEMPORE ANNONAM B
ECCLESIASTICAM DIGNITATEM FELICITER VINDICATAM
DIVTVRNÆ QVIETI BREVI BELLO CONSVLTVM
PVBLICAM VTILITATEM
ABSQVE PVBLICO ONERE PROCVRATAM
FAS IVSQVE VBIQVE SERVATVM
S. P. Q. R.
ROMANO PRINCIPI MERITISSIMO
POSVIT.

Subſequentis anni exordio Religionem Clericorum Regularium Doctrinæ Chriſtianæ C Regni Galliæ, aliàs ab eximiæ pietatis viro Cæſare de Bus in Ciuitate Auenionenſi inſtitutam, Apoſtolica Sanctione confirmauit. Martio menſe reſidentiam Epiſcoporum, etiam Cardinalium, aliorumq. Beneficia præſentiam requirentia, obtinentium, præcepit. Hoc eodem recurrente anno cuſum Numiſma conſpicio, in vna ex duabus facie Pontificem Innocentium, in altera ſummi Opificis, finiſtra Orbem ſuſtinentis, Diuinam Imaginem repreſentans, coronantibus verbis. *Fiat pax in virtute tua*. Inſequentibus menſibus aureas iniuſti ponderis monetas non ſemel tantùm prohibuit. Anno 1652. dieq. Februarij decima nona S. R. E. Cardinales numero decem creauit, nempe Ioannem Franciſcum Gondum Gallum, Dominicum Piementellum Hiſpanum Ordinis Prædicatorum, Fabium Chiſium Senenſem (qui virtutum omnium fautor, & cultor, noſtra tempeſtate Mœcenas, ſummus Chriſtianæ Religionis Antiſtes in Petri Solio feliciter regnat) Hieronymum Lomellinum Ianuenſem, Aloyſium Homodeum Mediolanenſem, Petrum Otthobonum Venetum, Iacobum Corradum Ferrarienſem, Marcellum Sanctacrucium Romanum, Baccium Aldobrandinum Florentinum, & Fridericum Landgrauium Haſſiæ Germanum. At ſæuiente in nonnullis extra Eccleſiaſticam Ditionem, tranſmarinisq. Locis peſtilentiæ morbo, vigila cura ad Pontificij Dominatus præſeruationem incubuit. Ad reorum cuſtodiam, loco Carcerum Curiæ Sabellorum, nouos, ac peramplos in via Iulia a fundamentis extrui mandauit, quos recurrente redemptæ ſalutis anno 1655. poſtrema quaſi perfectos manu conſpicimus, hac appoſita ſupra principem ianuam inſcriptione. D

IVSTITIÆ ET CLEMENTIÆ E
SECVRIORI AC MITIORI REORVM CVSTODIÆ
NOVVM CARCEREM
INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
POSVIT.
ANNO DOMINI MDCLV.

Vetuſtum

CCXXXV.

A Vetuſtum, ac exiguum Diuæ Agnetis in foro Agonali Templum ſolo æquari, eodemq.
in loco magnificentius, & Pamphiliano Palatio cohęrens exædificari iuſſit: die igitur Dei-
paræ in Cœlum Aſſumptæ dicata, Ioannes Baptiſta Pamphilius Dux Carpineti, ſummiq.
Pontificis Innocentij Pronepos primum in noui Templi fundamentis lapidem poſuit, hos
habentem characteres inciſos. INNOCENTIVS X. P. O. M. FVNDAVIT. AN.
MDCLII. PRIMVM HVNC LAPIDEM AB INNOCENTIO X. P. O. M. RI-
TE BENEDICTVM POSVIT IO. BAPTISTA PAMPHILIVS: Addito Numiſ-
mate, in vno latere ipſius Pontificis imaginem ad viuum exprimente, in altero ſic prolo-
quente. *D. Agneti Virgini, & Mart. ſacrum*. Religioſorum Conuentus quamplurimos
(paruos nuncupatos) extinxit, ſuppreſſit, ad ſtatum ſecularem reduxit, nouaq. Loca Re-
gularia in Italia, & adiacentibus Inſulis erigi vetuit. Recurrente autem anno 1653.
menſeq. Aprilis, Sanctiones canonicas a Pontificibus prædeceſſoribus contra Literarum
B Apoſtolicarum falſarios editas ſua Conſtitutione innouauit, declarauit, extendit, nouaſq.
pœnas adiecit. Iunio menſe quinque propoſitiones in materia Fidei a Cornelio Ianſe-
nio Epiſcopo Iprenſi, prius tamen pro rei grauitate nonnullorum S. R. E. Cardinalium,
& plurimorum in ſacra Theologia Magiſtrorum ſuffragijs perquiſitis, Diuinoq. auxilio,
ſanctiq. Spiritus aſſiſtentia ex corde imploratis, euulgato Diplomate hæreticas declara-
uit, ac damnauit: geſtum hoc forſan indicat cuſum (eodem anno) Numiſma, in quo
præter Innocentianam effigiem, Sancti Spiritus, Columbæ ſpeciem referentis Imago con-
ſpicitur, additis literis. *Replenit Orbem Terrarum*. Menſe eodem, in ſecreto Conſiſto-
rio die 23. conuocato, Carolum Abbatem Barberinum Romanum, & Cardinalium Fran-
ciſci, ac Antonij, ex Thaddeo Barberino germano fratre, & Anna Columna nepotem,
virtutum omnium promptuarium, Cœtui S. R. E. Cardinalium adſcripſit. Anno 1654.
C Religioſorum Conuentus nonnullos iuriſdictioni Ordinarij Loci, tanquam Sedis Apoſto-
licæ delegati, ſubiectos decreuit. Die ſecunda Menſis Martij quotquot vacabant in
ſacro Cardinalium Collegio loci, repleuit omnes, dum binos ex creatis a ſe die 19. Fe-
bruarij 1652. Cardinales euulgauit, ſeptemq. alios tunc creauit, ac promulgauit, videli-
cet, Laurentium Imperialem Genuenſem, Gibertum Borromæum Mediolanenſem, Ioan-
nem Baptiſtam Spadam Lucenſem, Proſperum Caffarellum Romanum, Franciſcum Al-
bitium Cæſenatenſem, Octauium Aquauiuam Neapolitanum, Carolum Pium Ferrarien-
ſem, Carolum Gualterium Vrbeuetanum, & Decium Azzolinum Firmanum. Latera-
nenſem, Vaticanamq. Baſilicas (vt enarraui) reſtaurauerat, exornauerat Innocentius;
celebris quoque S. Pauli extra muros Vrbis Templi inſtaurationem in mente gerebat;
certam pecuniæ quantitatem ad hoc erogauit: at humanæ conditionis neceſſitate ſubla-
tus, animo conceptum opus re non perfecit. Ab Auguſto Menſe, quo Solis eclipſis eue-
D nit, in morbum Pontifex incidit, verùm vt viuido abundabat robore, etſi annorum ſerie
cumulatus, ſic morbũ parùm curabat, quinimò Conſiſtoria opportunè conuocabat, per
Vrbem frequentèr incedebat, & Diuæ Agnetis ſacrum Agonale Ædificium, vt quantò ci-
tius perficeretur, ſæpe adibat, ſuaquemet præſentia Artifices ad celeritatem impellebat:
ſed in exitu Menſis Decembris morbo admodum ingraueſcente, tandem die Iouis ſepti-
ma Ianuarij 1654. hora decima quarta pulſata, Creatori, quod acceperat, reddidit, an-
num Pontificatus agens vndecimum, ætatis ſuæ vnum ſupra octuageſimum, cui ſtatim poſt
obitum, proprijs manibus, depreſſis palpebris, oculos clauſit Fabius Cardinalis Chiſius,
qui vt Innocentio viuenti, ægrotanti, ac morienti, ſumma integritate, pietateq. ſemper
aſtitit, ita plaudente Orbe ſummus Antiſtes ſucceſſor euaſit. Hora ſecunda noctis eiuſ-
dem diei è Quirinali Cadauer Pontificium in Vaticani Palatij Sixtinum Sacellum dela-
E tum fuit, concomitantibus Baſilicæ S. Petri Pœnitentiarijs, leuis armaturæ, Heluetijſq.
militibus, bombardas quinque ſecum ducentibus. Sequenti die è Sacello in Vaticanam
Baſilicam conſuetis ritibus translatum, per tres dies fidelium oſcula in pedibus recepit, &
ipſius anima ſtatutis nouendialibus exequijs ſuffragia ſenſit. In temporaneo lateritio ſe-
pulchro ſupra humum eleuato, è regione marmorei ſepulchri Leonis XI. ipſius oſſa ſe-
pulta iacent, in S. Agnetis Templum oportuno tempore transferenda.

Romanum Pamphilianum Germen ex vetuſtæ, nobiliſq. Eugubinæ Ciuitatis Pamphi-
liorum Stipite promanaſſe, certò ſcio. De tranſmigratione autem hæc Iacobillus ſcripſit

CCXXXVI.

in lib. de Sanctis, ac Beatis Vmbriæ, pag. 561. *Da Gubbio ha hauuto originè la Santità di Papa Innocentio X. che al preſente regge felicemente la Nauicella di Pietro, già denominato Gio. Battiſta di Camillo Panſilij, poiche Antonio di Mondillo Panſilij ſuo Abauo eſſendo da Papa Siſto Quarto l'anno 1471. creato general' Auuocato,* (an potius Procurator?) *Fiſcale di Roma, ſi partì da Gubbio, & andò in compagnia di Angelo Benedetto ſuo figlio ad habitare in Roma, & in eſſa Città piantò la ſua Famiglia de' Panſilij.* Plura in Vrbe perlegi Pamphiliani Generis Epitaphia. Primum Angeli, Summi Pontificis Innocentij (vt opinor) Aui, in SS. Laurentij, & Damaſi ſacra Æde. A

Angelo Pamphilio Equiti Romano
Omnibus viri boni Officijs Domi, foriſq. abſolutis.
Vixit Annos XXXII. Menſes X. Die VI. B
Porcia Sabbi Porcij filia Coniugi optimo
& filij tres impuberes Patri benemerenti
Poſuere.

Alterum Hieronymi Patrui in Eccleſia Deiparæ in Vallicella.

D. O. M.
Hieronymo Card. Pamphilio Romano
A Gregorio XIII.
Inter Auditores Romanæ Rotæ adlecto C
& ex eiuſdem Tribunalis Decano
ac Pœnitentiariæ Regente
A Clemente VIII.
olim Rotæ Collega
in Purpuratorum Collegium adſcripto.
Et Paulo V.
ad Vicarij munus
quod ipſe proximè geſſerat, aſſumpto
gratulante ſibi Virtute D
cui dabatur quidquid conferebatur in virum,
Qui
incorrupta integritate
intimaq. Legum ſcientia
honores & meritus præuenerat
& par adminiſtrabat.
Obijt Anno Dom. MDCX. Aetatis ſuæ LXVI.
in Sacello S Philippi, quem viuum coluerat
tumulatus. E
Ioannes Baptiſta Pamphilius
ab Vrbano VIII. Cardinalis creatus,
& Pamphilius
Fratris filij monumentum poſuere.

Tertium

A Tertium Portiæ ſororis, in Templo S. Andreæ de Vallem.

D. O. M.
Portia è nobili Pamphiliorum Gente
ſpectabilis Fœmina
Hieronymi S. R. E. Cardinalis Vrbis Vicarij Neptis
ac Ioannis Baptiſtæ Cardinalis Soror
non minus propria, quàm Maiorum pietate conſpicua
Corpori hoc Sepulchrum Animæ Cœlum elegit.
Obijt XIX. Decembris MDCXXXIX.

B Quarta demum legitur inſcriptio in ſepulchrali ærea vrna, in qua S. Franciſcæ Romanæ Corpus reconditur.

✠
S. Franciſcæ Romanæ
Agatha Pamphilia
Innocentij X. P. M. germana Soror
ſub ipſius Sanctæ Inſtituto Monialis
pij cultus Monumentum D. D.
C Anno Dom. MDCXLVIII.

Emicat inter Vrbis Magnates Camillus Princeps Pamphilius, Innocentij X. ex Pamphi-
lio germano fratre nepos, in cuius dominatu hæc recenſentur; ſcilicet Vallis Montanæ
(vulgo Val Montone) Mons lanicus, Lugnanum, Plumbinaria, Aluianum, Mons Cal-
uellus, Attilianum, Podium, Griptæ S. Stephani. Iure autem dotis Olimpiæ Principiſſæ
Aldobrandinæ poſſidet in Regno Neapolitano Roſſanum, Longobucum, Curopolatem,
& Paludem. In Latio Carpinetum, Magentiam, & Gabinianum. In Romandiola Mel-
dulam, Sarſinam, Perticaliam, Turtitam, Caminatam, Montem Veneris, Colianellum,
Montem Caſtellum, Sapignium, Calbanum, Dugariam, Polentam, Ranchium, Campia-
num, & Caſale bonum. Præterea Pondum, Pratolinam, Collinam, Spinellum, Buc-
D chium, Cignium, Segunium, Puteolim, Vallem nucis, Petrellam Vbertinorum; aliaq.
olim Caſtra, nunc Villas numero decem. At de Pamphilijs Eugubinis viris, cum illius
Ciuitatis documenta non perquiſierim, fateor, pauca hæc tantùm teneo. Comes Petrus
Pamphilius anno 1029. in Caſtro nuncupato *Colle Panfilio*; & Albertus Pamphilius anno
1087. in Caſtro Montis Peſchij prope Ciuitatem Eugubinam, dominatum geſſere. An-
no 1447. Commune Vrbis Veteris ſuum conſtituit Procuratorem cum facultate ampliſ-
ſima D. Antonium de Pamphilijs. Anno 1473. Vrbe Veteri ius dicebat illius Ciuitatis
Poteſtas (tunc temporis munus non ſpernendum) D. Hieronymus de Pamphilijs: Ite-
rumq. anno 1477. quo ſecum duxit Bernardinum Franciſci, & Gentilem Petri de Pam-
philijs ſuos domicellos. Eodem annò fuit eo in munere a Summo Pontifice ad aliud ſe-
meſtre confirmatus, & appellatur Miles, atque Comes. Anno 1478. laudibus extollitur
E a Communi Vrbeuetano, & donatur inſignibus. Anno 1487. idem Comes Pamphilius
nominatus inter Poteſtates Vrbis Veteris. Anno 1538. ab Eugubina Ciuitate nobiles
DD. Federicus Bilius, & Hieronymus Pamphilius delecti fuere, qui Guidum Vbaldum
Secundum Vrbini, & Camerini Ducem adirent, fidelitatis iuramentum nomine illius Ci-
uitatis præſtarent, & de obitu Genitoris Franciſci Mariæ dolerent. In Capitolino Sena-
toris Vrbis Palatio marmorea conſpicitur inſcriptio, anno 1585. inciſa, ex qua conſtat,
Dominicum Iacobatium de Faceſchis, Hortentium Celſum, & Iulium Pamphilium Con-
ſeruatores, Senatorio munere iuridicendo litibus præfuiſſe. Floruit Iuriſprudens eximius

CCXXXVIII.

Chriſtophorus Pamphilius, qui a Simone de Præt. conſ. 30. num. 1. appellatur *Inſignis*
Iureconſultus, vir peritia iuris peritiſſimus, & conſcientia, ac bonitatis ſinceritate præditus Do- A
minus Chriſtophorus Pamphilius (licèt ibi Pamphilus) *de Eugubio meus honorandiſſimus*.
A Hieronymo Gabrielio Conciue conſ. 111. in princ. vol. 1. nuncupatur *Eximius Iure-*
conſultus. Nec deſunt, qui euidentibus argumentis probari poſſe aſſerunt, S. Lodulphum
cognomento Columbinum, qui circa annum 1200. in humanus egit, è Pamphilia Fa-
milia prodijſſe, & a Columba, qua Pamphiliana inſignia decorantur, Columbinum
dictum.

ALOYSIVS GVICCIARDINVS Florentinus. Anno 1602. Conſi-
ſtorialis Aduocatus creatus, defuncto Nicolao Angelio. Vtriuſque
Signaturæ deinde Referendarius, & vice Ioannis Benini anno 1605.
Locumtenens in ciuilibus Auditoris Cameræ, cum retentione Aduo- B
cationis, Leone XI. ſedente, dictus. Romani Studij Rector bis, &
iterum deputatus. In publico Conſiſtorio die octaua Ianuarij 1613.
conuocato pro obedientia excipienda, quam Bambergæ Epiſcopus
nomine Matthiæ Imperatoris electi Romano Pontifici Paulo V. ſpo-
pondit, perorauit. Magni Iubilæi tempore, anno inquam 1625. dieq. Auguſti vndecima
Florentiæ terrena deſeruit. Vixerat vnus ex Votantibus Signaturæ, & Romana in Aula
cunctis charus, virtutis, ac probitatis cultor. De Aloyſio forſan loquutus eſt Abbas
Vghellus clari nominis ſcriptor in Italia ſacra par. 1. col. 556. licèt in nomine errauerit,
vbi poſtquam deſcripſit obitum Bernardini Murræ Epiſcopi Auerſani, hæc ſubdit. *Cui*
Leo Vndecimus eidem ſucceſſorem deſignauit Philippum Guicciardinum nobilem Florentinum
Aduocatum Conſiſtorialem, verùm cum Leo 27. ſui Pontificatus diem vix attigiſſet, Philippi C
deſignatio euanuit. At ab Eminentiſſimo, ac Reuerendiſſimo purpurato, & nunquam ſa-
tis laudato viro, poſt hæc ſcripta, percepi, non Philippum, non Aduocatum Conſiſtoria-
lem, ſed Nicolaum, Aloyſij Aduocati Conſiſtorialis germanum fratrem, deſignatum
fuiſſe Epiſcopum Auerſanum.

NICOLAVS ZAMBECCARIVS Bononienſis, Scipionis filius. Tho-
ma Lapio Florentino Conſiſtoriali Aduocato ad Fauenſem Eccle-
ſiam promoto, Clemens huius nominis Octauus in locum vacantem
Iuriſconſultum aliquem Bononienſem ſubrogare decreuit, at quo-
niam quamplures dignitatem hanc ab ipſo expoſcebant, præcipuè D
Iacobus Gratus, Alexander Scappius, Nicolaus Zambeccarius,
Franciſcus Cultellus, Marcus Antonius Gozzadinus, & Papinianus
Bombellus, Pontifex Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium men-
tem prius exquiſiuit, deinde menſe Iunij 1603. Nicolaum Zambeccarium ipſorum con-
ſortio aggregauit. Mira dicendi facundia præditus, frequentèr in Conſiſtorio perorauit;
præſertim die 20. Iunij 1604. qua octo S. R. E. Cardinales de recenti creati ſacro fuerunt
murice inſigniri; die 18. Iunij 1605. qua Reipublicæ Lucenſis Oratores obedientiam
Paulo Quinto ſpoponderunt; die 6. Decembris eiuſdem anni, qua Ianuenſium Oratores
obſequium non abſimile exhibuerunt; die 27. Nouembris 1608. qua Pontifex rubenti
galero quinque S. R. E. Cardinales exornauit; die 14. Iunij 1614. qua Philippus Cardi-
nalis Philonardus coccineas recepit Inſulas; die 16. Nouembris 1615. in Conſiſtorio, E
pro Cardinalitiæ Dignitatis dimiſſione nomine Ferdinandi Gonzagæ Cardinalis, Duciſq.
Mantuæ congregato, præſentibus Gregorio Carbonello Epiſcopo Dioceſareæ, & Vin-
centio Suardo vtriuſque Signaturæ Referendario, ſpecialibus Nuncijs; anno denique
1622. dum in publico Conſiſtorio, in Aula Regum conuocato, pro referendis in Diuino-
rum cathalogum Beatis Ignatio Loyola Societatis Ieſu Fundatore, & Franciſco Xauerio
Indiarum Apoſtolo, vtriuſque egregia facinora recenſendo, verba fecit; etſi in Pontificio
Diplomate pro Xauerio ſignato, *Iulius Zambeccarius* nuncupetur. Per tres vices Romani
Gymnaſij

CCXXXIX.

A Gymnaſij Rector a Collegis deputatus. Inter vtriuſque Signaturæ Referendarios, cum retentione Aduocationis, deinceps cooptatus, Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium Secretarius delectus. Examinator quoque Epiſcoporum dictus. Munia cuncta obiuit egregiè, nedum Iuriſprudentia, ſed varia literatura eruditus, mirandaq. probitate præſtans. Vitam inter mortales produxit vſque ad annum eundem 1622. diemq. 14. Aprilis, qua in Vrbe obijt. In ſacra Deiparę de Vallicella Æde corpus reconditum iacet. Nonnullorum curioſitati indulgens, documentorum tenores è Mantuæ Ciuitate ad Vrbem pro recenſita Cardinalitiæ Dignitatis dimiſſione tranſmiſſorum, ſubnectam, Literarum inquam ad Summum Pontificem, ſacrum Cardinalium Collegium, & Mandati procuræ.

B Extra. *Sanctiſsimo Domino Noſtro*

Intus. *Beatiſsime Pater.*

Inter multiplices rerum mearum euentus, anteactaq. belli diſcrimina, nihil moleſtius accidit ſubditis meis, quàm poſt patrem, & fratrem vno quaſi ictu mihi ereptos, longo, ferè per triennium, poſteritatis ſuæ deſiderio detineri, & incerta ſpe tandiù verſari: floridiſſimæ enim nuper Familiæ caſum perhorreſcentes, de ipſorum periculo me ſollicitum eſſe expoſcebant; quod cum protraxerint diuerſæ animi curæ, pacatis demum, & compoſitis rebus, id nunc aſſiduis efflagitant vocibus. Dum idcircò ita ceſſerint, Diuina fauente Miſericordia, præteritæ perturbationes, vt mihi tandem conſulendum ſit non minus publico commodo, quàm domeſticæ iacturæ, ac
C *ſubditorum voto, decreui ad Sanctitatis Veſtræ pedes tranſmittere Fratrem Gregorium Carbonellum Epiſcopum Dioeceſarienſem, qui ſupplicitèr, & enixè eam roget, vt Cardinalatus Dignitatem, quæ in me per eximiam Sanctitatis Veſtræ benignitatem octo iam annis fuit collocata, & a me ſingulari in honore ſemper habita, dimittere valeam. Quo animi ſenſu id a me fiat, ex eo dignoſcere facilè poterit Sanctitas Veſtra, quòd Dignitatem hanc vitæ comitem conſtituiſſem, & in eam vſque a pueritia morum rationem, ſtudia, ac animum intendiſſem; verùm cum alia mihi via pergendum ſit, ſumma Dei prouidentia duce, hoc ſaltem Cardinalatus reliquum apud me erit, de tanta Dignitate ſemper benemereri, & in Sanctitatem Veſtram obſequentiſſimi filij officia quæcumque explere, ex quo viciſsìm ſpero Apoſtolicæ auctoritatis patrocinia mihi, rebuſq. meis nunquam defutura. Deus Optimus Maximus Eccleſiæ ſuæ diù incolumem ſeruet Sãctitatem Veſtram, cuius ego pedes humilitèr deoſculor. Mantuæ v. Idus Octobris 1615.*

D *Sanctitatis Veſtræ*

Obſequentiſſimus filius, & ſeruus

Ferdinandus Cardinalis Dux Mantuæ.

Extra. *Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D.D. S.R.E. Cardinalibus.*

E Intus. *Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D.D. mei obſeruantiſsimi.*

Dum de Cardinalatus Dignitate deponenda cogito, ac de militia eccleſiaſtica in ſecularem commutanda, hoc ſtatuo inter aduerſa, quibus iamdiù premor; id etiam præter opinionem, ac conſilium meum penitus accidit, itaut omnis animi ſollicitudo ad nouum vitæ genus ſit reuocanda; & quod apud me maximum eſt, ab iſta Curia euellor, & Dominationum Veſtrarum Illuſtriſſimarum doctrina, & omnium virtutum exemplo non minus, quàm conſuetudine priuor iucundiſſima. Hoc etſi me torqueat, attamen quia Omnipotentis Dei decreto id factum eſt, mihi omnino quieſcendum ſentio, nec quod libeat, ſed quid expediat eſſe diligendum: Vix enim eſt,

quòd

Digitized by Google

CCXL.

quòd in humanis rebus vtrumque aſſequatur. Quæ de re cum ad reparandas & ſubditorum, &
Familiæ meæ calamitates ratio recti exigat, vt in matrimonium deſcendam, mihiq. propterea A
ſint exuenda Cardinalatus Inſignia, Dominationibus Veſtris Illuſtriſſimis id ſaltem teſtatum
volim, me quotumque tempore Dignitatem hanc honore, quo decet, proſequunturum, iſtius ſacri
Ordinis, tum ob eius amplitudinem, tum ob memoriam anteactæ vitæ me ſtudioſiſſimum fore, &
in ſingulas Dominationes Veſtras Illuſtriſſimas, quæcumque debitæ voluntatis argumenta collo-
caturum. Ita eas rogatas eſſe cupio, vt beneuolentia, qua conſueuerunt, mihi reſpondeant, nec
occaſionem, quæ ſuis ipſi efficijs me ornare poſſint, prætermittant: Quibus a Deo longam depre-
cor felicitatem. Mantuæ v. Idus Octobris 1615.

Illuſtriſſimarum Dominationum Veſtrarum

Humiliſſimus Seruitor B.

Ferdinandus Cardinalis Dux Mantuæ.

In Chriſti Nomine Amen. Anno ab eiuſdem Natiuitate milleſimo ſexcenteſimo decimoquin-
to, Indictione decima tertia, tempore Sereniſſimi Principis, & D. D. Matthiæ Romanorum
Imperatoris ſemper Auguſti, die Sabbati decima Menſis Octobris, Mantuæ, & in vno ex cubi-
culis ſuperioribus Curiæ veteris, præſentibus Illuſtriſſimo D. Comite Annibale Iberto Conſilia-
rio infraſcripti Sereniſſimi D. Conſtituentis, M. Illuſtri D. Ioanne Magno eiuſdem Sereniſſimi
D. Secretario Status, & M. Illuſtri D. Raynerio Buccamaiore teſtibus ad infraſcripta adhibitis,
Sereniſſimus, & Reuerendiſſimus D. Ferdinandus S. Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis
Gonzaga nuncupatus, & idem Mantuæ, & Montis Ferrati Dux &c. Cum ei per obitum claræ C
mem. Sereniſſimi D. Franciſci Gonzaghæ eius fratris germani, dum viueret Ducis Mantuæ, &
Montis Ferrati ſine legitima prole maſculina ſuperiori anno defuncti, ſucceſſio in vtroque Du-
catu præfato Mantuæ, & Montis Ferrati delata fuerit, cernens ſe vtrique ſtatui, non poſſe com-
modè, & iuxta conſcientiam ſatisfacere, & alijs vrgentibus, & maximè neceſſarijs, ac SS. D.
Noſtro D. Paulo Diuina Prouidentia Papa Quinto, ac ferè omnibus S. R. E. Cardinalibus benè
notis cauſis iuſtè animum ſuum mouentibus, intendit Cardinalatus Dignitatem, quam in nullo
ſacro Ordine conſtitutus ex Sedis Apoſtolicæ conceſſione hactenus obtinuit, & de præſenti obtinet,
vnà cumquibuſcumque illius preeminentijs, honoribus, & priuilegijs, quæ ratione tantæ Digni-
tatis Cardinalatus debentur, ac inſignibus Cardinalatus pro tempore aſſumptis per Romanos
Pontifices exhibere conſuetis, & quibus tanquam Cardinalis vtitur, nec non regimini, & admi-
niſtrationi Eccleſiæ S. Mariæ in Porticu dictæ, cui pro denominatione ſui Cardinalatus præeſt, in D
manibus Sanctitatis ſuæ in Conſiſtorio ſecreto, vel alibi, vbi opus fuerit, aut ſuæ Sanctitati ma-
gis placuerit, ſpontè, liberè, ac aliàs omni meliori modo dimittere, & reſignare, renunciare, &
cedere. Præmiſſa verò per ſe ipſum perſonalitèr, varijs, grauiſſimiſq. negocijs impeditus, præ-
ſtare minimè valens, in mei Notarij, & teſtium ſupradictorum ad hæc ſpecialitèr vocatorum,
& rogatorum præſentia perſonalitèr conſtitutus idem Sereniſſimus, & Reuerendiſſimus D. Car-
dinalis Ferdinandus, ſpontè, certaq. ſcientia, & animo deliberato, non vi, dolo, metu, aut ali-
qua ſiniſtra machinatione ſeductus, aut circumuectus, ſed omnibus melioribus via, iure, cauſa,
& forma, quibus magis, melius, & validius de iure fieri potuit, & debuit, ac poteſt, & debet,
fecit, conſtituit, creauit, & ſibi ordinauit ſuos certos, veros, legitimos, & indubitatos procurato-
res, actores, factores, & negociorum ſuorum infraſcriptorum geſtores, & certos nuncios ſpecia-
les, & generales, ita quòd ſpecialitas generalilati non deroget, nec è contra, admodum Illu- E
ſtrem, & Reuer. Fratrem Gregorium Carbonellum Epiſcopum Diœceſareæ præſentem, & M. Illu-
ſtrem, & Reu. D. Vincentium Suardum pro Celſitudine ſua Patritium ad Sanctitatem ſuam
abſentem, tanquam præſentem, in ſolidum, ad ipſius Serenisſimi, & Reuerendisſimi D. Cardi-
nalis, & Ducis Mantuæ, & pro eo perſonalitèr comparendum coram d. Sanctisſimo D. Noſtro
Papa, & eius ſecreto Conſiſtorio, vel alibi, vbi opus fuerit, vel ſuæ Sanctitati magis placuerit,
& in illius manibus dictam Cardinalatus Dignitatem, vnà cum preeminentijs, honoribus, pri-
uilegijs, inſignijs quibuſcumque realitèr, & cum effectu dimittendum, reſignandum, & renun-

ciandum

A *chiandum, nec non & regimini, & adminiſtrationi dictæ Eccleſiæ S. Mariæ in Porticu cedendum, atque humilitèr eidem ſuæ Sanctitati ſupplicandum, vt dimiſſionem, reſignationem, renunciationem, & ceſſionem præfatas grato animo excipiendo benignè dignetur admittere, ſibiq. iuramenta quacumque per eum præſtita ratione d. Dignitatis Cardinalatus, ac præfatæ, & quarumcumque aliarum Eccleſiarum, quibus ad hunc vſque diem præfuerit, relaxare, & pro potiori conſcientiæ ſuæ cautela, a tranſgreſſione quacumque illius Dignitatis ordinatione, ſi quam commiſerit, abſoluere, & quatenus opus ſit, in animam ipſius Sereniſſimi, & Reuerendiſſimi D. Conſtituentis iuramentum, quòd ſe amplius pro Cardinali non gerat, nec aliqua ratione, vel cauſa ſe in poſterum Cardinalem inſcribet, aut illius munere fungetur, vel inſignijs vtetur; cæteraq. omnia alia, & ſingula circa reſignationem, dimiſſionem, renunciationem, ac ceſſionem huiuſmodi, ac alia præmiſſa, & opportuna dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, & quæ ipſemet Sereniſſimus, & Reuerendiſſimus D. Conſtituens facere poſſet, ſi perſonalitèr inte-*
B *reſſet, etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quàm præſentibus ſit expreſſum; promittens idem Sereniſſimus, & Reuerendiſſimus D. Conſtituens mihi Notario tanquam publicæ, & authenticæ perſonæ ſtipulanti ſolemnitèr, & recipienti vice omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet, ſe ratum, & firmum perpetuò habiturum totum id, & quicquid per dictos D.D. ſuos Procuratores, vel alterum eorum in ſolidum actum, dictum, geſtum, vel procuratum fuerit in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum præſentium, & futurorum, ac ſub fide veri Principis, mandans Celſitudo ſua per me Notarium publicum confici inſtrumentum ad perpetuam rei geſtæ memoriam.*

Ego Policarpus filius q. D. Hippolyti de Menimis Ciuis, & Imperiali authoritate Notarius publicus Mantuæ ſupraſcriptis omnibus, & ſingulis, licèt aliena, mihi tamen fida manu ſcrip-
C *tis, præſens fui, & iuſſus publicè ſcribere, in teſtimonium me ſubſcripſi.* Locus † ſigni.

Frater Franciſcus Gonzaga, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Mantuanus vniuerſis atteſtamur, ſupradictum D. Policarpum de præmiſſis rogatum fuiſſe, & eſſe verum, publicum, legalem, & fidum Notarium Mantuanum, deſcriptum in Collegio aliorum DD. Mantuæ Notariorum, cuius ſcripturis publicis, & authenticis hic plena fides adhibetur in iudicio, & extra, meritoq. vbique locorum eſt adhibenda. In quorum fidem &c. Dat. Mantuæ ex noſtro Epiſcopali Palatio die 14. Octobris 1615. Loco † ſigilli.

Æmilius Righellus Curiæ Epiſcopalis Mantuæ Notarius rogatus ſcripſi de mandato.

Interfuerunt in Conſiſtorio præfato, die 16. Nouembris 1615. conuocato, præter ſummum Pontificem, & quamplures S. R. E. Cardinales, Epiſcopus Diocesareæ, & Vincentius Suardus vtriuſque Signaturæ Referendarius, Duciſq. in Vrbe Reſidens, ipſius Ducis
D Procuratores, Nicolaus Zambeccarius Conſiſtorialis Aduocatus, Paulus Alaleo, Ioannes Paulus Mucantius, & Ioannes Baptiſta Alaleo Pontificiarum Cæremoniarum Magiſtri, è conſpectu Pontificis extra quadraturam (vt aiunt) genuflexi, quàmuis Paulus Alaleo poſt incoeptam ab Aduocato inſtantiam, literas, & procuræ mandatum receperit, & ad Solium adierit: propiùs autem Pontificem ſtabant Fabius Blondus Patriarcha Hieroſolymitanus, Pontificij Palatij Præfectus, & Galeatius Sanuitalis Parmenſis Archiepiſcopus Barenſis de numero Epiſcoporum Aſſiſtentium, qui vti teſtes vocati fuere; Comes Alphonſus Giliolus Ferrarienſis, & Alexander Matthæius Romanus Prothonotarij Apoſtolici de numero participantium, qui pro rogitu (quem dicunt) interfuere; Petrus Pauonius Ariminenſis Pontificij Cubiculi Præfectus, Hieronymus Mutius Romanus Pontificis Pincerna, Petrus Strozzius Florentinus Breuium ad Principes Secretarius, & intimi Fa-
E miliares, ac Mutius Riccerius Camers Secretarius ſacri Collegij Cardinalium. Vt de alijs Bononienſibus Collegis meis nonnulla, ita de Nicolao Zambeccario quæ ſequuntur excerpſi, poſtquam hæc ſcripſeram, a Rinerio, & Alidoſio. *Nicolò del Senatore Scipione Zambeccari, e della illuſtre Lucretia Ghiſlardi alli 26. d'Agoſto dell'anno 1601. fù dal Collegio de' Leggiſti della ſua Patria honorato del grado di Dottore, e trasferitoſi à Roma fù dell'anno 1603. nel meſe d'Agoſto fatto Auuocato Conciſtoriale, onde ſi ſpera di lui per il ſuo valore boniſſima riuſcita in quella Corte, doue è ben veduto, & amato*; hæc Rinerius: ſubdit Alidoſius de Iuriſc. Bonon. pag. 182. *Nicolò di Scipione Senatore de' Zambeccari à 25. d'Ago-*

Hh *ſto 1601.*

ſto 1601. E nel Collegio de' Giudici; & Auuocato Conciſtoriale; idem in appendic. pag. 46.
Nicolò Zambeccari 1601. Fù Secretario della Congregatione de' Veſcoui. Orò in Conciſtoro per A
la Canonizatione di SS. Iſidoro, Ignatio, Franceſco, Tereſia, e Filippo. Morì in Roma alli 15.
d'Aprile 1622.

Vixere præ cæteris Bernardinus Zambeccarius Bononienſis, circa annum 1390. Pro-
feſſor Decretorum in patria Vniuerſitate; ſcripſit *Commentaria ſuper Decreto*. Pompeius
Zambeccarius Bononienſis, ad Valuenſem, & Sulmonenſem Eccleſiam anno 1547. pro-
motus, deinde ad Poloniæ Regem Legatus. Paulus Zambeccarius Bononienſis, vtriuſ-
que Signaturæ Referendarius, qui a Summis Pontificibus in quamplurimis Eccleſiaſticæ
Ditionis Vrbibus de iure moderandis adhibitus, virtute, integritate, ac prudentia ſe præ-
ditum exhibuit. Nicolaus Bartholomæi Zambeccarius Bononienſis, qui floruit circa an-
num 1420. ſcripſitq. *Commentaria ſuper Digeſto nouo*. In quodam Pontificio Ioannis XXIII.
Diplomate, anno quinto ipſius Pontificatus emanato, legitur. *Dilecto filio nobili viro,*
Cambio q. Caroli de Zambeccarijs nato Domicello Bononienſi Legum Doctori ſalutem. B

BERNARDINVS BONIOANNES Romanus. Horatij (ex Bernar-
dino Bonioanne, & Claudia Palina Romanis exorti) & Blancæ (ex
Petro Ioſepho Iuſtiniano, & Aloyſia de Iuſtinianis, ex Inſula Chij
quam Scij dicunt, natæ, Cardinalis Vincentij Iuſtiniani neptis) filius.
Horatius idem matrimonium prius contraxerat cum N. Capranica,
deinde cum N. de Mutis. Laudiuio Zachia Epiſcopo Montisflaſco-
nenſis (nonnulli perperàm Montem Faliſcorum exiſtimant) pronun-
ciato, in vacantem Conſiſtorialis Aduocati locum a Leone primùm C
Vndecimo Bernardinus deſignatus, a Paulo deinde Quinto anno 1605. confirmatus. Die
9. Decembris 1606. in publico Conſiſtorio, pro Cardinalitijs Inſignijs Ludouico de
Torres tradendis conuocato, perorauit. A Collegis bis, ac bis Rector Romani Studij
deputatus. Examinator Epiſcoporum, & S. Officij Conſultor eiuſdem Pauli munificen-
tia pronunciatus. Anno 1620. recurrente, dieq. 29. Septembris, dum ſanctam, totoq.
Orbe celeberrimam Lauretanam Domum petebat, Maceratæ fato ceſſit, vir ſummoperè
commendandus.

Inter mortales egerunt Antonius Iacobus Bonioannes Romanus, a Iulio Secundo an-
no 1509. Camerinenſis Epiſcopus electus. Berardus Romanus Antonij Iacobi nepos,
anno 1537. eodem Epiſcopatu inſignitus, qui ſacro Concilio Tridentino interfuit; vir exi-
mius vterque. Mutius Berardi nepos Surrentinus Archiepiſcopus. De ipſis conſule
Vghellum in Italia ſacra inter Camerinenſes Antiſtites, vbi eorum laudes, & lapidea D
deſcribit elogia: nec non epiſtolam Ioannis Baptiſtæ Zileti, primo volumini conſiliorum
criminalium diuerſorum præfixam.

BERNARDINVS THEOPHILVS Romanus. Sertorij Theophili, &
Hortentiæ Cinquinæ filius. Anno 1606. Coadiutor genitori Conſi-
ſtoriali Aduocato datus. Bis Romanæ Sapientiæ Rector deputatus.
Mortalium ærumnas in Vrbe reliquit die vndecima menſis Martij 1621.
Collegæ Aduocati funus aſſociarunt, ab ipſo in poſtrema voluntate E
exorati. Cadauer autem in paterno ſepulchro conditum iacet, in Dei-
paræ de Aracœli Templo extructo.

DIOME-

CCXLIII.

A DIOMEDES VARESIVS Romanus. Hieronymi (ex Franciſco Vareſio, & Catherina Pelucha Mediolanenſibus nati) & Iuliæ Arigonæ (ex Ioanne Iacobo Mediolanenſi, & Eugenia de Taris Romana, Præſulis Pyrrhi Tari ſorore, exortæ) Cardinalis Pompei Arigoni ſororis, filius. In vtroque iure Bononiæ laureatus. Pontifice Paulo Quinto annuente, anno 1608. in locum Mutij Vellij, ſacri Conſiſtorij Aduocati ſubrogatus. Ipſius Pontificis liberalitate vtriuſque Signaturæ deinceps Referendarius cum retentione Aduocationis; Conſultationis cauſarum criminalium Ditionis Eccleſiaſticæ Prælatus dictus. Mox in Piceni, Vmbriæq. Prouincias Apoſtolicus Commiſſarius pro Annonæ vbertate tranſmiſſus. Paulo Quinto è viuis erepto, in prima Cardinalium Congregatione, habita die Veneris 13. Ianuarij 1621. Leoninæ Regionis (Burgum vocant) Gubernator, Conclauiſq.
B Legatus electus: mox Congregationis Boni Regiminis Secretarius a Gregorio XV. pronunciatus. Sedente Vrbano Octauo, Latij primùm, Piceni deinde Moderator promulgatus. Inter Signaturæ Gratiæ Votantes adſcriptus. Romanæ Academiæ Rector quinquies deputatus. Tandem die Veneris 17. Menſis Maij 1652. hora decima, poſt diuturnam ægritudinem, ætatis anno 67. mortales deſeruit: ipſius cadauer, in ſacro Aracœlitano Fano funebri, ſolemniq. pompa expoſito, iuſta in animæ ſuffragium, Aduocatis Collegis interuenientibus, perſolura fuere: de Vareſio autem hoc vnum innuam, celeri, prudentiq. polluiſſe ingenio, experta virtute, integritate, miraq. in rebus peragendis dexteritate. in Aracœlitana Eccleſia characteribus hiſce marmorea humi iacens proloquitur Inſcriptio, ante Sacellum, a Diomede Vareſio, ſub inuocatione S. Patriarchæ Ioſephi conſtructum.

C

D. O. M.
HIERONYMO VARESIO MARITO
FRANCISCO ET MARCO ANTONIO
FILIIS ET FRATRIBVS
IVLIA ARIGONIA VXOR
DIOMEDES ET IOANNES PETRVS
FILII ET FRATRES
SIBIQ. POSTERIS HAEREDIBVSVE
D POSVERE
ANNO SALVTIS MDCXXI.

Viuit Pompeius Vareſius, Ioannis Petri Vareſij, & Magdalenæ de Taxis (ex Antonio de Taxis Marchione Paulli, & Lauinia Gottifreda natæ) filius, Diomedis noſtri ex germano fratre nepos, Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, vtriuſque Signaturę Referendarius, Congregationis aquarum a Secretis, & Beneuentanæ Ciuitatis Moderator; vir ſanè non mediocri calamo commendandus, qui maiores virtute ſibi parat honores. Floruit Ioannes Vareſius Iuriſconſultus celebris Placentinus, in Patrio Lycæo Iurium Profeſſor clari nominis. Pro nobili Aloyſio Vareſio Artiſtarum Rectore almi Studij Papienſis conſuluit
E Cephal. conſ. 594. lib. 4. Ipſius Aloyſij (opinor) quamplura leguntur impreſſa *Conſilia Medica*. Inter nobiles Mediolanenſes Familias, quæ a Morigia de nobilit. Mediol. pag. 318. Comitatus preeminentia inſignitæ recenſentur, Vareſij Comites deſcribuntur. In Bononienſi Studio (Sapientiam nuncupant) binæ leguntur marmoreæ Inſcriptiones, vtriuſque Vniuerſiratis iuſſu, Iuris nempe Pontificij, & Cæſarei ad perennitatem famæ Thomæ Monetæ Scanabechi I. C. præſtantiſſimi anno recurrente 1594. inibi inſculptæ, in quibus ad rem habetur. *Annuente D. Marco Antonio Vareſio Romano Priore digniſſimo.*

CCXLIV.

IVLIVS ROMA Mediolanenſis. Pauli Camilli (ex Iulio Roma, &
Siluia Vicomercata nati) & Catherinæ Coriæ (ex Pompeio Corio, A
& Clara Buſca exortæ) filius. Anno 1607. inter ſacræ Romanæ
Rotæ Auditores Bernardino Scotto Conſiſtoriali Aduocato coopta-
to, Alexander Moneta Mediolanenſis fuit in vacantem locum ſuffe-
ctus: properauit ad Vrbem Alexander, Pontificis Motum proprium,
Articuloſq. in Collegio pręſentauit, trimeſtri verò probationum
tempore decurrente, Mediolanum reuerſus, ibi Clericorum Regu-
larium Congregationis S. Pauli decollati habitum ſuſcepit, & profeſſionem emiſit: vir
ſanè & eo tempore eruditus, magiſq. ac magis in dies ſcientiarum cumulo auctus, vt ab
ipſo elaborati indicant ingenij fœtus, præcipuè *De diſtributionibus quotidianis. De com-
mutatione vltimarum voluntatum. De decimis. De optione canonica. De Conſeruatoribus
Iudicibus. De horis canonicis.* Anno igitur 1609. præuia Iuriſconſultorum Collegij Me-
diolanenſis nominatione, Iulius Roma per Pontificem electus, in Aduocatorum Cœtum B
receptus fuit. Die 14. Septembris 1610. in publico Conſiſtorio in Aula Regum conuo-
cato diſertiſſimè perorauit; ac vt inter Cœlites Beatus Carolus Borromæus, Purpuræ
ſplendor, Pontificis voto cooptaretur, ſupplex exorauit: ornatiſſimæ orationis exemplar,
latino, maternoq. vulgari idiomate impreſſum apud me extat. Die 20. Auguſti 1611. in
publico Conſiſtorio, in quo ſex de recenti creati Cardinales ſacro fuerunt oſtro exornati,
iterum eloquentiæ ſuæ dedit experimentum. Anno 1617. inter vtriuſque Signaturæ Re-
ferendarios, cum retentione Aduocationis, aſcitus, & Ciuitatis Æſinæ Gubernio auctus.
Inde Vrbeuetanis, Camertibus, demum Auguſtæ Peruſiæ, Vmbriæq. incolis Gubernator
datus: dum ibi demandato ſibi munere fungebatur egregiè, iuſq. dicebat æquiſſimè, mu-
nifica Pauli V. liberalitate fuit anno 1621. die 11. Ianuarij inter Purpuratos Senatores
adlectus. Paſtor vigilantiſſimus Lauretano, & Recanatenſi præfuit gregi; mox Tiburti- C
no. Poſt Cardinalis Lantenſis obitum, Collegij S. R. E. Cardinalium Decanatum opta-
uit, at breui quinque menſium decurſu hanc tenuit Dignitatem, cum die Lunæ 16. men-
ſis Septembris 1652. hora prima cum dimidia noctis fato ceſſerit: vixit Chriſtiana pieta-
te nunquam ſatis laudatus, in eleemoſynis elargiendis maximè profuſus, vir integerrimus,
eccleſiaſticæ diſciplinæ vigilantiſſimus, vtq. diutiſſimè viueret ſanè dignus: ipſius cadauer
in Eccleſia S. Caroli ad Curſum tumulatum fuit ad tempus, Tibur deinde aſportandum,
& in Cathedrali ab ipſo magnificè extructa, ſepulturæ tradendum. Quæ Recanatenſis,
quæq. deinde Tiburtinus geſſit Epiſcopus, Vghellus ita recenſuit: inter Epiſcopos Re-
canatenſes. *Iulius Cardinalis Roma Epiſcopus Lauretanus, ac Recanatenſis declaratus eſt
anno 1621. eaſdemq. Eccleſias adminiſtrauit vſque ad annum 1634. deinde tranſlatus eſt ad
Eccleſiam Tiburtinam. Hic magnificentiſſimè aluit pauperes, cultumq. Diuinum effuſis prope-* D
*modum opibus, promouit, Cathedralem ornauit, Sacrariumq. nobili ſupellectili locupletauit,
Chorum ad perſoluendum Diuinum penſum extruxit, Capituli cenſum adauxit, Palatiumq.
Epiſcopale extendit; Moniales S. Benedicti proprio cenſu iuuit, vbi neceſſitas illas vrgeret; Di-
uæ Mariæ Aſſumptæ Monaſterium extruxit, vbi ad Diuinum cultũ deſtinatæ alerentur puellæ;
ita demum erga Recanatenſem populum Paſtorem, Patremq. ſe geſſit, vt haud minus flebilis,
quàm Anteceſſoris ſui* (Auguſtini Cardinalis Galamini) *populo illi acciderit.* Inter Præſu-
les Tiburtinos. *Iulius Cardinalis Roma antea Lauretanus, & Recanatenſis Epiſcopus ſumma
huius Eccleſiæ gloria huc tranſlatus eſt ab Vrbano Octauo anno 1634. qui cum Tibure acceſſiſ-
ſet, Epiſcopale Palatium ad habitandum incommodum repertum ſumma diligentia inſtaurauit,
ampliauitquè. Deinde Cathedralem vetuſtate deformem, ac penè collabentem animo regio
euerti iuſſam, anno 1635. ab ipſis fundamentis reſtituit, perfecitquè pulcherrimè, ingentiq.* E
*populi lætitia anno 1641. prima die Februarij luſtrauit, primumq. Sacrum ſolemni pompa in
Beati Laurentij Martyris honorem celebrauit: ſupra Templi Portam ſequens inſcriptio exa-
rata eſt.*

D.O.M.

CCXLV.

A D. O. M.
IVLIVS CARDINALIS ROMA MEDIOLANENSIS
EPISCOPVS TIBVRTINVS
S. LAVRENTII BASILCAM
TEMPORIS INIVRIA FATISCENTEM
SOLO AEQVAVIT
ET A FVNDAMENTIS RESTITVIT
ANNO SALVTIS MDCXL.

B *Quinto ante Eccleſiam ſacris luſtratam die, in marmorea vrna in maiori Altari collocauit, in eaq. Corpora SS. Martyrum Generoſi, Seuerini, Romulæ, & Redemptæ repoſuit. Ab Eccleſia Collegiata S. Petri Archipresbyterum, & Canonicos quinque traduxit, atque ad Cathedralem aggregauit, clariſſimamq. Imaginem Crucifixi ab eadem Eccleſia tranſtulit, nec vnquam Eccleſiam ſuam ornamentis pulcherrimis decorare deſiſtit. Seminarium quoque non ſine ingenti Vrbis vtilitate extruere aggreſſus eſt* (quod tractu temporis maxima impenſa perfecit) *adeoq. Clerum compoſuit, boniſq. moribus perpoliuit, vt eorum conuerſatio cæteris exemplo eſſe poſsit. Illuſtras etiam cæteras eius laudes, virum religioſum, doctumq. adſciuiſſe, quem ſuum Coadiutorem vocat, qui continuò Diæceſim luſtret, populos inſtruat, atque informet ad pietatem, Eccleſias adeat, iiſq. prouideat. Tantas denique virtutes, egregiaq. facinora explicas vigilantiſsimus is Paſtor, vt commiſsi illi Populi de eo meritò triumphare poſsint.* In Ciuitate quoque
C Portuenſi Xenodochium ſumma pietate vir tantus extruxit.

LAVRENTIVS PHEVS Romanus. Iulij Conſiſtorialis Aduocati, & Hortentiæ de Suricibus Romanæ filius. Anno 1607. menſe Februario vtriuſque iuris Laurea in Vrbe donatus. Menſe Maij 1611. Coadiutor genitori datus. Orauit in Conſiſtorio, die 28. Februarij 1617. pro rubenti galero Roberto Card. Vbaldino exornando, conuocato. Anno 1620. Cæſenatenſi Moderatione decoratus. Mox Imolæ Adminiſtrator anno 1622. dictus. Ioanne Baptiſta Millino è viuis ſublato, Collegij Decanatum anno 1627. optauit. Notandum, quòd etſi Millinus in
D Aduocatorum Ordinem ſucceſſiuè ad Pheum fuerit adlectus, quia tamen Benigno Decanatum dimittente, Pheus Imolenſibus ius dicebat, Millinus Benigno ſucceſſit: ea etenim eſt noſtri Collegij conſuetudo, quòd abſentes ab Vrbe in locum cedentis, vel decedentis Decani non ſubrogentur. Eodem recurrente anno, Geruntinenſi, & Cariatenſi Epiſcopatu in Calabria (inſtante Aduocatorum Conſiſtorialium Collegio) fuit Laurentius inſignitus. Obitus tempus me latet. De ipſo Conſiſtoriali Aduocato fit mentio a Syluestro Zacchia in tract. de ſociet. offic. in fin. in noua inſtrumenti Societatis formula.

IOANNES BAPTISTA MILLINVS Romanus. Ex Paulo Millino
E (Marij Millini, & Hortentiæ Iacobatiæ, ni fallor, filio) & Portia Mantica (Rutilij Manticæ Romani, & Hortentiæ Porcariæ de eadem Vrbe, filia) natus; Ioannis Garſiæ S. R. E. Cardinalis Millini ex fratre nepos. Anno 1609. in altero, alteroq. iure laureatus in Vrbe. Hieronymo de Rubeis anno 1616. humanis ſoluto, Paulo Quinto iubente, inter Conſiſtoriales Defenſores adſcriptus. Die prima Februarij 1622. vt in Diuorum Album Beata Thereſia recenſeretur, tam Monialium, quàm Fratrum Carmelitarum Diſcelceatorum fundatrix, in publico Conſiſtorio inſtantiam ſupplex exhibuit. Romani Archigymnaſij Rectoratum bis laudabilitèr

Digitized by Google

dabilitèr geſſit. Collegij Decanatum anno 1623. per dimiſſionem Iulij Benigni vacan-
tem optauit, Magni Iubilæi celebritate recurrente, vt publicus cultus Beatæ Eliſabethæ A
Luſitanorum Reginæ decerneretur, in publico Conſiſtorio preces porrexit. Demum die
Iouis 29. Iulij 1627. ſeptima noctis hora fatum ineuitabile expertus eſt. Die Veneris
cadauer ex Eccleſia Diuæ Agnetis fori Agonalis ad Templum Deiparæ de Populo ſo-
lemni pompa delatum fuit, ibiq. in gentilitio Sacello ſepulturæ traditum: Funus aſſocia-
runt Epiſcopi nonnulli, Conſiſtoriales Aduocati Collegialitèr (vt dicitur) incedentes, &
Prælati quamplures Aduocatos inſequentes. Vixit Millinus Iuriſprudens ad admiratio-
nem integer, morum ſuauitate, ac probitate, animiq. candore præſtantiſſimus, quibus,
alijſq. dotibus eximijs cunctorum beneuolentiam ad ſe traxit. Decius Memmolus ſic de
ipſo loquitur in vita Cardinalis Millini. *Queſto medeſimo zelo di giuſtitia fè, che egli tenne
lontani da i negotij à lui commeſsi quelli del ſuo ſangue, auuengache haueſſe vn Nipote Auuo-
cato Conciſtoriale di grand'autorità, & intendimento.*

B

FAVSTVS CAFARELLVS Romanus. Alexandri (ex Proſpe-
ro Cafarello, & Druſilla Matthæia nati) & Pantæ Aſtalliæ (ex
Tiberio Aſtallio, & Prudentia Creſcentia exortæ) filius. Al-
phonſo Eſtenſe Ferrariæ Duce ſine ſobole anno 1597. è viuis ſu-
blato, Clemens Octauus, iurium Eccleſiæ defenſor acerrimus, va-
lido militum numero conſcripto, Ducatum eundem ad Apoſtoli-
cam Sedem deuolutum eccleſiaſtico addidit Dominatui: vt verò
ſibi magis Ferrarienſium animos deuinciret, locum inter Roma-
næ Rotæ Auditores, alterumq. inter Conſiſtoriales Aduocatos
iiſdem attribuit: Cardinalis quoque Bentiuolus, ſcriptor famæ nunquam interituræ, rem
in ſuis memorabilibus ſic enarrat. *Oltre all'hauer'il Papa voluto honorare la Città di Fer-* C
*rara deuoluta alla ſanta Sede con l'honore della Porpora in perſona di Beuilacqua, come io toc-
cai di ſopra, haueua anco di più aſſegnato vn luogo all'iſteſſa Città nel Tribunale della Rota di
Roma, e l'haueua conceduto à Monſig. Sacrato, che prima era Gouernatore di Fano, come pur
s'accennò in altro luogo; e per ſoprabondanza di benignità haueua dato anco vn luogo ſimile
per vn Ferrareſe frà gl'Auuocati Conciſtoriali nella Corte di Roma.* Primus omnium Fau-
ſtus Cafarellus, etſi nobilis Romanus, Ferrarienſi tamen Ciuilitate donatus, Conſiſtoria-
lis Aduocatus anno 1617. pronunciatus, qui præcedenti anno Doctorali laurea inſigni-
tus euaſerat. Die 5. Maij 1620. in publico Conſiſtorio, pro Imperiali obedientia ſuſci-
pienda, conuocato; iterumq. die 27. Ianuarij 1622. pro annumerando Cœlitibus Beato
Iſydoro Agricola, diſertiſſimè orauit. Anno 1624. (vtriuſque Signaturæ Referendarius)
Vrbani Octaui munificentia Archiepiſcopali Eccleſia S. Seuerinæ in Calabria decoratus, D
die 3. Ianuarij in manibus Sanctitatis ſuæ munus Aduocati Conſiſtorialis liberè dimiſit.
Vaticanæ Baſilicæ Vicarij munus obiuerat. Apoſtolicus deinde Nuncius apud Sabaudiæ
Ducem, mirum ſemper prudentiæ, virtutis, integritatis, dexteritatiſq. dedit experimen-
tum. Vixit Præſul humaniſſimus, æquè ac nobilis, cunctis charus, nec a ſuis Maioribus
degener; obijtq. Nouembri menſe, anno 1651. recurrente.

IOANNES BAPTISTA SPADA Lucenſis. Ex Horatio, Gherardi
Spadæ, & Catherina Gottefridi Cenamia natus; Ioannis Baptiſtæ
Spadæ ſenioris Aduocati Conſiſtorialis ex fratre nepos. Die 20. Iu-
lij 1617. in vtroque iure laurea exornatus, annoq. inſequenti Coa- E
diutor Patruo datus. Pro Philippi Nerij ſanctitate Aris, Templiſq.
donanda, in publico Conſiſtorio die prima Februarij 1622. preces
expoſuit: plurièsquoque in publicis Conſiſtorijs, ſumma cum adſtan-
tium laude perorauit; nempe die 27. Martij, & 22. Maij 1621. die 23.
Nouembris 1623. & poſtremò die 11. Iunij 1633. qua virtutes admirandas Glicerij Lan-
driani Mediolanenſis indicauit. Iura primùm patrocinatus in Foris, deinde Octauo Vr-

bano

A bano regnante, Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Aduocatus euaſit, in quo munere Patrui coadiutoriam prius exercuit, idemq. poſtmodum in manibus ipſius Pontificis liberè dimiſit. Congregationis mox Boni Regiminis, & Leuaminum Secretarius. Congregationis Cardinalium Tyberi Præfectorum a Secretis electus. Deinceps inter vtriuſque Signaturæ Referendarios anno 1624. cum retentione Aduocationis adlectus. Hinc Conſultationis cauſarum criminalium Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ Prælatus; eiuſdemq. poſtmodum Secretarius vice Martij S. R. E. Cardinalis Ginetti anno 1629. dictus. Vrbis Moderator promulgatus. Vaticanæ Baſilicæ Canonicatu auctus. Patriarchatu Conſtantinopolitano inſignitus. Papæ Status, & a Secretis Principum renunciatus. Innocentio Decimo ad Diui Petri Solium euecto, Conſultor S. Officij, & Romandiolæ Præſes creatus. Inter Signaturæ Gratiæ Votantes cooptatus. Virtutis amantiſſimus, ſepties Romani Studij Rector deputatus, aſſiduos Virtutis Aſſeclas fouit. Cuncta munia ſumma cum laude, pro-
B borumq. plauſu obiuit, & quod mirandum, aſſiduitate, ac diligentia inennarabili; ſint potiſſimum huius rei teſtes ingentia illa volumina, ab ipſo occaſione debacchantis peſtilentiæ tempore Vrbani Octaui exarata, diſpoſita, compaginata, quæ, huiuſmodi poſtmodum morbo, Innocentio Decimo Pontifice, recurrente, Miniſtris ad ſanitatem deputatis (inter quos & ipſe) normam dedere. Romæ in Lucenſium Eccleſia Sacellum ſub inuocatione S. Franciſci ipſi reſeruatur exornandum. Poſt Romandiolæ Prouinciam, ſumma felicitate, concordiq. acclamatione adminiſtratam, Senatus, Populuſq. Rauennatenſis publicæ, diuturnæq. tanti viri gloriæ marmoream hanc decreuit, expoſuitq. Inſcriptionem.

D. O. M.
C IOANNE BAPTISTA SPADA PATRITIO LVCENSI
PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO
FLAMINIAEQ. PRAESIDE
E PROVINCIA DISCEDENTE
INGEMISCVNT RAVENNATES
SVMMI QVOS ADAMAVIT
INFIMI QVOS NON DESPEXIT
DIVITES QVOS NON EXPILAVIT
PAVPERES QVIBVS EROGAVIT
D SAECVLARES QVORVM CONCORDIAE STVDVIT
RELIGIOSI QVIBVS NON DEFVIT
SI NON PRAEFVIT
OMNES DENIQVE
QVOS
IN INGENTI ANNONAE PENVRIA
VBERE ANNONA SERVAVIT.
HVIVS ERGO NOMEN
PERENNARE VOLENS
E S. P. Q. R.
POSVIT.

Ad Vrbem reuerſus, ipſius virtute magis, magiſq. in dies a Pontifice Innocentio perſpecta, ſacra illa Purpura, quam diù promeruerat, & in poſtrema vitalis auræ Vrbani Octaui periodo ſatis ferè attigerat, inuidaq. Pontificis mors rapuerat, tandem die ſecunda Martij 1654. ipſum condecorauit Succeſſor; cuius poſtmodum munificentia Ferrarienſis de latere

Legatus

Legatus menſe Iulio renunciatus fuit. Viuit oſtri decus, qui ex aſſertione ipſiuſmet Pon-
tificis Innocentij, poſtremam illam Cardinalium promotionem illuſtriorem reddidit; vti- A
nam diutiſſimè viuat. Promeritis laudibus noſter extollitur Spada ab Hippolyto Marrac-
cio Lucenſi, in libro Marialis S. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani, quem illi in-
ſcripſit; a Iulio Cæſare Benedicto in Panegyricis; a Iacobo Cohellio in Notitia Cardina-
latus cap. 15. Congreg. 13. nouiſſimè a ſummis præconijs extollendo viro Sidoniorum
Epiſcopo Scannarolo in tract. de viſitat. carcerat. pag. 102. & 307. & ab eximio hiſto-
riarum ſcriptore Comite Galeatio Gualdo Priorato in Hiſtoria Chriſtinæ Reginæ Sueco-
rum lib. 4. pag. 147.

PETRVS FRANCISCVS DE RVBEIS ROMANVS, è Sabinis
oriundus. Genitorem habuit Hortentium, Apoſtolicæ Cameræ B
Commiſſarium (qui a Theodoſio Rubeo commendatur ſingular.
tom. 1. pag. 466.) Petri filium; genitricem Eliſabetham Dominici
de Sanctis Colangelam. Anno 1611. vtriuſque iuris lauream in Vr-
be promeruit, ac recepit. Capitanei appellationum, & nullitatum
Vrbis munus gerens, Bernardino Bonioanni prædefuncto in Aduo-
cati Conſiſtorialis officio anno 1620. ſuffectus. *Nos volentes* (in Pau-
li Quinti Motu proprio) *dilectum filium Petrum Franciſcum de Rubeis I. V. D. Iudicem, &
Capitaneum appellationum Vrbis, nec non dilecti etiam filij Hortentij de Rubeis nobilis Collis
veteris in Sabinis noſtri, & noſtræ Cameræ Commiſſarij generalis natum, apud Nos de litera-
rum ſcientia, vita, ac morum honeſtate, alijſq. probitatis, & virtutum meritis multiplicitèr
commendatum &c.* Romanæ Sapientiæ iura, bis eiuſdem Rector, egregiè tutatus eſt. Col- C
legij Decanatum optauit, Laurentio Pheo ad Epiſcopatum Geruntinenſem, & Cariaten-
ſem anno 1627. promoto. Inter primarios Vrbis Aduocatos ſemper floruit Iuriſconſul-
tiſſimus, diſertiſſimus, & integerrimus ad annum vſque 1643. quo vtriuſque Signaturæ
Referendarius (cum retentione Conſiſtorialis Aduocationis, Decanatuſq. dimiſſione)
& Fiſci, Cameræq. Apoſtolicæ Aduocatus (licèt hoc munere anno præcedenti, poſt Cer-
ri obitum, cohoneſtatus) atque Orthodoxæ Fidei Promotor fuit ſupremi Barberini Prin-
cipis liberalitate promulgatus: hic te monitum volo, lector, quòd etſi Rubeus anno 1643.
Decanatum actu dimiſerit, cum tamen in Tractatu de laudemio, ab Antonio Nigro ela-
borato, & ab ipſo Rubeo anno 1648. pro impreſſione comprobato, inſcribatur tom. 2.
Petrus Franciſcus de Rubeis ſac. Conſiſt. Aulæ Aduoc. Decanus, hoc acumini ingenij tribuen-
dum eſt, ea forſan ratione, quòd ſemel acquiſita Dignitas perpetuò (vt ita dicam) oſſi- D
bus inhærat. Ab Innocentio deinde Decimo inter Conſultores SS. Inquiſitionis adſcip-
tus, vice Ioannis Baptiſtæ Spadæ ad Purpuram euecti. Demum a regnante Alexandro
VII. Congregationibus Viſitationis Apoſtolicæ; Examinis in Concurſibus; & Leuaminis
Communitatum Ditionis Eccleſiaſticæ, addictus. Ipſius quoque Chriſtiana pietas admi-
randa eſt in Sacello Eccleſiæ S. Mariæ de Refugio de Colle Veteri, Deiparæ, & SS. Apo-
ſtolis Petro, Pauloq. dicatis; & in altera Eccleſia, ſeu Capella rurali S. Ioannis Apoſtoli,
ac Euangeliſtæ extra Collem Veterem, dum fundauit, reſtaurauit, paramentis, ornamen-
tiſq. decorauit, Capellanias inſtituit. Qualis fuerit, qualiſq. ſit Petrus Franciſcus de Ru-
beis, loquatur Vrbs, loquatur Orbis (ac vtinam aliquando eiuſdem ſcripta typis loquan-
tur) ſibiq. noſtrum gratuletur Collegium tantum promeruiſſe virum. Viuit omni litera-
rum genere eruditus, multiſq. ingenij ſuauitatibus præditus, Marchionatu Podij Summæ E
Villæ in Sabinis auctus, vtq. Neſtoreos viuat annos illi præcandum è Cœlo eſt. In ſacra
Vallicellana Æde, non procul a Diui Philippi Sacello, hi marmorei characteres genito-
ris, genitriq. memoriam diuturnitati commendarunt.

HORTEN-

Digitized by Google

CCXLIX.

A HORTENTIO DE RVBEIS I. C. SABINO
CAVSARVM PALATII APOSTOLICI PATRONO
ET CAMERÆ APOSTOLICÆ COMMISSARIO GENERALI
PETRVS FRANCISCVS
DECANVS COLLEGII ADVOCATORVM CONSISTORIALIVM
FILIVS PATRI OPTIMO
POSVIT.
A. M. D. G.
O DIVINÆ SAPIENTIÆ PROVIDENTIAM
O EXIMIAM VIRI PRVDENTIAM
POSTQVAM DIV CAVSIS PALATII APOSTOLICI
ET PONTIFICIO VACAVIT ÆRARIO
QVA INTEGRITATE QVA LAVDE
B ROMA SCIT
REDDITIS QVÆ SVNT CÆSARIS CÆSARI
SVO INTENTVS NEGOCIO
OCIVM NACTVS
VT REDDERET QVÆ SVNT DEI DEO
PER ANNVM SIBI VACAVIT ET TVMVLO.
FAMA VIVET
SED MAIORE SVI PARTE VIVIT DEO.
QVOD IMITERIS QVOD ADMIRERIS
LECTOR HABES.
C VIXIT ANN. LXIII. MENS. V. DIES X.
OBIIT PRIDIE IDVS IVLII MDCXXII.

Et in tertia Capitolini Palatij Aula hæc in lapide legitur ad rem inſcriptio.

PAN RVSTICVM OLIM NVMEN
AB INCVLTV SITV
AD CVLTIOREM RESTITVITVR.
PETRO FRANCISCO DE RVBEIS
ADVOCATORVM CONSISTORIALIVM DECANO
ALEXANDRO PIGHINO
IOSEPHO ANNIBALI DE NOBIL. DOM. ZANCATI
D CONSERVATORIBVS

Laudatur Rubeus a Iulio Cæſare Renedicto lib. 8. epiſtolar. medicinal. epiſt. 2. a Iacobo Cohellio in Notitia Cardinalat. cap. 45. & in Commentar. ſuper Bull. Boni Regiminis, cap. 42. nu. 60. vbi doctiſſimum eiuſdem Rubei Conſilium annectitur; ac nuperrimè ab eximio Sidoniorum Epiſcopo Scannarolo in tract. de viſitat. carcerat. lib. 1. cap 4. nu. 5. lib. 2. cap. 14. num. 26. lib. 2. §. 7. num. 28. lib. 3. §. 4. cap. 3. nu. 6. & in eiuſdem operis appendice pag. 67. & ſeqq. ac pag. 78. tria inſeruntur ipſius Rubei Reſponſa. De Rubeo quoque tunc in Vrbe Capitaneo appellationum habetur mentio in Romana fideiuſſionis de repræſentando, coram Reuerendiſs. Coccino Decano, quæ eſt deciſ. 42. ex
E impreſſis poſt Fenzon. ad ſtatutum Vrbis: & ab ipſo Fenzonio hæc exarata leguntur cap. 181. num. 16. *Capitanei verò appellationum munus ſumma cum laude ſuſtinebat inſignis I.C. D. Petrus Franciſcus Rubeus, qui mihi in ipſo Capitanei munere ſucceſſerat, in Collegium Aduocatorum ſacra Conſiſtorialis Aulæ meritò exinde cooptatus, vir ingenij accerrimi, & vbertate, copiaq. dicendi in legali facultate nemini ſecundus.* Tanti viri præconijs eleganti Marchionis Iacobi Ariberti, nunc Apoſtolicæ Cameræ Clerici, impreſſo carmine metam imponam, qui in ſui genij primitijs hæc cecinit.

CCL.

A Monſignor Pier Franceſco de' Roſsi famoſo Giuriſconſulto de' noſtri tempi. A

Sia pregio altrui frà indomiti guerrieri
Rotar ſpada immortal con deſtra ardita:
Tu con gloria miglior, Franceſco, ſperi
Trattar con pronta man penna erudita.
Marte ſuperbo alme feroci inuita
Le pompe ad atterrar de' Regni alteri;
Ma Themi al tuo valor le Leggi addita
Di regolar, di ſoſtener' Imperi. B
E s'à gli allori ſuoi Bellona inneſta
Speſſo i Cipreſſi: Aſtrea per vie migliori
Vita immortal' al tuo bel nome appreſta.
A quello il ſangue hoſtil barbari honori
Di palme dà: ma nodre alla tua teſta
Pacifico ſudor più degni allori.

Vide infra in Ioſepho Hortentio eius filio.

C
DOMINICVS CECCHINVS Romanus. Domitij Cecchini, & Fau-
ſtæ de Capiſucchis filius; Fauſtam verò Dominicus Capiſucchus, &
Portia Sanctacrucia Orbi dedere. Aduocationis munus Dominicus
in Patria obibat egregiè, dum anno 1621. Bernardino Theophilo è
carnis ergaſtulo erepto, fuit a Gregorio XV. Pontificij Conſiſtorij
Aduocatus dictus. Senatus, Populiq. Romani Aduocatione poſtmo-
dum perfunctus. Inter vtriuſque Signaturæ Referendarios cum re-
tentione Aduocationis adſcriptus. Cardinalis Ludouiſij Gregorij XV. Nepotis genera-
lis Auditor. Vrbis Studio incrementa dedit, quater illius Rector. Vaticanæ Baſilicæ Ca-
nonicus renunciatus. S. R. E. Cardinali Camerario Auditor datus. Vtriuſque Signatu-
ræ Votans. Mox S. Officij Conſultor promulgatus; Vrbani Octaui munificentia inter D
ſapientiſſimos Romanæ Rotæ Auditores anno 1643. cooptatus. Innocentio Decimo ad
ſupremum Eccleſiæ regimen euecto, ipſo electionis die, mira Pontificis lætitia, Vrbeq.
approbante vniuerſa, Papæ Datarius creatus. Ingenuo animi candore, eximia legum
peritia, experta prudentia, probataq. in arduis quibuſcumque dexteritate, eam ſibi fa-
mam Cecchinus conciliauerat, vt apud cunctos iamdiù ſacro murice dignus haberetur:
hunc ipſius Innocentij liberalitate anno 1645. eſt aſſequutus, dum eundem Cardinalem
promulgauit, quem die 14. Nouembris 1644. mente creauerat. Vixit Cardinalium exi-
mius, oſtriq. ornamentum, ad diem vſque ſecundam Maij 1656. qua catharro grauitèr, &
ferè ex improuiſo oppreſſus, humana deſeruit, in quo præter dotes non vulgares, conſtan-
tia ſumma in diuerſis corporis, animiq. ægritudinibus infracto pectore tolerandis, non
mediocritèr commendanda: ipſius cadauer in gentilitio Sacello, in Collegiata Eccleſia E
Deiparæ in Regione Transtyberina extructo, humi traditum iacet. In tanto viro Cecchi-
na prænobilis Romana Gens eſſe deſijt.

E nobili Familia de Cecchinis præ cæteris prodiere Ioannes Cecchinus Romanus, an-
no 1430. Viterbienſis Antiſtes promulgatus. Simon Cecchinus Romanus, vtriuſque Si-
gnaturæ Referendarius, Auditor Contradictarum, & Gymnaſij almæ Vrbis generalis, per-
petuuſq. Rector; cuius *Carmina* ſparsim edita leguntur. Ioannes alter de Cecchinis Flo-
rentinus, cuius Romæ legitur ſepulchralis inſcriptio a Suertio relata pag. 82.

D.O.M.

CCLI.

A D. O. M.
Qui viuens laboribus non pepercit
nugacemq. ſuam fortunam dinoſcens,
ſæculiq. huius omnia vana videns,
ad perpetuam laborum ſuorum memoriam
hunc viuens ſibi, poſteriſque ſuis rogum extruxit
Ioannes de Cecchinis Florentinus
Leonis Papæ X. Pont. Max. Cubicularius,
Eleemoſynarumque Elargitor.

B
HIERONYMVS MELTIVS Mediolanenſis. Comitis, Regijq. Se-
natoris Aloyſij Meltij (Ludouici Meltij, & Catharinæ Littæ filij) ac
Iſabellæ Brippiæ, ſeu Briuiæ (ex Sfortia Brippio, & Iulia Vicecomi-
te genitæ) filius, anno 1595. exortus. Vice Iulij Romæ, anno 1621.
ad Purpuram euecti, in Aduocatorum Pontificij Conſiſtorij Ordinem
lectus. Bis Romani Studij Rectoratum geſſit. Comitate morum,
integritate, virtute ſibi aditum ad maiora patefecit, ad Auditoratum
nempe Romanæ Rotæ, quò conſcendit, Pirouano defuncto. Agit in humanis, Aſtreæq.
lances æquiſſimè librat, maiori Magiſtratu dignus.
E Meltijs quoque prodijt, & claruit in Vrbe Camillus, Iuriſprudens, & Aduocatus exi-
C mius; in Capitolina deinde Aula Collateralis; hinc vtriuſque Signaturę Referendarius, &
Apoſtolicæ Cam. Auditoris in ciuilibus Locumtenens; inde ad Sedem Capuanam euectus;
Apoſtolicus Nuncius ad Magnum Etruriæ Ducem, denique munere non abſimili ad Cæ-
ſarem tranſmiſſus, vnde reuerſus, gregi ſibi credito Paſtor optimus diù præfuit, vſquequo
a regnante Pontifice Alexandro Septimo, proborum, doctorumq. fautore munificentiſ-
ſimo Romam denuò euocatus, ſacræ Congregationis Epiſcoporum, ac Regularium a
ſecretis renunciatus fuit: vir tantus quod ſemper præbuit, propriæ præbet virtutis expe-
rimentum: id quoque de Ioanne Meltio, ipſius Camilli nepote, vtriuſque Signaturæ Re-
ferendario, & Vrbinatenſi Prolegato, ſperandum. Ex eadem prodijt Ferdinandus Mel-
tius Mediolanenſis, qui conſcripſit *Vitam Beatæ Mariæ Victoriæ Fundatricis Annunciata-
rum Genuenſium*.

D
IVLIVS CINCIVS Romanus. Hieronymi (ex Balthaſarre Cincio, ac
Iulia de Alterijs Romanis nati) & Annæ Ricciæ (ex Iulio Riccio de
Monte politiano, & Dianora Arucellaia Florentina exortæ) filius. An-
no 1615. vtriuſque iuris laurea in Vrbe decoratus. Inter Conſiſtoria-
les Aduocatos vti Coadiutor Ioannis Benini anno 1621. cooptatus.
Vidit eum deinde Vrbs Senatus, Populiq. Romani Aduocatum; non
ſemel tantùm Romanæ Academiæ Rectorem; vtriuſque Signaturæ Referendarium cum
retentione Aduocationis; Congregationis ſacrorum Rituum Secretarium; Signaturæ Iu-
ſtitiæ Votantem; Cardinalis Vicarij in Vrbe in ciuilibus Locumtenentem, & Conſultatio-
nis cauſarum criminalium Ditionis Eccleſiaſticæ Prælatum: plura quæris? eundem aſpi-
E ce Prælatum Apoſtolicæ Viſitationis; Reformationis Tribunalium Vrbis a Paulo V. in-
ſtitutæ; Correctionis Pontificalis, & Cæremonialis; Annonæ, & Graſciæ Vrbis; Archiui
Vrbani; Confinium denique Eccleſiaſticæ Ditionis. Anno 1630. in ſacra Aracœlitana
Æde Caroli Barberini S.R.E. Ducis generalis atque Vrbani Octaui fratris germani geſta
funebri oratione recenſuit, quæ circumfertur impreſſa. In Conſiſtorio publico, die 29.
menſis Aprilis 1631. conuocato, loco antiquarum declamationum, ipſe primus (ſtilo im-
mutato) enarrauit præclara facinora Sororis Dominicæ de Paradiſo celeberrimi Prædi-
catorum Ordinis Alumnæ, & Cœnobij, de Cruce nuncupati, in Ciuitate Florentina

Fundatricis. Die 21. menſis Ianuarij 1647. in ſacro Conſiſtoriali Conſeſſu pro dimiſ-
ſi one Cardinalitiæ Dignitatis, nomine Camilli S. R. E tunc Cardinalis Pamphilij, in hæc A
inſtitit verba. *Beatiſſime Pater, R. P, Ludonicus Anguiſ ſola Sanctitatis Veſtræ, & ſanctæ
Sedis Apoſtolicæ Prothonotarius de numero participantium, Camilli Cardinalis Pamphilij Pro-
curator hoc legitimo mandato ſuffultus ad reſignandum in manibus Sanctitatis Veſtræ Cardi-
nalatus Dignitatem, habet ad Sanctitatem Veſtram, & ad ſacrum Collegium literas, quas hu-
militèr ſupplicat, vt recipere dignetur, illiſq. lectis benignè audire quæ habet in mandatis.* Fue-
runt lectæ literæ, mandatumq. procuræ a Secretarijs de Simeonibus, ac Frenfanello.
Deinde Cincius iterum aggreſſus eſt inſtantiam, paucis ſe expediens. *Beatiſſime Pater.
Idem Procurator hic præſens nomine dicti Cardinalis Pamphilij ad pedes Sanctitatis Veſtræ pro-
ſtratus, ea, qua decet humilitate, & reuerentia, in manibus Sanctitatis Veſtræ Cardinalatus
Dignitatem, vnà cum omnibus alijs preeminentijs, inſignibus, & prærogatiuis, de quibus in di-
ctis literis, & mandato, dimittit, reſignat, & renunciat, & humilitèr, & inſtantiſſimè ſuppli-
cat, vt S. V. dignetur dimiſſionem, reſignationem, & renunciationem prædictam benignè reci-* B
*pere, & admittere, ſibiq. iuramenta quæcumque, & vincula occaſione dicti Cardinalatus contra-
cta remittere, & relaxare, & de omnibus omiſſis, commiſſis, tranſgreſſis, ſeu neglectis abſolue-
re, paternamq. benedictionem impartiri.* Munia ſibi demandata peregit, peragitq. Cincius
egregiè. Viuit nobiliſſimo genere clarus, mira integritate præditus, & in laboribus aſſi-
duus, probè nos edocens, quantum ſimul iunctæ præfulgeant virtus, ac ſanguinis claritas:
in ipſo ſanè nobilitas doctrinæ adiuuatur, illuſtraturq. nobilitate doctrina: nec ommitten-
dum, quòd ad ſtudijs animi defatigati oblectationem celebre in Vrbe viridiarum excoluit,
rarioribus floribus, arboribus, arbuſculiſq. (agrumi nuncupatis) pulcherrimis eò refer-
tum, vt non ſine admiratione ab Italis, exteriſq. aſpiciatur. De Cincio noſtro habetur
mentio ab erudito Allatio inter Apes Vrbanas, pag. 171. & in deſcriptione vetuſtæ Ro-
manæ Ciuitatis, anno 1643. euulgata, vbi nonnulla de Cincia Familia. At quoniam ſu- C
pra indicaui, ipſum Iulium die 29. Aprilis 1631. primùm immutaſſe vetuſtum ſtilum pe-
rorandi in publicis Conſiſtorijs, ſciendum eſt, quòd antiquiori æuo Aduocati Conſiſtoria-
les in huiuſmodi Conſiſtorijs Commiſſiones cauſarum proponebant, & Pontifex ſigna-
bat; quo ritu ſublato, Aduocati nequaquam perorare deſtiterunt, at caſus fictitios enarra-
bant; demum hoc poſtremo quoque ſtilo immutato, ſan. mem. Vrbanus Octauus anno
1631. decreuit, vt ſequitur. *Item mandatum eſt, vt declamationes de rebus profanis, & ple-
rumque de atrocioribus criminibus confictis, & imaginarijs, quæ fieri ſolebant in Conſiſtorio pu-
blico ab Aulæ Conſiſtorialis Aduocatis, quando Legati Sedis Apoſtolicæ in eorum reditu ad Vr-
bem excipiuntur in eodem Conſiſtorio, vel quando per Summum Pontificem traduntur Pilei Car-
dinalitij nouis Cardinalibus creatis, vel admittuntur Legati Principum ad præſtandam obedien-
tiam Sedi Apoſtolicæ, abrogentur omnino, & earum loco ſubrogentur propoſitiones Cauſarum* D
*Seruorum Dei, qui fama ſanctitatis conſpicui mereantur adſcribi in numero Sanctorum, ſiue
Beatorum, pro quibus poterunt inſtare apud Summum Pontificem Aduocati, petendo committi,
proſequi, vel expediri reſpectiuè Cauſas arbitrio Sanctitatis ſuæ.* Verùm vt curioſæ antiqui-
tatis ſtudioſis indulgeam, caſus fictitij tenorem ſubnectere non grauabor; percipe. *Om-
nes, qui alterum (Beatiſſime Pater) nullis impulſi inimicitijs, nulla priuatim læſi iniuria, nul-
lo præmio adducti, in iudicium Reipublicæ cauſa vocant, prauidere debent, quid oneris in præ-
ſentia tollant: atqui hoc ego plus oneris habeo, quàm cæteri, qui officij neceſſitudine in delinquen-
tes huc vſque declamarunt, cùm (ſi vnquam, vt exquiſitis pœnis rei ſubdantur infames, Leges
inſurrexerint, iura armata ſint gladio vltore, iudicum exarſerit vindex ſeueritas, ſpiculator
enſem ad iugulandum paratus acuerit) hoc iure æquo præſtandum ſit in quodam Arimtheo, in
quo omnia vitia, quæ poſſunt in homine perdito, ac nefario eſſe, conſpiciuntur, nullumq. eſt in-* E
*dicium libidinis, ſceleris, audaciæ, quod in iſtius vita reprehendi non poſſit. Fuit enim noua-
rum rerum ſemper cupidus, auaritia inexplebili, rapacitate, furibundus, arrogantia, & ſtupore
ſuperbi tumoris inflatus, perpetuò ab omnibus malè cognitus, curioſus ſemper vt prodat, ad hoc
adulator vt fallat, nunquam fidelis vt diligat: ſi diligentèr attendetur, ab eo commiſſum inue-
nietur facinus natum a cupiditate, auctum proditione, crudelitate perfectum, atque concluſum e
quapropter vnde prodierit beſtia luculenta in primis exquirendum videtur, vt inuenta arbore,
quales fructus facere potuerit, agnoſcatur, & demonſtrato fonte, qualis inde aqua emanarit, in-
telligatur.*

Digitized by Google

A *telligatur. A Zenone inferioris Græciæ homine,& ex Eruerosia impudentiſſima fæmina ab ip-*
ſo domi tanquam concubina retenta, licèt alteri matrimonio copulata, per adulterium Arintheus
originem duxit, quem pater (cum ex prompto illius ſermone expectationem aliquam concepiſ-
ſet) reſtitui natalibus curauit. Verùm ſicut Zeno profeſſione ſicarius plures percuſſit, trucida-
uit, ita ipſe in proprio cubili pugione confeſſus exanimis, adueniente luce, repertus eſt: quod
ſcelus patratum ab Arintheo filio, vt immaturam patris arriperet hæreditatem,& in turpes con-
ſuetas ſenſus illecebras impenderet, vno ore clamatum fuit, adeout ipſe forſan ſibi conſcius talem
parricidij infamiam æquè ſuſtinens, vel potius pœnæ timore perterritus, patrium ſolum vertere
in Regionem, in qua minimè cognitus eſſet, in animum duxit: pietatem igitur ſimulans, Hiero-
ſolymam ad viſenda ſacra Loca peregrinationem repentè ſuſcepit, ac feliciter inſtitutum iter pe-
regit; dum autem de reditu in patriam cogitaret, putans tempus obliuioni mandaſſe patris
cruentam mortem, ab amico eſt monitus, Fiſcum in ipſius contumaciam omnia bona ad ſe auo-
B *caſſe, ipſumq. vita proſcripſiſſe: quo audito, ſibi cautiùs duxit, vt Religionem aliquam ingrede-*
retur; adit Archimandritam, rogat inter Monachos cooptari, a quo tandem in Monaſterio quo-
dam ſuſceptus, poſt legitimum tempus ad profeſſionem admiſſus fuit: dum in eo permanſit, ieiu-
nabat cum cæteris, intra Monaſterium continebatur, nullus erat luxuriæ locus, interdicta ludi-
brioris diſputationis licentia: hæc delicatus iſte ferre non potuit; Monaſterium itaque plenum
bonis fratribus maris inſtar expuit latens ibi cadauer, nempe Arintheum, Deo quidem mor-
tuum, & aquis iam concupiſcentiæ turgidum. Abijt miſer, & perdidit, quod ieiunauit, quod
aliquo tempore ſe continuit; nam canis reuerſus eſt ad vomitum, & ſus in volutabrum ſuum,
itaut in ipſo ad oculum ſpectetur aurea illa Sanctorum Patrum animaduerſio, Monachos vir-
tutum omnium eſſe optimos, qui tamen in Monaſterijs profecerunt, peſſimos verò, qui in Mona-
ſterijs reciderunt. Talis apoſtaſia inquinatus, geminata malorum labe ſceleribus ſcelera conte-
C *xens, quidnam immane admiſerit crimen, proximè dicturi ſumus. Fuga ſibi ipſi conſulens, va-*
rias Orbis Prouincias luſtrauit, vt nuſquam fixus auri, & gemmarum cupiditate Indias petat:
verùm dum volueret animo, quomodo voti compos euaderet, & ſine mercium commercio montes
aureos cumularet, percepit, in Regno Peguano Obonem Regulum Catholica Fide ſpectatum
adeſſe, qui vnà cum eius fratre Thoma pijſſimo, & venerabili Sacerdote libentèr ad ſe venien-
tes Chriſtianos viros ſuſciperet, & peregrinos beneuolentia proſequeretur officijs, quos præſertim
Fidei propagandæ ſciret eſſe miniſtros, nec alias vllas tanta liberalitate fouere agentes, & miſe-
rabiles perſonas, perinde ac dictos religioſiſſimos fratres: mox ad eos proficiſcendi conſilium
iniit, ad quos cum perueniſſet Græcus impoſtor, & non minus piè, quàm magnificè eſſet in Regio
aduenarum diuerſorio exceptus, ſuſcitatur ab eo per interpretem, vt cauſam aduentus expone-
ret, & aliqua de viſis in itinere narraret: Reſpondit Arintheus, alios quidem Indias petere, vt
D *congregatis theſauris, corporis commoditati conſulant, alios verò vt verbum Dei ſeminent, &*
fructum inde colligant animarum, ſe terrenas nil exiſtimare diuitias, miniſterio autem verbi
Dei indignum ſe omnino cognoſcere, quapropter illuc tantùm acceſſiſſe, vt rediuiuum naſcentis
Eccleſiæ feruorem oculis conſpiceret, ac frigeſcens eius erga Deum charitas efferueſceret, in pri-
miſq. admiratum eſſe Illuſtrium fratrum concordiam, benignitatem cum pietate coniunctam:
Regio enim Principatu inſolentèr nequaquam ſe extollerent, nihil non diligentiæ,& curæ adhi-
berent ad eos ſubleuandos, quos itinere defeſſos, egeſtate inopes, infirmitate labefactatos conſpi-
cerent, atque ad eam rem non ſeruorum, ſeu ſtipatorum opere vſos eſſe, ſed ipſoſmet hoc fungi mi-
niſterio, adire manſiones, ægrotis in lecto decumbentibus curationem adhibere, ſingulis neceſſa-
ria ſuppeditare, omnia denique amore Chriſti alia munera obire, quæ ſerui, & ancillæ exequi
ſolent; non poſſe in præſentia aliqua de viſis in itinere in medium afferre, cum lepida, & iu-
E *cunda, quæ coram Principibus poſt epulas tractare conuenit, in mentem non veniunt, præoccu-*
pata memoria calamitatibus, quas conſpexit pati Chriſtianos, qui tyrannica Turcarum ſerui-
tute premuntur, quibus proſpici poſſet, ſi aurea illa vaſa, gemmis vndique nitentia, quibus in
poculis vtuntur, in redemptionẽ eorũ inſumerentur; tunc tunc eſſent verè pretioſa, dira enim fa-
mes, ſitis vrent, moleſta nuditas, labores vltra vires, inhumana verbera ceſſarent; compedes,
& vincula ſoluerentur, vinida, & feſſa membra recrearentur, plagæ curarentur, homo libe-
raretur à morte, fœmina ab impuritatibus barbarorum, quæ grauiores morte ſunt; adoleſcentu-
li, paruuli, & omnis ætatis homines ab idolorum contagijs, & blaſphemijs Mahometanorum, ad
quas mortis metu impelluntur, pręmijs, & blanditijs alliciuntur, deſperatione redemptionis in-

quinantur

quan antur; tunc humandis fidelium reliquijs ſpatia eſſent laxata in ſepulturis Chriſtianorum, A
requies eſſet defunctorum, ciuis patriæ, liberis pater, vir reſtitueretur vxori, auro pretioſa li-
bertas emeretur, anima è naufragio Fidei in portum Eccleſiæ reuocaretur; o verè aurea vaſa, quæ
animas a morte redimere queunt; o vtile aurum, aurum, quod probari poteſt, & verus theſau-
rus Domini appellari, cum ab hoſte redimeret, quos ſanguis a peccato redemit. Hæc ſubdolus
Arintheus è conſilio dictabat, vt ſi voluntatem Regis, vel fratris ad tale miſericordiæ opus com-
moueret, reſq. ſibi crederetur, maximam pecuniarum quantitatem corraderet, ſin minus, pios
Principum animos erga ſe beneuolos redderet, qui tali zelo æſtuare ſe oſtendebat, vt inde facilior
ſibi eſſet via ad componendos dolos, & fallacias conſtruendas. Sic humilitatis ſpeciem ore, &
habitu prætendens honorem ſui, & reuerentiam cunctis iniecerat, vt virum ſanctum iam omnes
haberent, minus memores, periculum eſſe in falſis fratribus, qui veniunt in veſtimentis ouium,
intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. Quid plura? iuxta votum expedita res eſt; nam Thomas
Regis frater, audito etiam ab ipſo de Locis ſanctis, vbi ſummũ Redemptionis opus conſumatum
eſt, ita zelo pietatis, & charitatis ardebat, vt facta ſibi a fratre facultate, ingentem theſaurum B
colligeret, & ea, qua decet deuotione, ad ſacra pergeret Loca, ibiq. dira ſeruitute quos conceſſum
eſſet, Catholicos redimeret. Iam poſt longam æquoris nauigationem cum ad quendam portum
appuliſſent, ſuaſit Arintheus, vt nauim Olandenſem conſcenderent, qua in Regionem Turcha-
rum faciliùs vehi potuiſſent. Sed quid molitur ſcelerum primarius architectus? cœptam auget
audaciam, & alios ſibimet conſociat ad furorem; ſuis namque inſtitutis iniquitas delectatur, &
ſemet ipſam non deſerit, cum ſemel præcipitata corruerit: pandit nauiculario, & ſocijs theſau-
rum, quem Peguani aſportabant, dicit impium eſſe opus, vt in manus Turcharum deueniret,
ſuadet prædam cum nece coniunctam, ad coniurationem impiæ conſpirationis naculetas impel-
lens, hoc ab illis velut precario iure poſtulauit, vt incunctantèr ei ad tale facinus præſtarẽt auxi-
lium, cuius illi perdita audacia ſtupefacti, auaritia tamen allecti, pertractatum ſcelus implere
non dubitarunt, & (vt vnico verbo infandum crimen exponam) omnes Peguanos in mare C
proiciunt, diuiſis inter ſe pietatis ſpolijs opimis. O perditum hominem; o verè Protheum, qui
omnem, quam ſibi vellet, formam ſuperinducebat: hiccine ille eſt, qui paratum ſe iactitabat
profundere proprias opes, vt captiuos redimeret, & nunc ſurripit alienas ad redimendum pa-
ratas? animam ponere pro fratribus profitebatur, nunc mortem paras domino? ſubmiſſa voce
crebris ſuſpirijs compati alienis calamitatibus ſimulabat, nunc mira impudentia ſacrilegas ma-
nus in Sacerdotem Dei extendere non horret? ab horco infidelitatis reuocare animas ſuadebat,
nunc eiuſdem ſuaſionibus manibus diaboli animas naculetarum cum propria committit? Fidem
ſanctiſſimam in hac vita qui putat, poteſt ei non inimicus eſſe, qui Dominum ſuum conſilijs
commiſſis, pecunia tradita, omnibus creditis ſpoliare, prodere, oppugnare auſus ſit? Negari non
poteſt, hoc facinore confirmatos fuiſſe in captiuitate tot Chriſtianos, quot redempti eſſent theſau-
ro rapto, & omnium reum effectum eſſe Arintheum cum ſocijs. Quare ſupplicat humilitèr de- D
uotus S. V. Orator Fiſci Procurator, vt cauſam, & cauſas prædictas a ſe auocare, illamq. & il-
las, cum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis alicui ex alma Vrbis
Iudicibus, vel ſi magis placet, Auditori Cameræ committere, & mandare dignetur. Et ſi vlte-
rius quæras, ad quid coram ſummo Pontifice, ſacroq. Cardinalium Cœtu (tunc tempo-
ris) fabuloſa iſta enarratio? Gòmeſius in compendio vtriuſque Signaturæ vices ſupplebit
meas, hæc ſcribens. Sed quare Papa in Conſiſtorio publico ſignat prædictas Commiſſiones, ra-
tionem ponit Gloſſator hìc, videlicet, quòd ideo hoc facit Papa, vt cuncti videant,
quòd facit iuſtitiam. Sed iſta ratio iudicio meo fragilis eſt, quia Papa non indiget demon-
ſtratione benefacti, cum ex ſe ipſo ſoleat, & palàm, & occultè, ſemper, & vbique iu-
ſtitiam miniſtrare, & cum ſit notum omnibus, non oportuit illum illa demonſtratione
in Conſiſtorio publico vti, nam ex eo quia ibi in Commiſſionibus petitis dicit alta voce, Placet, E
non per hoc facta eſt iuſtitia, cum adhuc requiratur, quod illa Commiſſio ſignetur, & poſtea iu-
dici, cui committitur, præſentetur, qui cuncta rimando iuſtitiam miniſtrabit: non igitur per ver-
bum, Placet, quo vtitur Papa in Conſiſtorio, ſtatim facta eſt iuſtitia, cum ibi ſententiam non
proferat, quod eſt propriè iuſtitiam facere, ſed ille actus prolationis ſententiæ poſtea ex interual-
lo per iudicem, qui fieri debet, qui quidem actus non videtur ab omnibus, quia in Conſiſtorio ſo-
la Commiſſio ſignari mandatur, quæ multa requirit, antequam ad effectum perducatur. Alia
eſt igitur ratio, quare Papa ſignat ibi Commiſſiones: nam ex quo duo Cardinales Diaconi va-
dunt

A *dunt ad recipiendum, & introducendum nouum Cardinalem, vel Legatum, ne Pontifex cum reliquis Cardinalibus permanentibus in Conſiſtorio videantur medio illo tempore expectare, ac etiam ne oſtendat Papa, quòd tantùm ibi adeſt propter hoc negocium, & nihil aliud agere, tempus illud vacuum in iſtis actibus occupatur, ac in propoſitionibus dictarum Commiſſionum teritur, quas ex arte, & ingenio Aduocati Conſiſtoriales ſæpe confingunt, caſus atroces, & crudeles proponentes, & verbis duris, & fictis exagerantes, vt tempus illud vacuum impleatur. Sunt tamen qui dicant, quòd illas propoſitiones Commiſſionum mandat fieri Papa, vt oſtendat principaliter, propter adminiſtrationem iuſtitiæ Conſiſtorium, non autem propter nouum Cardinalem, vel Oratorem recipiendum indixiſſe, quaſi quòd illo die Papa pro tribunali ſedere videatur, volens ius publicè dicere, qua de cauſa omnia Tribunalia Vrbis ceſſant, ipſo tunc ius dicente. Tamen hoc non quadrat, quia Papa ſemper ius dicit, ſiue publicè, ſiue priuatè actum faciat, l. fin. C. de legib. &c. Et quòd ceſſent eo die omnia Tribunalia, non ex eo cauſatur, quòd Papa pro Tribunali ſedeat, quia hoc ſemper facit, ſed quia per ceſſationem Tribunalium maior ho-*
B *minum concurſus ad Conſiſtorium Papæ accedat, quod non fieret, ſi Iudices, & alij Curiales negocijs ſuis intenderent, & occuparentur, vt ſic per illum concurſum exteræ gentes, quæ illo die publici Conſiſtorij ad Papam accedunt, decus, & maieſtatem Summi Pontificis, quæ per concurſum plurium Prælatorum, & perſonarum magis repræſentatur, admirentur &c. Redeundo igitur ad propoſitum, concludendo, ideo Papam in Conſiſtorio publico ſignaturam illarum Commiſſionum illorum caſuum introduxiſſe, vt tempus illud vacuum, quo vel noui Cardinales, vel Oratores introduci expectantur, agendo aliquid, conſumatur: nam hoc faciendo, non etiam deſinit, quando caſus veri accidunt, & proponuntur, iuſtitiam miniſtrare. Nam hic mos, & ſtylus hodiernus ſignando ſupplicationes in Conſiſtorio, & mandare fieri proceſſus criminales aduerſus malefactores, & rebelles ad inſtantiam Procuratoris fiſci, antiquus fuit, vt dicit Boniſac. Vital.*
C *in Clem. 1. in prin. de iudic. &c. Igitur dum iſta in Conſiſtorio aguntur, interim Cardinales creandi, vel noui Oratores, aut Legati a Legatione redeuntes introducuntur, pro quibus omnibus recipiendis ſolet Conſiſtorium publicum, cum obſeruatione quarundam Cæremoniarum indici, quæ latiùs in libro Cæremoniali deſcribuntur &c.*

Cinciam Proſapiam, de Cinthijs etiam (forſan cum Innatis inſignibus colludendo) nuncupatam, inter primarij Romani ſanguinis Familias vetuſtiſſima ſerie floruiſſe, nemo hæſitat. Omitto Quintum Cincinnatum Romanorum Conſulem, Tribunum, ac Dictatorem; Marcum Cincium Tribunum, a quo Lex Cincia, munera vetans, emanauit; Cincium, tempore Gregorij VII. Vrbis Præfectum (infauſtæ licèt recordationis hominem) aliaq. vetuſtioris æui omitto, peculiari forſan deſcriptione ab erudito calamo edenda. Orbi dedit (Ciaconij aſſertione) Ioannem Decimum ſummum Pontificem, anno 914. ad ſupremum Solium euectum. Cynthium Cincium, anno 1193. ſacro inſignitum
D oſtro. Ex eadem prodiere Ioannes, anno 1237. Senator Vrbis. Petrus, circa annum 1380. Tiburtino Epiſcopatu inſignitus. Chriſtophorus Vaticanus Canonicus, Pauli Quarti generalis Theſaurarius. Gaſpar eiuſdem Baſilicæ Canonicus, vtriuſque Signaturæ Referendarius, anno 1574. Melphienſis Epiſcopus promulgatus. Ludouicus Vaticani itidem Templi Canonicus, annoq. 1625. ad Tudertinam Eccleſiam euectus. Vixit ad hanc ferè diem Tiberius Cincius Romanus, ipſius Ludouici germanus frater, inter Vaticanos Canonicos primùm aſcitus, mox Æſinus Epiſcopus anno 1621. electus, denique ab Innocentio Decimo anno 1645. in ampliſſimum Cardinalium Ordinem adſcriptus. Nec omittendus *Antonius* (ſic in m. s. documento) *Franchus de Cencys Guidonis de Regione Tranſiyberim Domicellus Romanus*, a Bonifacio Nono Poteſtas Core ad ſex menſes electus. Floruit Iuriſconſultus eximius Ludouicus Cencius Peruſinus, qui
E Tractatum admodum vtilem *De Cenſibus* elaborauit, ac edidit.

CCLVI.

FRANCISCVS CVLTELLVS **Bononienſis**. Ex Antonio, Annibalis I. C. Cultelli, & Iulia, Cæſaris de Zanis de Bononia natus. Menſe Octobris 1592. in vtroque iure laureatus fuit in Patria. Nicolao Zambeccario Conſiſtoriali Aduocato vita functo, Gregorius XV. in vacantem locum Fabium Albergatum ipſius Pontificis affinem (Nicolai Albergati S. R. E. Cardinalis Ludouiſij nuncupati germanum fratrem) deſignauerat, ſed repentina Fabij inter Patres Societatis Ieſu aggregatio promulgationem prohibuit. Viuebat Cultellus in foris Vrbis verſatiſſimus, Fabricæq. Vaticanæ Baſilicæ Aduocatus, dum anno 1622. Aduocatorum Conſiſtorialium Conſortio datus fuit. Aduocati pauperum coadiutoriam geſſit. Romani Gymnaſij Rector ſæpius deinde deputatus. In publico Conſiſtorio, die Iouis prima Aprilis 1632. conuocato, eleganti oratione præclara Hieronymi Æmiliani, Congregationis Somaſchæ fundatoris, facinora indicauit. Decanatum Collegij anno 1643. a Rubco dimiſſum optauit. Eodem anno, dieq. tertia Decembris in publico Conſiſtorio Ioſephi a Leoniſſa Ordinis Capuccinorum virtutes enarrauit. Anno 1647. menſe Septembris die Mercurij 18. hora 16. ætatis ſuæ anno 75. mortalia deſeruit, & in poſtremo, quod condidit, ſuæ voluntatis elogio, erga Aduocatorum Conſiſtorialium Collegium beneuolentiam patefecit: Sequenti die in ſacra Prædicatorum Æde, præſentibus Collegis Aduocatis, Studijq. Profeſſoribus, ſolemni funere iuſtis perſolutis, fuit ibi cadauer terræ traditum. Floruit in Vrbe Franciſcus Chriſtiana pietate, legumq. peritia non exiguè commendandus; Ludouiſijs Principibus charus, & ipſorum vberiùs munificentiam expertus fuiſſet, niſi Gregorij XV. mors ſpem ſuccidiſſet. De ipſo Alidoſius inter Iuriſconſultos Bononienſes pag. 88. *Franceſco d'Antonio dal Coltello à . . . . d'Ottobre 1592. E nel Collegio de' Giudici*: & in appendice pag. 26. *Franceſco Coltelli 1592. E nel Collegio ciuile, & Auocato Conciſtoriale in luoco del Zambeccari. Hà in Stampa Conſegli*, at quoad Conſilia, æquiuocum cum Franciſco patruo, opinor.

Romana emicuit in Aula Franciſcus Cultellus ſenior, Antonij germanus frater, Franciſci noſtri patruus, Iureconſultus inſignis, qui a Farin. q. 39. de indit. & tortur. nu. 116. appellatur *celeberrimus illius temporis Aduocatus*, & eius Conſilium ibi annectitur: num. 147. *doctiſſimus*: & conſ. 136. num. 17. *famoſiſſimus* nuncupatur: iterumq. in tit. de var. ac diuerſ. quæſt. q. 103. alterum ipſius Reſponſum inſerens, vocat illum num. 222. *doctiſſimum virum Franciſcum Cultellum Bononienſem, dum vixit, in criminali materia primarium Vrbis Aduocatum*. De eodem ſic loquitur epitaphium, in Prædicatorum Romano Templo marmore extructum.

Franciſco Cultello nobili Bononienſi I. V. C. Præclariſſimo
ob ſpectatam eius integritatem, cæteraq. virtutum ſuarum merita
quatuor Summorum Pontificum
Iulij III. Marcelli II. Pauli IV. & Pij IV.
gratia
Apoſtolici Aerarij Fiſci Procuratori
vt prouinciæ, & muneris ſibi commiſſi
ſtrenuè, prudenterq. ac maxima cum pietate
adminiſtranti
ſingularis vitæ probitatis, egregiæ peritiæ, & eruditionis
illius memoria conſeruaretur
hoc ſibi monumentum
Nicolaus, & Antonius fratri amantiſſimo

non

A non ſine lacrymis, & mœrore poſuere.
Vixit ann. XLVI. Menſ. VIII. Dies XXVI.
Obijt Anno Sal. MDLXIV. Prid. Kal. Septembris.

ANTONIVS CERRVS Papienſis. Ex Ioanne Chriſtophoro (filio
Ioannis Iacobi de Cerris, & Mariæ Galaratæ) & Angela, Antoni-
ni de Cataneis Mortariæ natus. In Papienſi Ciuitate iuridica lau-
rea anno 1595. donatus, ibidem Iuſtiniani Inſtitutiones penè ado-
leſcens, ſumma cum aſtantium admiratione, publicè profeſſus eſt.
Romam demigratus, ibi Aduocati munere perfunctus eſt tanta cum
B omnium laude, vt nedum primarius eſſe, & haberi meruerit, ſed vni-
co forſan exemplo, omnium ferè Italiæ, Vrbiſq. Principum patroci-
nio præfulſerit: Hoc nomine Excellentiſſimæ *Barberinæ* Proſapiæ, inter alias potiſſimùm
addictus erat, & apud Maphæum S.R.E. Cardinalem Barberinum, literatorum Mœcena-
tem celeberrimum beneuolentiā ſibi pepererat, quando ad ſummi Apoſtolatus faſtigium
hic idem euectus, & Vrbanus VIII. nuncupatus, ſtatim, nempe die quinta Decembris
1623. Motu proprio, *Antonium* (verba Breuis) *Sanctitatis ſuæ Cubicularium ſecretum, li-
cèt vxoratum adhuc, Palatij Apoſtolici, & Aulæ Lateranenſis Comitem, auratæ Militiæ Equi-
tem, nobilem Romanum, & Vrbis Romæ, omniumq. & ſingularum aliarum Ciuitatum, Terra-
rum, & Locorum S.R.E. Ciuem* ampliſſimis cum priuilegijs, & exemptionibus, renuncia-
uit: nec non eidem conceſſit, vt, *honoris cauſa, Inſignia Gentis Barberinæ, ſiue integrè, ſiue
C cum ſuis compoſita, geſtare poſſet*: & gratias gratijs addendo, ipſum Franciſci Cardinalis,
eiuſdem Vrbani ex Carolo fratre nepotis, omni eleganti eruditione perpoliti, proborumq.
fautoris eximij, cui tunc totius Eccleſiaſtici Status cura incumbebat, generalem Audito-
rem promulgauit. Mox Fauſto Caſarello anno 1624. ad S. Seuerinæ Archiepiſcopatum
promoto, Antonius vti Ciuis Ferrarienſis inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos ipſius Ponti-
ficis munificentia ſedit, a quo præconia huiuſmodi in Motu proprio promeruit. *Nos vo-
lentes dilectum filium Antonium Cerrum Ciuem Papienſem I. V. D. ex primarijs Romanæ Cu-
riæ Aduocatis, noſtrum a Cubiculis verum, ac continuum Familiarem, & Commenſalem, ac
Reuerendiſſimi Franciſci S. R. E. Cardinali Barberini noſtri ſecundùm carnem ex germano fra-
tre nepotis Auditorem generalem, notum apud Nos de literarum ſcientia, vita, ac morum hone-
ſtate, alijſq. probitatis, & virtutum meritis multiplicitèr commendatum, horum intuitu fauore
proſequi gratioſo &c.* Fiſci, Cameræq. Apoſtolicæ Aduocatus renunciatus, Spadæ iuniori
D ſucceſſit. Mox vita functa Antonij vxore, inter vtriuſque Signaturæ Referendarios, cum
retentione Aduocationis Conſiſtorialis, & Fiſci, Cameræq. Apoſtolicæ, die 14. Auguſti
1632. adſcriptus, & in ſacra Rituum Congregatione Promotor Fidei pronunciatus. Poſt
plurimos ſummis in Sedis Apoſtolicæ negocijs labores omni cum laude peractos, Con-
gregationis ſuper Confinibus Status Eccleſiaſtici Prælatus, a Secretis Contracedularum
Cardinalis Vicecancellarij ſpecialitèr deputatus, varijſq. muneribus optimè perfunctus,
tandem die prima Maij 1642. in Vrbe, maximo ſui deſiderio relicto, mortalitatem ex-
pleuit. Vixerat Antonius Cerrus Iuriſconſultus omnium conſenſu doctiſſimus, ingenij
acumine, Iuriumq. peritia celeberrimus, & Senatus, Populuſq. Romanus tertio Idus
Aprilis eundem *Perilluſtrem* (verba Priuilegij) *Virum Antonium Cerrum I.V. D. Papien-
ſem, & in Romana Curia Aduocatum, rebus omnibus ornatiſſimum, ex priſca, & nobili Fa-
E milia de Cerris Papienſi oriundum, virtutis, integritatiſq. nomine præſtantem, deq. Romano
nomine optimè meritum, Romana Ciuitate donandum, inq. Senatorum Ordinem meritò coop-
tandum cenſuit &c. quodq. tam ipſe Antonius, quàm omnes ab ipſo venientes, Ciues, Nobiles,
Patritijq. Romani, eodemq. iure eſſent, quo Ciues, Nobiles, Patritijq. Romani nati*, decreuit.
Vrbs verò Ferrarienſis die 22. Decembris 1623. Ciuem ſuum paritèr eſſe voluit Anto-
nium, cum omnibus ſuis filijs, ac deſcendentibus, *attenta eiuſdem generis dignitate, morum
probitate, ingenij doctrina, fide, prudentia, & integritate in reſpondendo de iure, in legibuſq.
& iudicijs adminiſtrandis*. Ciuitas quoque Vrbeuetana Patria mea tanti fecit Antonium

Digitized by Google

Cerrum, vt Ciuem ſuum, cum omni eius deſcendentia, egregio præconio renunciatum,
omni Ciuitatis priuilegio frui poſſe voluerit. Ciuitas verò Papienſis in Conſilio genera- A
li, die 3. Maij 1640. conuocato, decreuit, vt (verba Decreti) *perſpectis Illuſtriſſimi, & Re-*
uerendiſſimi D. Antonij Cerri Concinis, & Aduocati Conſiſtorialis, & Fiſci Patroni in Vrbe,
Generis, & Familiæ nobilitate, & conſpicuis animi dotibus, ipſe, & eius deſcendentes (li-
cèt Romæ degerent, ibi domicilio conſtituto) *& Familia in infinitum Decurionatus munere*
(quod ibi ſummum eſt) *in Ciuitate Papiæ perfrui valeant*; adiecto vlterius præconio, *vt*
inde & Familia ipſa, & eadem Ciuitas de tanti viri aſcriptione poſſit vicisſim gloriari, & que-
madmodum ille gratum Patriæ ſe præbuit, ita ſanè videatur Ciuitas gratias referre. Præter
tot Antonij decora, quibus egregiè naturæ, & ingenij dotibus inſignis obierat, ſi quæ in-
ter mortales laudis eſt, veterem Domum ſuam in Vrbe ampliorem reddiderat, nobili
acceſſione a fundamentis extructa; Sacellumq. in Farneſiano Templo, ad ipſius, ſuorumq.
ſepulturam a Patribus Societatis Ieſu acceptum, Diuoq. Carolo dicatum, pretioſis la-
pidibus, ſtatuis, ac picturis exornare incœperat, & perfici, morte preuentus, manda- B
uerat, vti Carolus filius perfecit; ibi cineres Antonij quieſcunt, quibus ſanè, non tantæ
ipſius virtuti, meritiſq. extrui potuit, ſepultura. Nonnulla ipſius Cerri Reſponſa inter
Conſilia Farinacij leguntur impreſſa, præcipuè conſ. 162. 186. & 201. ea perlege, lector,
nam ab vngue leonem agnoſces; vtinam reliqua typis euulgarentur. Quæ ſequuntur
promeruit Antonius præconia a laudatiſſimo, vitæq. probatiſſimæ Sidoniorum Epiſcopo
Scannarolo in ſuo recentiſſimo Tractatu de viſitat. carcerat. pag. 102. *Antonius Cerrus*
(Fiſci Aduocatus) *qui inſignis Aduocati elogium a Rota promeruit deciſ. 327. num. 3. par. 4.*
recent. omnium penè Italiæ Principum patrocinio, ac lectiſſimo etiam Vrbani Octaui, & Fran-
ciſci Cardinalis Barberini iudicio comprobatus, dum ab vno in præcipuis Sedis Apoſtolicæ nego-
cijs, ab altero in ſui generalis Auditoratus munere aſcitus fuit.

Floret in Vrbe Carolus Cerrus, Antonij filius, ſacræ Romanæ Rotæ Auditor, de quo,
cum & ipſe ſacri Conſiſtorij Aduocatus extiterit, inferius agam. Viuit Vrbanus Cerrus, C
ex Franciſco altero Antonij genito, Antonij nepos, magnæ ſpei adoleſcens, legali Iuriſ-
prudentia, multipliciq. ſcientiarum cumulo decoratus; Muſarum amicus, latino, mater-
noq. idiomate carmina pandens, iam aliqua prælum nobis dedit. Viget Antonij alterius
Cerri præſtantis Poetæ fama, qui præter cætera literaria monumenta, edidit *Carmen de*
Deiparæ Virginis Imagine, & ſimbolicis eius Nominibus. In Ciuitate quoque Mediolanen-
ſi enituit Familia de Cerris, è qua, alijs omiſſis, prodiere Annibal, & Ioannes Baptiſta,
inter nobiles Collegiales Mediolani Iuriſconſultos cooptati: & è Ciuitate Placentina
prodijt Ludouicus Cerrus Medicus, & Poeta non vulgaris.

D

IOSEPH BAYLA Pedemontanus, de Monte Regali. Ex Iacobo,
Michaelis Baylæ, & Bernardina, Ioannis Gandulphi de Monte Re-
gali anno 1585. ortus. In ea Ciuitate die 17. Iunij 1608. Doctora-
li laurea cohoneſtatus. Cum Maria Maghalena, Garzilaſchi Ceuæ
filia, Franciſci Adriani Ceuæ (Vrbani poſtmodum VIII. Cubiculi
Præfecti, ad Galliarum Regem Apoſtolici Nuncij, denique S. R. E.
Cardinalis) ſorore matrimonio deinde iunctus. Apud Pedemon-
tanos de iure diſertiſſimè reſpondendo famam ſuo nomini adeptus,
varijſq. muneribus non ſine laude perfunctus, anno 1625. ad Vrbem accitus, Ceuæ pre-
cibus (tunc apud Vrbanũ VIII. Cubiculi Pontificij Præfecturam gerentis) Conſiſtorialis E
Aduocatus, & Pauperum vice Iulij Benigni Theſſalonicenſis Archiepiſcopi promulga-
tus. *Literarum ſcientia* (in Diplomate) *ac ſinceræ, quam erga Nos, & Apoſtolicam Sedem*
gerere dignoſceris, fidei, ac deuotionis affectus, egregiaq. virtutum dona, quibus te a Domino
multipliciter inſignitum eſſe accepimus, promerentur, vt tuis honori, & commoditatibus præci-
puo paternæ charitatis affectu conſulentes, tibi, quantum cum Domino poſſumus, reddamur ad
gratiam liberales &c. Pauperum, aliorumq. iura tutatus eſt piè, aſſiduè, egregiè. Anno
1631. in publico Conſiſtorio conuocato die 29. Aprilis recenſuit præclara facinora So-

roris

roris Annæ de S. Auguſtino. Die Lunæ 13. Menſis Aprilis 1643. pro dimiſſione (ſeù
A potius vt rata haberetur dimiſſio) Cardinalitiæ Dignitatis nomine Mauritij olim Cardi-
nalis a Sabaudia in Conſiſtorio inſtitit : ibi geſta , quibus ego ſpeciali Summi Pontificis
aſſenſu interfui, infra vberrimè recenſebo . In publico Conſiſtorio, die 16. Iulij eiuſdem
anni conuocato, Margaritæ a Sabaudia Amedei Secundi filiæ præclaras enarrauit virtu-
tes. Anno tandem 1645. die vndecima Auguſti, hora vigeſima tertia , in domeſtica bi-
bliotheca grauiſſimo oppreſſus morbo , modico deinde interuallo , intempeſtiuè , proh
dolor, morte ferè repentina occubuit in Vrbe . Cadauer ad Eccleſiam Diui Gregorij de-
latum, in ſepulchro, quod viuens Coniugi prædefunctę, ſibiq. extruxerat , reconditum
fuit, vbi hæc legitur inſcriptio .

D. O. M.
B MARIÆ MAGDALENÆ BAYLÆ CEVÆ
CONIVGI OPTIMÆ CHARISSIMÆ ET BENEMERITÆ
IOSEPHVS BAYLA
CONSISTORIALIS ET PAVPERVM ADVOCATVS
A MONTE REGALI PEDEMONTIVM
MOESTISSIME POSVIT.
OBIIT XII. SEPTEMBRIS MDCXXVII.
ÆTATIS SVÆ ANNO XXVI.

C

Ad Collegarum memoriam, quæ in recenſita Cardinalatus dimiſſione peracta fuerunt,
refero . Die Lunæ 13. menſis Aprilis 1643. in Vaticano Palatio conuocatum fuit Con-
ſiſtorium, in quo primùm Pontifex Cardinales publicè audiuit , Aulaq. deinde clauſa ,
fuerunt Conſiſtorialia peracta : mox Pontifex breui ſermone Cardinales eſt alloquutus
de dimiſſione præfata facienda . Illicò in Cameram Conſiſtorij a binis ſacrarum Cære-
moniarum Magiſtris introducti fuimus Comes Arrighinus Rotarius ſpecialis Procurator
Mauritij olim Cardinalis a Sabaudia, Bayla , & ego Conſiſtoriales Aduocati ; primò in-
cedebant Cæremoniarum Magiſtri, nempe Carolus Antonius Vaccarius , & Dominicus
Bellius, deinde Comes Rotarius, Bayla, & ego : in ingreſſu Conſiſtorij , inclinato altero
D genu, de more Pontificem venerati fuimus, & progredientes extra ſcamna Cardinalium
(quadraturam nuncupant) è conſpectu Pontificis hoc ordine genua fleximus : Comes
Rotarius Clericali veſte indutus in principe loco, in ſecundo Aduocatus Bayla , Conſi-
ſtoriali violacea toga indutus, in tertio prope Comitem Vaccarius, in quarto prope Bay-
lam Bellius, ego autem non procul a Bayla, conſueta quoque Conſiſtoriali toga indutus:
eodem tempore cubiculum ingreſſi ſunt Ægidius Vrſinus de Viuarijs Patriarcha Hiero-
ſolymitanus, & Pontificis Datarius, Fauſtus Polus Archiepiſcopus Amaſiæ , & Pontificij
Palatij Præfectus (deinde S. R. E. Cardinalis, & Vrbeuetanus Epiſcopus) qui vti teſtes
vocati fuere; Aloyſius Homodeus (nunc S. R. E. Cardinalis , & Legatus Vrbinatenſis)
& Antonius Marullus Prothonotarij Apoſtolici de numero participantium , pro rogitu
reſignationis vocati , & Hieronymus Lanuuius vtriuſque Signaturæ Referendarius , qui
E poſt ſcamna Diaconorum Cardinalium ſteterunt : introducti quoque fuere Franciſcus
Adrianus Ceua Papæ Status, & a Secretis Principum (deinde S. R. E. Cardinalis) Iu-
lius Roſpiglioſius Breuium ad Principes Secretarius (deinde Apoſtolicus apud Hiſpa-
niarum Regem Nuncius, mox Vrbis Gubernator, nunc verò Papæ Status , & a Secretis
Principum) & Lucas Holſtenius Collegij S.R.E. Cardinalium Clericus (nunc Vaticanę
Baſi icæ Canonicus, & Bibliothecæ Pontificiæ Cuſtos) qui vice Ioſephi Frenfanelli eiuſ-
dem Collegij Secretarij, aduerſa valetudine laborantis, interfuit : admiſſi demum fuere
Angelus Georius Pontificij Cubiculi Præfectus (nunc S. R. E. Cardinalis) & Roſciolus

CCLX.

Pontificius Pincerna vterque intimus familiaris, qui a ſiniſtris Solij prope ianuam ſteterunt. His omnibus in Aulam intromiſſis, Aduocatus hæc protulit verba. *Beatiſſime Pater. Comes Arrighinus Rotarius Magnæ Crucis Ordinis SS. Mauritij, & Lazzari Eques, & Magnus Hoſpitalarius, Mauritij olim Cardinalis, & mox Principis a Sabaudia ſpecialis Procurator hoc legitimo ſuffultus mandato ad ſolemnitèr approbandam, ac ratificandam Cardinalatus Dignitatis ceſſionem, ac dimiſſionem, in manibus Nuntij Taurini degentis, Sanctitate Veſtra annuente, factam, habet ad S. V. & ad ſacrum Collegium literas, quas humilitèr ſupplicat, vt recipere dignetur, illiſq. lectis, benignè audire, quæ habet in mandatis.* His prolatis, ſiluit. Tunc ſurgens Cæremoniarum Magiſter, literas a Comite recepit, & procuræ Mandatum ab Aduocato, ante Pontificem detulit, literaſq. ad Sanctitatem ſuam ſcriptas Iulio Roſpiglioſio porrexit, literas verò ad sacrum Collegium conſcriptas, ac Mandatum procuræ Holſtenio tradidit: iuſſu Pontificis, Roſpiglioſius ſtans ad læuam prope Pontificem, clara voce earum ſenſum expoſuit, videlicet. A

B

Beatiſsime Pater.

Quibus ex cauſis ab eccleſiaſtico ſtatu ad connubialia vota tranſire operepretium exiſtimauerim, ſatis notum eſt veſtræ Beatitudini, cuius ſummæ prudentiæ calculo approbata, & peculiaribus gratijs ad actum reducta fuit hæc deliberatio: indulſit enim S.V. vt coram Epiſcopo Montis Faliſci Apoſtolicæ Sedis Nuntio Dignitatem Cardinalitiam cũ omnibus titulis reſignarem, quod ex prædicta formula ita exactè peractum fuit, vt nihil amplius deeſſet, quàm vt aliquem mitterem, qui vicem meam ſuſtinens, quæ tantæ Dignitati debentur, & quæ ipſe perſonalitèr præſtare non potui, cum ſolitis cæremonijs perſolueret. Ad id elegi Comitem Henricum Rotarium magnæ Crucis Equitem, & magnum Hoſpitalarium ſacræ Religionis SS. Mauritij, & Lazari, virum è præcipua huius Regionis Familia ortum, qui cum ſufficienti, & amplo mandato, Sanctitatis Veſtræ, & ſacri Collegij conſpectum adibit, ea omnia peracturus, quæ ſingularem reuerentiam exprimere, & obſequentiſſimi animi mei imaginem referre lucutentiùs poterunt. Sanè quantum in me effeci, vt ad intra præſtitutum quadrimeſtre abſolueretur, verùm multæ grauiſſimæ cauſæ, & ineuitabilis ferè neceſſitas ad hanc vſque diem differre coegerunt. Quare Sanctitatem Veſtram ſupplex precor, vt inuoluntariam moram temporum conditioni referens, me in tempore reſtituere, & congruam termini prorogationem ad præmiſſa peragenda, & exequenda dignetur concedere. Accedet innumeris, quas iam accepi, hic non exiguus, quem omnino expecto, gratiarum cumulus, & Deum interim pro viribus oro, & Beatitudinem Veſtram omni cumulet bono, ſanctiſſimoſq. deoſculor pedes. Taurini die 9. Martij 1643. C

Sanctitatis Veſtræ D

Humiliſſimus, & obſequentiſſimus filius, & ſeruus

Mauritius.

Immediatè Holſtenius, ſtans prope Roſpiglioſium, legit literas ad ſacrum Collegium verbis hiſce conſcriptas.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. DD. mei Obſeruandiſs. E

Poſt ciuiles diſcordias, quibus hactenus cum maxima harum Ditionum iactura mea Domus exarſit, ſummum propemodum fuiſſet gaudium, quod exoptatiſſima tandem mihi attulit pax, niſi eadem ſimul, & ſemel exegiſſet, vt eam Dignitatem deponerem, quam ad hæc vſque tempora ſingulari cum reuerentia ſuſtinui, & quæ tamdiù amabiliſſimo fraternitatis nomine Eminentiarum Veſtrarum in me beneuolentiam, & meum in Eminentias Veſtras deuinxit obſequiũ. Id mihi ſummoperè moleſtum fuit, quod temporum conditio extorſit, ne Sanctitatem Suam, &

Eminen-

Digitized by Google

Eminentias Veſtras perſonalitèr adirem, vt quæ tanta Dignitati debetur, coram perſoluerem.
A Verùm quia Nobis obſtitit publica vtilitatis ratio, id conceſſum eſt communi bono, vt Cardina-
latus inſignia cum omnibus titulis reſignarem in manibus Epiſcopi Montis Faliſci, Apoſtolicæ
Sedis in hac Regione Nuncij, qua in re præſcripta formula peracta ſunt omnia, vt ex tranſmiſ-
ſis documentis Eminentijs Veſtris conſtabit. Vt autem recepta conſuetudini aliquo modo ſatiſ-
facerem, promiſſiſq. me exonerarem, ad Vrbem miſi Comitem Sultiarum Henricum Rotarium
magnæ Crucis Equitem, magnumq. Hoſpitalarium ſacræ Religionis SS. Mauritij, & Lazari,
quem in Procuratorem ſpecialem elegi ad ceſſionem huiuſmodi in manibus Sanctiſſimi appro-
bandam, & ratificandam, & ad cætera, quæ ſuperſunt, cum ſolitis cæremonijs adimplenda. Se-
riùs procul dubio id eueniet, quàm res poſtulaſſet, atque ipſe decreueram, & profectò non incu-
ria, ſed ita cogentibus grauiſſimis cauſis, quarum intuitu Eminentias Veſtras obſecro, vt in-
uoluntariam hanc moram, & quidquid præter intentionem meam ſibi ineuitabilis neceſſitas
vindicauit, æquo, & beneuolo animo ferant. Quos verò erga S. Apoſtolicam Sedem, & am-
B pliſſimum Ordinem poſt depoſitam Cardinalatus perſonam retinuerim ſenſus, ſatis, & abundè
exprimet idem Comes Sultiarum huius epiſtolæ exhibitor, cui haud grauabuntur Eminentiæ Ve-
ſtræ eandem præſtare fidem, quæ mihi præſenti, & alloquenti haberetur, & ego iterim Deum oro,
vt Eminentias Veſtras diutiſſimè ſeruet incolumes, Taurini die 9. Martij 1643.

Eminentiſs. Reuerendiſs. Dominationum Veſtrarum

Hum. Seruus

Mauritius.

C

Illicò idem Holſtenius legit Mandatum procuræ, in hunc tenorem exaratum.

In Nomine Domini Amen. Anno a Natiuitate eiuſdem Domini 1643. die verò vndecima
Menſis Martij, Indictione vndecima, Pontificatus SS. in Chriſto Patris D. N. D. Vrbani Diui-
na Prouidentia Papæ Octaui anno vigeſimo. In mei, & teſtium infraſcriptorum præſentia
præſens, & perſonalitèr conſtitutus Sereniſſimus Princeps Mauritius a Sabaudia, qui aſſerens,
quòd ſuperiori anno 1642. & die 21. Menſis Septembris proximè præteriti, nullo adhuc ex ſa-
cris Ordinibus initiatus, vrgentiſſimis ex cauſis, & præſertim pro bono pacis, & extinguendis
inteſtinis, & ciuilibus bellis, vigentibus ſuper adminiſtratione tutelæ Sereniſſimi Caroli Ema-
nuelis Sabaudiæ Ducis eius ex fratre nepotis in ætate pupillari conſtituti cum Sereniſſima Chri-
D ſtina vidua ipſius Caroli Emanuelis matre, prædictis cauſis, ac officij S. S. obſequentiſſ. adductus,
ſibi expedire affirmauerit a vocatione eccleſiaſtica, & Cardinalitio ſtatu ad laicalia vota tran-
ſire, & præuia Cardinalatus Dignitatis canonica dimiſſione, ſacroſanctum matrimonium cum
Sereniſſima Ludouica Maria ſibi ex eodem fratre nepte cum diſpenſatione Apoſtolica contrahe-
re, quam quidem Cardinalatus ceſſionem licèt nonniſi in manibus Romani Pontificis, & in
Conſiſtorio ex recepto, & inueterato more fieri poſſe optimè nouerit, nihilominus quia negotij
qualitas, & pacis celeritas tantam moram, quantam locorum diſtantia, & itinerum pericula
exigebant, non patiebantur, S. S. humilitèr ſupplicari fecerit, vt ſibi dimiſſionem, & ceſſionem
puram, liberam, & ſimplicem Dignitatis, & Officij ſui Cardinalatus, & tituli S. Mariæ in Via
lata aliàs ſibi aſſignati in manibus Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Gaſparis Epiſcopi Montisflaſ-
conenſis, & Cornetani, apud eundem Sereniſſimum Carolum Emanuelem Ducem Nuntium exi-
E ſtentem faciendi impertita eidem licentia, & facultate eidem Illuſtriſs. S. S. & Sedis Apoſtolicæ
nomine illam recipiendi, ac iuramenta quæcumque per eundem Sereniſſimum Principem Mau-
ritium ratione dictorum Cardinalatus, & tituli præſtita, ſibi relaxandi. Cuius quidem preci-
bus annuens S. S. ita exequi per Illuſtriſs. Nuntium prædictum mandauerit, ita tamen, vt pro
ſeruando, quantum fieri poteſt, more præfato, ac pro decenti tantæ Dignitatis exiſtimatione, de-
bitiſq. S. S. & Sedi Apoſtolicæ obſequijs, idem Sereniſsimus Princeps Mauritius etiam in verbo
Principis in eadem Cardinalatus, ac tituli dimiſsione, & ceſsione deberet ſe obligare ad conſti-
tuendum, & mittendum procuratorem ſpecialem ſufficientem, qui infra quatuor menſes Romæ
in Con-

in Confiſtorio, ac in manibus Sanctiſsimi, inhærendo præfatæ Cardinalatus, ac tituli, aliorumq. A *præmiſſorum dimiſſioni, & ceſſioni iam factæ, illam ritu ſolito, & cum conſuetis cæremonijs approbaret, & ratificaret, vt latiùs patet ex Breui ſub Annulo Piſcatoris expedito ſub die 30. Menſis Iuny anni prædicti 1642. Quæ quidem Cardinalatus dimiſſio, & ceſſio in manibus Illuſtriſs. Nuntij prædicti S. S. nomine recipientis, iuramentaq. & vincula præmiſſa relaxantis ſequuta fuerint, & per eundem Sereniſſimum Principem Mauritium modo præmiſſo ratificandi facta promiſſio, omniaq. in dicto Breui contenta, ſeruata forma, expedita, vt patet ex publico inſtrumento, rogato Notario Denſi ſub d. die 21. menſis Septembris eiuſdem anni 1642. Velitq. modò idem Sereniſſimus Princeps Mauritius procuratorem legitimum ad ceſſionem huiuſmodi in manibus Sanctiſſimi in Confiſtorio approbandam, & ratificandam, aliaq. omnia, quæ iuxta formam Breuis, & obligationis prædictæ ſuperſunt peragenda, & adimplenda, ad Vrbem iam ad hunc effectum ſpecialitèr tranſmiſſum conſtituere; hinc eſt, quòd confiſus de prudentia, fide, & integritate Illuſtriſſimi Henrici Rotary Sultiarum Comitis, magnæ Crucis, & magni Hoſpitalary* B *S. S. Mauritij, & Lazari, præfatus Sereniſs. Princeps Mauritius a Sabaudia eundem Illuſtriſs. Henricum Rotarium fecit, creauit, conſtituit, & deputauit ſuum verum, legitimum, ſpecialem procuratorem ad effectum in Vrbe Roma inhærendo præfatæ Cardinalatus, & tituli, aliorumq. præmiſſorum dimiſſioni, ceſſioniq. liberè, & ſimplicitèr factæ, illam ritu, & more ſolito, & cum conſuetis cæremonijs ipſius Sereniſſ. Principis Mauritij nomine in manibus SS. D. N. Vrbani Papæ Octaui in Confiſtorio, vt moris, & iuris eſt, confirmandi, approbandi, & ratificandi, & aliàs, prout eidem SS. D. N. Vrbano Octauo videbitur, prout ex nunc, & ex tunc ipſe Sereniſſ. Princeps Mauritius eam confirmat, ratificat, & approbat, cum omnibus, & ſingulis huc vſque geſtis, peractis, & emanatis, in præmiſſo Breui, & inſtrumento obligationis contentis, & emanatis; dans, concedens, & transferens in Illuſtriſſ. Procuratorem prædictum in præmiſſis, & circa præmiſſa, cum omnibus annexis, connexis, emergentibus, & dependentibus omnem, &* C *quamcumque facultatem, poteſtatem, & auctoritatem neceſſariam, & opportunam, etiamſi talis eſſet, quæ ſpecialem expreſſionem exigeret, & in ſimilibus actibus ſolitam, & conſuetam; promittens omnia, & ſingula a procuratore præfato facienda, gerenda, & expedienda, rata, firma, grata, & legitimè facta ſe habiturum, nec vllo vnquam tempore contrauenturum ſub quouis prætextu, & quæſito colore. Et quia propter eadem pericula itineris, locorumq. diſtantiam procurator prædictus ad Vrbem peruenire intra præſtitutum quadrimeſtre non potuit, dat eidem facultatem ſupplicandi Sanctiſſimo pro eius reſtitutione in tempore, & congrua termini prorogatione ad præmiſſa expedienda, exequenda, cum omnibus, & ſingulis clauſulis neceſſarys, & opportunis. Actum Taurini in Palatio ſuæ Regiæ Celſitudinis, vbi nunc habitat infraſcriptus Sereniſſimus Princeps Mauritius, coram Illuſtriſſimis DD. Io. Baptiſta Buſchetto Excellentiſſimi Pedemontani Senatus, & a Cubiculo eiuſdem Sereniſſimi Principis Mauritij Equite, & Comite Mauritio Solaro de Moretta eiuſdem Sereniſſimi Principis a Cubiculo Equite, teſtibus ad* D *præmiſſa omnia, & ſingula habitis, adhibitis, & vocatis.*

Hoc inſtrumentum licèt aliena manu, mihi tamen fida ſcriptum, nihilominus ego Antonius Solarus publica auctoritate Notarius, & primarius a Secretis Sereniſſimi Principis Mauritij a Sabaudia eius iuſſu fidelitèr recepi, & in fidem me manualitèr, & tabellionalitèr ſubſcripſi.

Solarus.

Petrinus Aghemius I. V. D. Theſaurarius, & Canonicus Eccleſiæ Metropolitanæ Taurini, & Vicarius generalis Capitularis Taurini, Sede Archiepiſcopali vacante, vniuerſis fidem facimus, E *& atteſtamur, ſupradictum D. Antonium Solarum de ſupradicto inſtrumento rogatum fuiſſe, & eſſe Notarium publicum, legalem, & fide dignum, & talem, qualem ſe facit, eiuſq. ſcripturis adhibitam fuiſſe, in dieſq. adhiberi fidem in iudicio, & extra; in quorum fidem &c. Dat. Taurini die 11. Menſis Martij 1643.*

Locus † ſigilli.

Mellonus prò D. Secretario.

His

CCLXIII.

His alta voce perlectis, Bayla Aduocatus inſtare iterum aggreſſus, in hæc verba pro-
ſequutus fuit. *Beatiſſime Pater. Inter multiplices humanarum rerum euentus, fortuneq.
diſcrimina, nil moleſtius, ac deplorabilius Sabaudis, & Subalpinis populis accidit, quàm trium
ipſorum Ducum, & Principum mors, Caroli ſcilicet Emanuelis patris, Victoris Amedei filij, ac
Franciſci Hyacinti nepotis, breui annorum interuallo vno ferè ictu interemptorum, ex qua non
ciuilia bella tantùm ſuper adminiſtratione tutelæ, & cura Sereniſsimi Caroli Emanuelis iunio-
ris, vltimi defuncti fratris, & ſucceſſoris in infantili ætate exiſtentis, inter Sereniſsimam Chri-
ſtinam matrem, Mauritium Cardinalem, & Thomam Franciſcum Principem exorta ſunt, ve-
rùm etiam rurſus ad arma capeſſenda fuiſſent irrupturi, quando eiuſdem Caroli Emanuelis obi-
tus abſque prole (quod Deus auertat) contigiſſet. Hinc iure merito factum eſſe videtur, vt
Mauritius S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis, in nullo adhuc ſacro Ordine conſtitutus,
bono pacis, Statuum, ac Familiæ conſeruationi, publicæq. ſecuritati conſulere ſtudens, dimiſsi.
B Cardinalitiæ Dignitatis inſignibus, Ludouicam Mariam ex fratre neptem vxorem ſibi ducere
opportunum exiſtimauerit, vt hac ratione diſsidentes inter ſe animi firmo fœdere vnirentur, &
connecterentur. Nouerat Cardinalis Princeps, nouerat ceſsionem, ac dimiſsionem huiuſmodi
nonniſi in Sanctitatis Veſtræ manibus, & in Conſiſtorio ex inueterato more fieri poſſe, verùm
quia componendæ, ſtabiliendæq. pacis vrgens neceſsitas, celeriſq. armorum depoſitio tantam mo-
ram, quantam locorum diſtantia, itinerumq. pericula exigebant, non patiebatur, placuit cle-
mentiæ Sanctitatis Veſtræ per literas in forma Breuis eiuſdem Cardinalis precibus gratioſè in-
dulgere, vt facta Cardinalatus dimiſsione in manibus Nuncij, ſacroſanctum matrimonium cum
nepte contrahere poſſet; ita tamen vt infra quatuor menſes ab inde proximos per ſpecialem pro-
curatorem in Conſiſtorio, & Sanctitatis Veſtræ manibus ceſsionem, ac dimiſsionem præmiſſas
approbare, & ratas habere teneretur. Quanquàm verò Mauritius Princeps ampliſsimam hanc
C Cardinalatus Dignitatem tot nominibus conſpicuam, ac verè eminentiſsimam, quam ab ado-
leſcentia per quadraginta ferè annos tantoperè coluit, ſummoq. cum honore, ac ſplendore ſuſti-
nuit, ad extremum vſque vitæ ſpiritum retinere exoptaret, ſummoperè angeretur, dum ſibi tam
inæquali permutatione de Eccleſia ad ſeculum fore tranſeundum, cogitaret, ſubditis tamen eni-
xè precantibus, Curiæ Paribus conſulentibus, exteris, conſanguineiſq. Principibus ſuadentibus,
deeſſe non potuit, quin bonum pacis, publicamq. vtilitatem priuatæ ipſius commoditati antepo-
nens, Cardinalitiæ Dignitatis infulas in manibus Nuncij præfati, Sanctitatis Veſtræ nomine
recipientis, purè, liberè, ac ſimpliciter cederet, atque dimitteret, eandemq. ceſsionem, ac di-
miſsionem in manibus Sanctitatis Veſtræ, & in Conſiſtorio ſe approbaturum, ac ratas habitu-
rum publico documento in verbo Principis polliceretur, quin etiam ad hæc omnia peragenda,
Arrighinum Comitem præfatum, quantò citius potuit, ad Vrbem deſtinaret. Is igitur hic præ-
ſens proſtratus ad pedes Sanctitatis Veſtræ, Mauritij Principis a Sabaudia ſpecialis, & legiti-
D mus procurator, ipſius nomine, ac vice ea qua decet humilitate, & reuerentia, inhærendo ceſsio-
ni, ac dimiſsioni in manibus Nuncij per ipſummet Cardinalem factæ, eandem ceſsionem, ac di-
miſsionem Cardinalatus Dignitatis, & gradus, vnà cum regimine dictæ Eccleſiæ S. Mariæ in
Via lata, omnibuſq. & ſingulis preeminentijs, honoribus, priuilegijs, inſignibus, ac prærogatiuis
quibuſcumque, hic in manibus Sanctitatis Veſtræ purè, liberè, ac ſimpliciter confirmat, appro-
bat, atque ratificat, Sanctitatem Veſtram humiliter, ac inſtantiſsimè deprecans, vt confirma-
tionem, approbationem, & ratihabitionem præmiſſas æquo, gratoq. animo excipere, & admit-
tere dignetur, eidemq. iuramenta, & vincula quæcumque, tam ratione Cardinalatus, quàm
præfatæ, aliarumq. Eccleſiarum, quibus præfuit, remittere, & relaxare, ipſumq. Mauritium
Principem, quem debitum ſemper obſequium, ac reuerentiam Sanctitati Veſtræ, Sanctæq. Apo-
ſtolicæ Sedi conſeruaturum, & exhibiturum pollicetur, pro potiori cautela, & ſecuritate ſuæ Con-
E ſcientiæ, a quibuſcumque ratione præmiſſa omiſsis, commiſsis, tranſgreſsis, aut neglectis abſol-
uere, paternamq. benedictionem impertiri.* Iſtis prolatis, ſiluit Bayla. Tunc Franciſcus
Maria Phoebeus Vrbeuetanus, affinis meus, Cæremoniarum Magiſter æquè vigilans, ac
eruditus (deinde Congregationis ſacrorum Rituum a Secretis, Baſilicæ Vaticanæ Cano-
nicus, vtriuſque Signaturæ Referendarius, Maximiq. Pontificis Alexandri VII. Prælatus
domeſticus) qui vltra recenſitos interfuit, ad Prothonotarios conuerſus, eoſdem roga-
uit, vt de huiuſmodi dimiſſione, ſeu dimiſſionis publica confirmatione vnum, ſeu plura,
inſtrumentum, vel inſtrumenta conficerent ad perpetuam rei memoriam: Prothonotarij

verò

Google

CCLXIV.

verò ad Patriarcham, & Archiepiſcopum conuerſi dixerunt, *Vobis teſtibus*. Cunctis pera- A
ctis, omnes, qni in Conſiſtoriũ introiuimus, inde receſſimus, cõſuetis reuerentijs præmiſſis.
Ianua iterum clauſa, Pontifex Cardinalium ſuffragia exquiſiuit, reſignationem, ceſſio-
nem, earumq. conteſtationem admiſit, cum conſueto decreto. Literæ autem in forma
Breuis, de quibus ſupra fit mentio, fuerunt ſubſignatæ die 30. Iunij 1642. ſub Dat. Romę
apud S. Mariam Maiorem, quarum tenorem omitto, cum ex recenſitis facilè colligatur.

ANTONIVS MONTECATINVS Ferrarienſis. Alphonſi Comi-
tis Foſſæcannæ, & Plandulmi Sarſinatenſis Diæceſis (ex Baptiſta
Montecatino, & Beatrice Recuperata nati) ac Thaddeæ de Ama-
toribus (ex Cæſare de Amatoribus, & Leonora Iacobella exortæ) B
Ferrarienſium filius. Anno 1600. in ſacro regenerationis lauacro
Antonij Gaſparis nomina ſortitus. In patrio Gymnaſio die 25.
Maij 1621. I. V. D. creatus. In Vrbe deinde cum genitore (tunc
apud Pontificem Ferrariæ Oratore) degens, Conſiſtorialium Aduo-
catorum conſortio anno 1625. aggregatus, Aloyſio Guicciardino è mortalibus ſublato.
Præcedenti anno ob Cafarelli ad Archiepiſcopatum promotionem locus vacauerat, Fer-
rarienſibus inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos aſſignatus; at Vrbanus Octauus Antonium
Cerrum ſubrogauerat, ſpe tamen data, locum primò vacaturum originario Ferrarienſi
conferendi; Guicciardini poſtmodum obitu ſubſequuto, ſpem Pontifex nedum ea vice
opere compleuit, verùm Diplomate ſanxit, quòd perpetuis futuris temporibus locus hu-
iuſmodi alijs, quàm Ciuibus Ferrarienſibus verè originarijs concedi nullateuus poſſit. In
Motu proprio ad fauorem Montecatini ſubſignato rem ſic Pontifex recenſet. *Aliàs* C
*poſtquam fel. rec. Clemens Octauus, & Paulus Quintus Romani Pontifices prædeceſſores noſtri
voluerunt, & decreuerunt, quòd vnum ex duodecim Officijs, ſeu locis Aduocatorum Aulæ noſtræ
Conſiſtorialis perpetuis futuris temporibus alicui Ciui Ferrarienſi concedi, & aſsignari deberet,
Ciuibuſq. Ferrarienſibus ſemper affectum remaneret, & ſucceſsiuè occurrente vacatione illius
Officij, ſeu loci Aduocati Conſiſtorialis, vt præfertur, affecti, ſic obſeruatum fuiſſet, vt ſaltim
Ciui Ferrarienſi ex priuilegio effecto, ſeu creato conceſſum fuiſſet, & nuper dicto Officio, ſeu loco
affecto per promotionem ad Epiſcopatum eiuſdem Ciuis Ferrarienſis, etiam ex priuilegio creati,
illius tunc vltimi poſſeſſoris, ſeu aliàs vacante, Nos ex certis cauſis animum noſtrum tunc mo-
uentibus illud ſic vacans dilecto filio Antonio Cerro laico Papienſi, Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ
etiam Aduocato familiari noſtro, ac ſimilitèr ad effectum obtinendi Officium huiuſmodi, Ciui
Ferrarienſi ex priuilegio creato, motu ſimili conceſsimus, & aſsignauimus: & deinde altero ſi-* D
*mili Officio, ſeu loco, quod q. Aloyſius Guicciardinus, dum viueret, obtinebat, per obitum ipſius
Aloyſij extra Romanam Curiam defuncti vacante, Nos volentes priuilegium, ſeu indultum
Ciuibus Ferrarienſibus conceſſum in priſtinum reſtituere, & illæſum conſeruare, ac dilectum fi-
lium Antonium Comitis Alphonſi Montecatini Patritij Ferrarienſis, natum Ciuem originarium
Ferrarienſem in Vrbe commorantem &c.* Literæ autem in forma Breuis ſic loquuntur.
*Vrbanus Papa Octauus. Ad perpetuam rei memoriam. Conſtantis fidei, & deuotionis affe-
ctus, quem dilecti filij Magiſtratus Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis erga Nos, & Apoſtolicam Se-
dem gerere comprobantur, promereretur, vt eis reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque
Nos nuper dilecto filio Antonio ex Comitibus Montis Catini Ciui Ferrarienſi locum vnum in-
ter Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocatos conceſſerimus, & aſsignauerimus, illumq. Aulæ huiuſ-
modi Aduocatum creauerimus, ac deputauerimus, Nos Magiſtratui prædicto ſpecialem gra-* E
*tiam facere volentes, illiuſq. ſingulares perſonas a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis,
& interdicti, alijſq. eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, a iure, vel ab homine quauis oc-
caſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodata exiſtunt, ad effectum præſentium dum-
taxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius
nomine Nobis ſuper hoc humilitèr porrectis inclinati, Magiſtratui huiuſmodi, quòd de cætero
perpetuis futuris temporibus locus Aduocati Aulæ prædictæ, eidem Antonio, vt præfertur, con-
ceſſus, & aſſignatus, alijs, quàm Ciuibus Ferrarienſibus verè originarijs, quorum nominatio ad
Magiſtra-*

Digitized by Google

A *Magiſtratum huiuſmodi ſpectet, & ſpectare debeas, concedi, aut aſſignari, vel de eo in aliorum, quàm Ciuium originariorum huiuſmodi, vt ſupra nominandorum, diſponi nullatenus poſſit, nec debeat, Apoſtolica authoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Decernentes quaſcumque collationes, conceſſiones, aſſignationes, aut alias diſpoſitiones de loco Aduocati Aulæ huiuſmodi in aliorum, quàm Ciuium originariorum prædictorum fauorem, vt præfertur, quomodocumque, & qualitercumque pro tempore faciendas nullas, irritas, & inanes, nulliuſq. roboris, & momenti fore, & eſſe, ac nulli prorſus ſuffragari. Sicq. & non alitèr per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Oſtienſi, & Portuenſi Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus*
B *fuerit, & quoties pro parte Magiſtratus huiuſmodi fuerint requiſiti, ſolemnitèr publicantes, eiſq. in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra illos earundẽ Literarum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper a quoquam quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq. opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Collegij Aduocatorũ Aulæ huiuſmodi, ac quibuſuis alijs, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & cõſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, eidem Collegio, & quibuſuis perſonis, ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrariũ*
C *præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 17. Decembris 1625. Pontificatus noſtri Anno III.*

V. Theatin.

Die 9. menſis Februarij 1626. præſentes Literæ Apoſtolicæ in plena Camera Apoſtolica exhibitæ, & præſentatæ, & die 13. eiuſdem Menſis ex decreto ipſius Cameræ, citato deſuper illius generali Commiſſario, admiſſæ fuerunt, & regiſtratæ in lib. 2. ſignat. Sanctiſſimi D. N. Vrbani Papæ Octaui ſub fol. 99. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium. Dominicus Fonthia.

Sed calamus ad Antonium redeat. Sæpius in Conſiſtorijs perorauit egregiè; præcipuè
D die 20. Martij 1629. inſtans, vt ſuffragante Pontifice Sanctus haberetur, & coleretur Beatus Andreas Corſinus Carmelita, & Feſulanus Epiſcopus; menſe Maio 1632. Angelæ Reatinæ (quæ ex puriſſimæ Columbæ ſupra ipſius caput è Cœlo deſcenſu Columba nuncupata fuit) virtutes eximias indicans; menſe Decembris 1633. Heremitæ Nicolai de Saxo; menſeq. Aprilis 1635. Franciſci Ximenez de Ciſneros Archiepiſcopi Toletani, & S. R. E. Cardinalis præclara geſta enarrans. Romanæ Academiæ Rector vigili ſtudio præfuit literarum Profeſſoribus, ac Alumnis. Tandem anno 1642. ad Fulginatenſem Epiſcopatum euectus. Viuit vir probus, integer, gregiſq. ſibi commiſſi, Paſtor vigilantiſſimus, & aſſiduus, ac Eccleſiaſtici iuris propugnator acerrimus. De ipſo hæc Vghellus. *Antonius Comes Montecatinus nobilis Ferrarienſis Aduocatus Conſiſtorialis, electus anno 1642. Hanc Eccleſiam, quam viuens tametſi ſumma cum laude, atque integritate perurgeat,*
E *tamen ſuperſtitis adhuc vetat pudor pluribus illius egregia facta iactare, quæ olim cumulatiora aliorum fæcundiores calami enarrabunt.* Laudatur multorum præconijs in Vmbrorum plauſibus, anno 1650. typis euulgatis, quo Fulginatenſe Seminarium fæliciter inſtituit, ac aperuit. Nec omittitur a Leone Allatio in Apibus Vrbanis, pag. 24. a Ioſepho Carpano (Iuris ciuilis Profeſſore in Romanæ Sapientiæ Gymnaſio æquè aſſiduo, pio, integro, ac erudito) in Oratione habita pro ſolemni ſtudiorum Romani Archigymnaſij inſtauratione; ab anonymo Hiſpano in vita Franciſci Cardinalis Ximenez, pag. 112. & a Ludouico Iacobillo in Diſcurſu Fulginatenſis Ciuitatis.

CCLXVI.

In Piſtorienſi Ditione Oppidum Montis Catini cernitur extructum, apud Hiſtoricos, A
ob prælium præcipuè Vguccionis, nuncupato della Faggiuola ſtrenuiſſimi Ducis, perce-
lebre. Ibi Montecatina Proſapia ferè ſceptrum geſſit, indeq. cognomentum (vt opinor)
ſortita eſt. Nobilis hæc arbor in varias Italiæ partes germina emiſit, præcipuè in Lu-
cenſem, ac Ferrarienſem Ciuitates. E Lucenſi prodijſſe mihi conſtat Ruſtichellum,
anno 1265. Populi Lucenſis Ductorem contra Piſanos, vt in chronica Piſana *Dominus
Ruſtichellus de Montecatino Lucani Populi Caput*. De Dino Montecatino hæc perlegi in
probatis literis, anno 1324. in Eugubina Ciuitate contra Bauarum ſchiſmaticum Impe-
ratorem euulgatis. *Et ego Franciſcus ſer Vbaldi Notarius &c. publicationi &c. interfui, &
ea de mandato d. D. Vicarij, & nobilis viri D. Capitanei ſupradicti, & ſapientis viri D. Dini
de Monte Catino Iudicis d. D. Poteſtatis, ac Dominorum Confalonerij Iuſtitiæ, & Conſulum
Populi Ciuitatis prædictæ &c. publicari*: & in altero infractæ fidei inſtrumento prorogatio-
nis Vicariatus Ferrariæ factæ a Clemente Sexto fauore Opizonis Eſtenſis anno 1350. & B
iuramenti ab ipſo Opizone præſtiti, leguntur nomina teſtium; *nec non & prudentibus viris
Dominis Dino de Montechatino Lucana Diœceſis I. V. Perito, Iacobo de Brunellis de Regio Iu-
riſperito, Marcho de Narnia Legum Doctore, & alijs quampluribus teſtibus*. Dinum autem
præfatum Lucenſem eundem eſſe, ac Dinum, quem Guarinus Ferrarienſem (anno 1351)
ſcripſit, facilè conijcio, tum ex temporis congruentia, tum ex Eſtenſium familiaritate,
tum etiam quia ex lectura diuerſarum membranarum, in quibus illius æui Ferrarienſes
Conſiliarios perlegi, nullus ex Montecatina Familia mihi occurrit; quare fatendum, vel
quòd nondum Ferrariam demigrauerat, vel quòd Dinus è Lucenſi ad Ferrarienſem
Ciuitatem primus eandem tranſtulerit. Antonium de Montecatino Legum Doctorem
Lucanum, qui vti procurator Alberti Marchionis Eſtenſis iuramentum pro Ducatu Fer-
rariæ præſtitit Bonifacio Nono: idem Bonifacius ipſi (ni fallor) Antonio munus de-
mandauit inquirendi in Epiſcopum quendam, de varijs exceſſibus apud Pontificem de- C
latum, ibi, *Antonio de Montecatino Legum Doctori familiari noſtro*. E Ferrarienſi autem
Antonium Montecatinum (forſan eundem, vt ego in manuſcripto Patria Lucanum
perlegi) Iuriſconſultum præſtantiſſimum Ateſtinis Principibus ſummoperè charum, ac
in arduis pertractandis mira dexteritate præditum, de quo apud Pignam in hiſtoria Prin-
cipum Ateſtinorum annis 1395. & 1398. pag. 417. 418. & 432. Antonium alterum, ad
quem anno 1483. epiſtola legitur conſcripta, cuius initium. *Hercules Dux Ferrariæ, Mu-
tinæ, & Regij, Marchio Eſtenſis, Rodigijq. Comes. Vobis ſpectabili, & clariſſimo I. C. ac Comi-
ti D. Antonio de Montecatino Commiſſario, ac Oratori noſtro dilectiſſimo apud inclitam Rem-
publicam Florentinam ſalutem, & gratiam noſtram*. Hugolinum de Montecatino, qui *De
Balneorum Italiæ proprietatibus, ac viribus* opus conſcripſit. Antonium, virum magnæ
apud poſteros famæ, a pleriſque Philoſophi nomine nuncupatum, poſt varia egregiè obi- D
ta munera, apud Clementem Octauum pro Ferrariæ Duce Oratorem, & eiuſdem Ponti-
ficis intimum Cubicularium: hic ille eſt Antonius, qui ſcripſit *Commentaria in Octauum
librum Ariſtotelis Phyſicorum, hoc eſt naturalium, ſeu de auditu naturali. In Politica, hoc eſt
in ciuiles libros Ariſtotelis Progymnaſmata. Lecturam in eam partem tertij libri Ariſtotelis de
Anima, quæ eſt de mente humana. In libros de moribus ad Nicomachum. Ariſtotelis Stagiri-
tæ Politicorum, hoc eſt ciuilium librum ſecundum, ac tertium in latinam linguam vertit, parti-
tionibus, reſolutionibus, ſcholijs, & commentarijs illuſtrauit*: dumq. alia plura moliebatur,
morte præuentus, non perfecit: ipſius oſſa tumulata iacent in Eccleſia Ferrarienſi Diui
Pauli (quam S. Poli Ferrarienſes nuncupant) hoc addito elogio.

E

D. O. M.

Maluit Dignitates mereri, quàm conſequi

quas recepit, cohoneſtauit.

Alphonſo II. Duci Ser.

aures, conſilia, operam fidelitèr præſtitit,

Lega-

A Legationes pro illo ad Regem Gall. ad Summos Pont. perfecit.
Vrbem Regij rexit,
non ſemel vniuerſam Ditionem Conſiliarius Pro Dux adminiſtrauit.
Ferrariæ Tribunatum geſſit.
Gymnaſium doctrina decorauit, regimine amplificauit,
nullam grauis, & inculpati viri præſtantiam non præſetulit.
nomine, ſcriptis, re Philoſophus
Antonius Montecatinus.
Obijt Anno 1599. ætatis LXII. v. K. Aprilis.
Helena Montecatina Soror, ac Albertus Montecatinus Nepos hæres P.

B

De tanto Viro vide Guarinum in Compendio hiſtorico Eccleſiarum Ferrariæ lib. 3. pag. 175. & ſeq. (vbi etiam de Familia) Auguſtinum Superbum in Apparatu Virorum illuſtrium Ciuitatis Ferrariæ, pag. 83. Volumen ſecundum Conſiliorum Bertaz. in epiſtola a Io. Franciſco Terzanio ad ipſum Antonium conſcripta. Riminaldum iuniorem conſ. 51. nu. 44. vol. 1. Matthæum, de quo Ferdinandus Vghellus in Italia ſacra de Epiſcopis Ferrarienſibus, ac Cœnobio S. Bartholomæi propè Ferrariam loquens, hæc habet. *Matthæus Ferrarienſis, è nobili Montecatinorum Familia huius Monaſterij Abbas, Italicarumq. Congregationum in Italia Ordinis Ciſtercienſis Abbas, vir ſcientia, morumq. probitate celebris, de quo ſuis in locis.* Hic ille eſt Matthæus Montecatinus, Comitis Antonij filius,
C qui anno 1492. ſacro Ciſtercienſium Ordini addictus, ferè cuncta ſuæ Religionis obiuit munia, quique nedum humanioribus latinis, græciſq. literis, ſacraq. Scriptura eruditus vixit, ſed vitæ quoque inculpatæ apud poſteros celebratur; plura lucubrauit, ſed, quo caſu neſcio, interierunt omnia, ſi excipias *Epiſtolas latinas* quamplurimas ad viros ſui æui illuſtres exaratas, & *Commentarium in Regulam S. Benedicti*, etſi opus hoc, anno 1555. Arni fluuio exundante, maiori ex parte lectoribus inutile redditum fuerit. Nec omittenda ſepulchralis inſcriptio, quæ in eadem S. Pauli Eccleſia ad Baptiſtæ Montecatini (Antonij noſtri aui) perennandam memoriam collocarunt vxor, filius.

D. O. M.
D Baptiſtæ Montecatino ſpectatæ virtutis, ac probitatis viro
Comiti nato I. V.D. & Auratæ Militiæ Equiti Pontificio
cuius fideli, diligentiq. opera in ciuilibus iudicijs,
in iudicijs, & delectibus militaribus,
in Præfecturis Prouinciarum Flaminiæ, & Carfignanæ,
in Procuratione Fiſci
Sereniſſimi Principes Hercules, & Alphonſus II. Ateſtini
diutiſſimè vſi ſunt.
Obijt Anno Domini MDXCIII. Kal Aprilis, Aetatis verò ſuæ LXXIII.
E Beatrix vxor, & Alphonſus filius mœſtiſſimi PP.

Vtque nobilis eiuſdem Proſapiæ, illuſtrium Virorum feracis, ſi multiplex eſt gloria, apud poſteros diuturnior exiſtat recordatio, en tibi tertium ſepulchrale elogium exhibeo, in recenſita S. Pauli Eccleſia inſculptum.

D. O. M. A
Alphonſo Montecatino Patritio Ferrarienſi
Foſſccannæ, & Plandulmi Comiti,
Qui ciuilium Artium gloria clarus
Patriam hanc publicis commodis,
Familiamq. ſuam priuatis honoribus
per ſummam prudentiam auxit,
Quiq. in Republica adminiſtranda
apud Ferrariæ de latere Legatos magna ſemper auctoritate,
apud Summos Pontifices ſingulari gratia floruit,
& præſertim Vrbanum Octauum, B
cui per ſexennium Orator acceptus adeo fuit,
vt publica ſæpius beneficia in Patriæ bonum impetrauerit.
ſuiſq. è filijs alium ad ſacras Infulas,
alium ad Romanæ Aulæ Magiſtratus euectos aſpexerit.
Parenti
de Patria, & de Familia benemerentiſſimo
Comites Antonius Epiſcopus Fulginatenſis.
Carolus vtriuſque Pontificæ Signaturæ Referendarius,
ac ſacri Conſiſtorij Aduocatus, C
& Cæſar filij poſuere.
Obijt die XIX. Nouembris. Anno reparatæ Salutis MDCLIV.
Aetatis ſuæ LXXXIV.

Vixerat coætaneus Pauli de Caſtro Ioannes de Montecatino (Patriam ignoro) non obſcuri nominis Iuriſprudens, de quo in ſubſcriptionibus peruetuſti manuſcripti Reſponſi apum me, videlicet *Vbertus de Trappolinis de Padua. Dionyſius de Peruſio. Mattheus de Felitianis de Peruſio. Paulus de Caſtro. & Ioannes Domini Franciſci de Montecatino.* Denique Thomas Fazellus in Sicula hiſtoria, & Franciſcus Zazzara, de Familia Ventimilia loquens, Montecatinam Gentem in Sicilia quoque floruiſſe, me edocent, & ex D ea præ cæteris prodijſſe ſtrenuos milites, viros illuſtres, in eodemq. Regno Domicellos Antonium, & Matthæum Comites Andriæ; Guillelmum Raymundum Marchionem Auguſtæ, ac Meliueti, Magiſtrum Iuſtitiarium, & Comeſtabilem; Petrum Conſalonerium Siciliæ; Ioannem, qui pro Blanca Regina acritèr dimicauit, Siracuſamq. recuperauit; Vgonem Montecatinum (de Valentia nuncupatum, quia Patria Valentinus) S. Ioannis Equitem, annoq. 1510. Siciliæ Proregem, armorumq. Ductorem celeberrimum; alioſque, de quibus ibi.

IOANNES CAMILLVS MASCAMBRVNVS Beneuentanus. E Scipione, Iulij Maſcambruni, & Lucretia, Ioannis Camilli Doctoris eximij, Biliotta de Beneuento anno 1579. natus. E Ioannes Camillus Donatus ſacro Baptiſmatis lauacro nuncupatus, vicem patris, matriſq. gerentibus Alexandro Pepulo, & Portia Caraffa vxore Ioannis Baptiſtæ Caraccioli. Demigratus in Vrbem Literatorum altricem, & in ea Aduocati munere diù perfunctus, anno 1627. in locum Ioannis Baptiſtæ Millini ſacri Conſiſtorij Aduocati, vniuerſa plaudente Aula, ſuffectus fuit. Romæ fato functus eſt anno 1641. cum prius

A Studij eiuſdem Vrbis Rectoratum egregiè geſſiſſet. Vixit non obſcuri nominis, & integerrimus Iuriſprudens, in beneficialibus præcipuè, ipſiuſq. ædes eo reſponſa petentium concurſu frequentabantur aſſiduo, vt Ciceronis ſententia licuiſſet aſſerere, Oraculum Ciuitatis eſſe domum Aduocatorum.

Maſcambruna Familia inter primarias Beneuentanas emicat. Bina Coenobia, S. Catherinæ, & S. Iacobi a fundamentis extruxit, ideo de Maſcambrunis nũcupata. Singulari ab immemorabili potitur prærogatiua, quòd vnã ex tribus clauibus apud ſe tetineat, quibus Diui Bartholomæi Corpus (ſeu illius pars aliqua) ſeruatur, quarum altera eſt penes illius Ciuitatis Archiepiſcopum, altera penes Magiſtratum. Ex ea prodijt Annibal Maſcambrunus Epiſcopus Stabienſis, nobilis æquè, ac eruditus, Ioannis Camilli (vt audio) germanus frater: illius profectò germanus alter in humanis egit, vtriuſque Signaturæ Referendarius, & pleriſque Eccleſiaſticæ Ditionis Ciuitatibus Gubernator datus, cuius nomen adhuc ignoro.

B

FRANCISCVS FERRETTVS Anconitanus, ex Comitibus Caſtri Ferretti. Vrbani Octaui liberalitate anno 1627. inter Pontificij Conſiſtorij Aduocatos aſcitus, Laurentio Pheo ad Epiſcopatum Geruntinenſem, & Cariatenſem promoto. *Nos volentes* (Pontifex) *dilectum filium Franciſcum de Ferrettis nobilem Anconitanum I. V. D. ex Comitibus Caſtri Ferretti apud Nos de literarum ſcientia, vitæ, ac morum honeſtate, alyſq. probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum &c.* Floruit Romana in Aula tum inter primarios noſtri æui Aduocatos, tum vario nobilium diſci-

C plinarum genere mirificè excultus: perſpicaci præditus ingenio, aliqualem loquendi libertatem aliquando profeſſus, facetis, argutiſq. dictis vtebatur. Romanæ Academiæ Rector ter deputatus. Die 8. Maij 1645. in publico Conſiſtorio perorauit, Beati Staniſlai Poloni è ſtirpe Koskorum eximias virtutes enarrans. Demum anno 1647. die 5. Maij hora 19. morte præreptus occubuit, ætatis anno 61. In ſacra Diui Iacobi Incurabilium Æde exanime corpus reconditum iacet, luctuoſa mortis pompa die 7. in eadem expoſitum, Aduocatis Collegis, Profeſſoribuſq. adſtantibus, iuſta perſoluentibus.

Nonnulla de Familia ſupra attexui in Ioanne Baptiſta Ferretto; hæc ad rem addam, ex Incognitorum elogijs excerpta pag. 361. *Sono molti ſecoli, che la Famiglia de' Conti di Caſtel Ferretto poſſiede in Ancona la gloria d'vna delle più illuſtri Famiglie della Marca, non che di quella Città, hauendo ella continuamente prodotto Veſcoui, Prelati, Dottori, e Caualieri di*

D *grandiſſima fama, contandoſi in lei hoggidì ancora viuenti tre Caualieri di Malta, vno di S. Giacomo di Spagna, & vno di S. Stefano di Toſcana, inditio chiariſſimo della purità del ſuo ſangue. Per lo quale vnitaſi co' Parentadi alle più chiare Famiglie d'Italia, eſſendo vltimamente mancato ſenza figli maſchi il Marcheſe Malateſta, ſono decaduti in vn de ſuoi Rami gli Stati di Roncofreddo, e di Montiano nella Romagna &c.*

CAROLVS CERRVS Romanus. Antonij Cerri Pontificij Conſiſtorij Aduocati celeberrimi filius, anno 1611. luci expoſitus. Die 13. Octobris 1629. Doctorali laurea in Vrbe cohoneſtatus. Mox inter Vaticanæ Baſilicæ Canonicos cooptatus. Coadiutor deinde genito-

E ri in Conſiſtorialis Aduocati munere anno 1637. datus. Tum vtriuſque Signaturæ, Gratiæ nempe, ac Iuſtitiæ Referendarius; & Franciſci Cardinalis Barberini Vrbani VIII. Nepotis, ac tunc totius Status Eccleſiaſtici præfecti Gubernio, generalis Auditor dictus. Tum ad ſacrum Romanæ Rotæ Subſellium euectus: Annoq. 1656. vice Amati Dunozetti, eiuſdem Rotalis Areopagi Decani meritiſſimi, Alexandri VII. oraculo Examinator Epiſcoporum electus. Demum eodem recurrente anno, ad comprimendam peſtilentiæ luem, ex Neapolitana Ciuitate in Vrbium Reginam immiſſam, vnus ex tribus Prælatis ad tutamen Regionum Burgi,

Pontis,

Pontis, Parionis, ac Regulæ pronunciatus fuit. Antonij patris piam exequens diſpoſitionem, Sacellum in Farneſiana Eccleſia ſeptem millium ſcutorum impenſa, perfecit. Viuit A Carolus, inter ſapientiſſimos Patres ius dicens egregiè, cunctiſq. morum candore, ſpectata virtute, inconcuſſa probitate, canaq. prudentia admodum probatus.

IVLIVS DONATVS Romanus. Hieronymi I. V. D. Fabij Donati nobilis Auerſani, Ciuiſq. Romani, & Franciſcæ, Iacobi, Fuluiæ Romanæ filius. Anno 1590. Orbi datus, & in ſacro Baptiſmate Iulius Pontianus nuncupatus. Iuridica laurea anno 1611. decoratus, diù deinde aliena iura tutatus eſt in Patria Aduocatus. Mellita deinceps Barberinarum Apum munificentia Antonij S. R. E. Cardinalis Barberini, Vrbani Octaui ex fratre nepotis, generali Auditoratu inſignitus. B Congregationis Cardinalium Tyberi præfectorum a Secretis dictus. Congregationis Boni Regiminis Communitatum Ditionis Eccleſiaſticæ Secretarij dignitate auctus. Demum anno 1641. Aduocati Conſiſtorialis Officio (Ioanne Camillo Maſcambruno rebus humanis exempto) condecoratus. Ad annum vſque 1[illegible]. vitam perduxit, quo, Romana vacante Sede, Orbiſq. ſuprema, die 18. Auguſti circa auroram mortalia deſeruit. In ſacram Vallicellanam Ædem corpus delatum, funebriq. apparatu (dum exequiæ ſequenti die, Aduocatis aſſiſtentibus, celebrarentur) expoſitum, in inferiori Eccleſiæ Sacello, in quo S. Philippi Nerij Corpus in Domino requieſcit, a ſe extructo, & elegantiſſimè exornato fuit humi traditum. Ibi laterales binæ leguntur inſcriptiones. Altera.

C

D. O. M.
IVLIVS DONATVS ROMANVS
CONSISTORIALIS ADVOCATVS
SAC. CONGREG. BONI REGIMINIS A SECRETIS
CARD. ANTONII BARBERINI
VRBANI VIII. PONT. MAX. EX FRATRE NEPOTIS
GENERALIS AVDITOR
S. PHILIPPO NERIO SACELLVM
SIBI AC SVCCESSORIBVS SEPVLCHRVM
VIVENS EXTRVXIT
ANNO DOMINI MDCXLIII. D

Altera.

D. O. M.
FLAVIA DE GHETIS ROMANA
ASCANII ADVOCATI PRIMARII FILIA
IVLII DONATI CONIVGIS
PIETATEM AC PRVDENTIAM IMITATA
HIC SIBI VIVENS TVMVLVM ELEGIT
ANNO DOMINI MDCXLIII.

Vixit Iulius excelſi animi vir, morum comitate, virtute, ac dexteritate commendandus. E

Floruerunt Leonardus Donatus nobilis Venetus, anno 1362. Torcellanus Epiſcopus dictus. Ludouicus Donatus Venetus anno 1388. ſacra Purpura ab Vrbano VI. inſignitus. Petrus Donatus Venetus, anno 1428. Patauinus Antiſtes renunciatus. Nicolaus Donatus Venetus, Æmonenſis Epiſcopus, annoq. 1493. ad Patriarchatum Aquileienſem euectus. Alemannus Donatus Florentinus nobiliſſimus, ac doctiſſimus, anno 1330. Suanenſi Eccleſia cohoneſtatus, inde ad Mutinenſem anno 1342. translatus, Ludoui-

cus

CCLXXI.

A cus Donatus Venetus, anno 1465. è Bellunenſi ad Bergomenſem Epiſcopatum euectus,
Præſul admodum eruditus, & Catholicæ Fidei Defenſor acerrimus; ſcripſit *Cammentaria*
ſuper Magiſtrum Sententiarum. Sebaſtianus Donatus, anno 1560. Bobienſis Epiſcopus
dictus. Sigiſmundus Donatus Corrigienſis, è Veneta Sede ad Aſculanam anno 1605.
demigratus, apud Rempublicam Venetam, Paulo V. regnante, Apoſtolicus Nuncius. In
humanis agit vir integerrimus Patritius Donatus Romanus Epiſcopus Minorenſis. Præ-
conijs ſunt extollendi Thomas Donatus Venetus, eiuſdemq. Ciuitatis Patriarcha, qui
ſcripſit *Sermones in præcipua Feſta Beatæ Virginis Mariæ*. Hieronymus Donatus, qui *De*
Principatu Romanæ Sedis conſcripſit. Alexander Donatus Senenſis è Societate Ieſu Rhe-
tor, ac Poeta inſignis, qui elaborauit *Carminum volumen*. *Sueniam Tragœdiam*. *Artem*
Poeticam. *Romam veterem, ac recentem, vtriuſque ædificijs ad eruditam cognitionem expoſi-*
tis. *Compendium vitæ Pauli Quinti*. *Conſtantinum Poema heroicum*. *Orationes varias*.
Marcellus Donatus Ponzani Comes, qui edidit *Scholia, ſiue Dilucidationes in latinos ple-*
B *roſque Hiſtoriæ Romanæ Scriptores*. Sigiſmundus Donatus, qui *Carmina* pandit, euulga-
uitque. Marcellus Donatus Mantuanus (an idem, ignoro) qui ſcripſit *De Variolis, &*
Morbilis. *De Radice purgante, quam Mechoacam vocans*. *De Medica Hiſtoria mirabili li-*
bros ſex.

CAROLVS CARTHARIVS Vrbeuetanus. Iulius Carthariu Vrbis
Senator, & Lauinia Vincentij Becculi Eugubini, ac Artemiæ Mara-
bottinæ Vrbeuetanæ filia, mihi parentes; Flaminius, Iulij ſenioris,
Rotæ Ianuenſis Auditor, mihi auus; Virginia, Pollidori de Pollido-
ris Vrbeuetana mihi auia. In Ciuitate Bononiæ lucem hanc primùm
C aſpexi; Compater Fridericus S. R. E. Card. Borromæus Archiepiſ-
copus Mediolanenſis, cuius vices geſſit Eques, Senatorq. Bononien-
ſis Galeatius Palæottus. Hieronymi Lampugnani Mediolanenſis,
viri probi, ac eruditi diſcipulus iura in Vrbe audiui. Anno 1633. genitore (non ſine la-
chrymis) optimo orbatus, Doctoralem recepi lauream. Barberinorum Principum præ-
ſidio fulfultus, ipſorum munificentiam expertus ſum, non exiguo beneficiorum cumulo
decoratus; anno præcipuè 1638. quo Ioanni Baptiſtæ Confalonerio viro pio, eximiaq.
eruditione referto, Archiui Apoſtolici Arcis S. Angeli Præfecto, in huiuſmodi munere,
nihil tale cogitans, ſuffectus fui: & ſucceſſiuè anno 1642. quo, Antonio Cerro vita fun-
cto, me inter Pontificij Conſiſtorij Aduocatos cooptatum aſpexi; hinc Barberinarum
Apum, genitori meo, mihiq. munificentiſſimarum perpetuum obſidem me Orbis agno-
D ſcet, pro earum diuturna fœlicitate toto cordis affectu vota indeſinentèr facientem. In
publico Conſiſtorio, die 21. menſis Octobris 1644. conuocato, Patriarchæ Conſtantino-
politani Cyrilli de Veria obitum cum Martyrij fama recenſui. In altero non abſimili
Conſiſtorio, habito die 28. Aprilis 1646. geſta Cunegundæ Poloniæ Reginæ enarraui.
Bis Romani Studij Rector, meorum Collegarum humanitate deputatus. Anno 1647.
Collegij Decanatum, obitu Franciſci Culrelli vacantem, aſſequutus fui. Die 6. Iulij
1648. nomine Ioannis Caſimiri de Polonia (deinde ad Polonicum Regnum euecti) pro
Cardinalitiæ Dignitatis dimiſſione in Conſiſtorio inſtiti. Die demum 22. Menſis Fe-
bruarij 1652. Beati Petri de Alcantara Franciſcani Ordinis Alumni in publico Conſiſto-
rio virtutes propè Diuinas expoſui. Grates interim immortales rependo Auguſtino Ol-
doino Ianuenſi, Iacobo Cohellio Vrbeuetano, Iulio Cæſari Benedicto Aquilano, Iuoni
E Gattulæ Romano, Hieronymo Ghilino Alexandrino, Ioanni Baptiſtæ Vannarellio Aſcu-
lano, Ioanni Baptiſtæ Carthario Brixiano, Caroloq. ipſius filio, Hieronymo Genuino
Neapolitano, Antonio Laretto Mantuano, & Iacobo Lauro Romano, qui nominis mei
tenuitatem proprijs calamis extulerunt. Adhuc vſque aliena (meorum tamen) opera
typis euulgaui, Indicibus, & ad opportunitatem, Summarijs, notiſq. ſuperadditis, videli-
cet *Deciſiones criminales Fori Archiepiſcopalis Mediolanenſis*, Iulio Carthario patre meo
authore: *Diſputationem De Foro competenti aduerſus Iudices, Adminiſtros, alioſue Eccleſia-*
ſticos laicam iuriſdictionem perturbantes, eodem Iulio authore. *Tractatum De Legitima ſol-*

uenda

uenda per patrem pro filio condemnato, ſiue, De pœnis innocentum pro noxa nocentum, Mutio A
Carthario, Iuliui germano fratre authore. *Notitiam Cardinalatus*, Iacobo Cohellio Vrbeuetano authore. *De Bono Regimine rerum ad Vniuerſitates ſpectantium in Bullam X. Clementis Papæ Octaui Commentaria*, eodem Cohellio authore. Vtinam propria, quæ molior, lucubrandi vires mihi ſuppetant, hunc Syllabum ſubſequutura.

Vixerunt Ioannes Ludouicus Cartharius Bononienſis Philoſophus, ac Medicus illuſtris, qui nedum in patria Vniuerſitate, ſed etiam in Perusino Studio publicè Philoſophiam edocuit, è cuius ingenio, quæ ſequuntur, opera prodiere, nempe. *Lectiones ſuper Ariſtotelis proemio lib. de Phiſico auditu. De primis principijs vniuerſam Logicam conſtituentibus Quæſtiones dilucidatæ. Conciliationes dilucidæ omnium Controuerſiarum in libros Poſter. Ariſtotelis. Conciliationes dilucidæ omnium Controuerſiarum in Ariſtotelis lib. de Phiſico auditu, Tomi duo. Conciliationes dilucidæ omnium Controuerſiarum in duos Ariſtotelis libros de generatione, & corruptione. De immortalitate, atque pluralitate animæ ſecundùm Ariſtotelem, B
cum alijs Quæſtionibus ad eandem materiam pertinentibus.* Vincentius Cartharius Regianus, eruditi operis author, cui titulus *Le Imagini de gli Dei de gl'antichi* (quod Laurentius Pignorius, & Cæſar Malfattus annotationibus locupletarunt, ac Antonius Verderius in latinum ſermonem vertit) & alterius *Il Flauio Dialogo*, ad explanationem Faſtorum Ouidij, a ſe in maternum idioma verſorum; tertium elaborauerat optatiſſimum opus, titulum geſtans *Riſorgimento dell'eſtinte memorie della Città di Reggio*; at morte præuentus, non euulgauit: quartum quoque conſcripſiſſe opus percepi, videlicet *L'Aſineſca gloria*; ſed multa, quæ tantus vir lucubrauerat, vel interciderunt, vel imperfecta ad poſteros tranſmiſſa, luce orbata deliteſcunt. Vincentius Cartharius (an idem ignoro) qui, teſte Andrea Victorello in opere Ciaconiano pag. 1711. & Franciſco Stelluto viro noſtri æui erudito in Perſio a ſe in carmen Italium verſo pag. 191. *Hiſtoriam Ceſtam* conſcripſit. Vixit Ioannes Baptiſta Cartharius Brixianus, tam vincta, quàm ſoluta oratione calamum C
tractans, cuius ingenium diuerſa molitur opera, at editioni parat patrio idiomate elaboratum, variaq. refertum eruditione *Diſcurſum de Carthariorum Familijs*: Calcographis eiuſdem Carthari Brixiani genitoris Carolus filius tradidit *Trialuce Fauola Paſtorale*. Ex Vrbeueteri prodiere Flaminius Cartharius auus meus, inter ſui temporis Criminaliſtas (vt aiunt) non poſtremus, qui ſcripſit, typiſq. euulgauit *Tractatum De executione ſententiæ contumacialis capto bannito. Theorica, & Praxis interrogandorum reorum, libros quatuor. Deciſiones Rotæ cauſarum executiuarum Reipublicæ Genuenſis*, quas Papyrius ipſius filius, ac Peruſinæ Rotæ Auditor prælo commiſit: quamplura ſuperſunt imprimenda, præcipuè, *Methodus Proceſſus informatiui*, magnæ molis opus, in quo pluribus ab hinc annis euigilo. *De ratione iudicandi cauſas criminales. De Defenſionibus reorum. De Socio criminis. Collectanea communium opinionum criminalium. Conſilia criminalia ad defenſam.* D
Conſilia ciuilia. Varijs quoque muneribus in Eccleſiaſtica Ditione perfunctus eſt Flaminius. Laudatur a Farinacio, Hondedeo, Baiardo, Cauatio, Turretto, Boccalino, Cherubino, Ludouico, Lancellotto, Ambroſino, Buccaronio, alijſq. Scriptoribus. Iulius Cartharius, Flaminij filius, meuſq. genitor, qui paternis inhærens veſtigijs, fontium crimina perquiſiuit, Federici Cardinalis Borromæi Archiepiſcopi Mediolanenſis Vicarius, Turroni Bononiæ bis generalis Auditor, Fauentiæ Gubernator, Nurſiæ, Montaneæq. Præfectus, Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ generalis Procurator Fiſcalis, demum eiuſdem Vrbis Senator, qua Dignitate perfungens, mortalia deſeruit; opera, quæ ſupra indicaui, lucubrauit; extant præterea *Conſilia criminalia ad defenſam. Conſilia criminalia pro Fiſco* (ipſo Fiſci Procuratore exiſtente) *Conſilia ciuilia.* Mutius Cartharius Iulij germanus frater, qui præter euulgatum opus, iam iudicatum, aliud, quod E
adhuc in manuſcriptis apud me aſſeruatur, eximium ſanè, ac diù exoptatum (poſt aſſiduum tamen laborem quantocitius edendum) euigilauit, cui titulus *Aliud de iure, Aliud de conſuetudine.* Vlterius. *De Legitima ſoluenda per patrem, viuente filio. Reſolutiones varias. Tractatum de Excommunicatione. Intellectus ad ſacrum Concilium Tridentinum. Tractatum de Priuilegio ruſticorum. De vſuris iudæorum. Communes Concluſiones. Patrocinia. Et Deciſiones Peruſiæ* parabat, ſed immatura mors tanti viri (liceat mihi) glorioſos conatus cum ſtamine ſuccidit. Omitto Papyrium, ac Rutilium, Flaminij filios, qui

Aduo-

A Aduocati munere perſungentes, Conſilia varia ad poſteros tranſmiſerunt, quæ manuſcripta in ſcrinijs, vtriuſque ingenium indicant. Tres marmoreæ Inſcriptiones Flaminij, & Iuliui nomina reddent perennia: Prima in Cathedrali Vrbeuetana Eccleſia.

D. O. M.
Flaminio Carthario eximio I. C.
nobili Vrbeuetano,
cuius virtutem ſolidæ incubantem doctrinæ
editis in Rota Genuenſi oraculis,
libratis in Romano Areopago reorum iudicijs
B abundè probatam,
in Iuliuo, Mutio, Papyrio, Rutilio filijs
egregijs Iuriſprudentiæ Aſſeclis diù ſuperſtitem,
in euulgatis Sapientiæ monumentis nunquam interituram
litterarius Orbis admirabundus excepit,
Carolus Cartharius ſacræ Conſiſt. Aulæ Aduoc. Decanus
inſtaurata nominis Auiti memoria
promeritum decus rependit.
Vixit Ann. LXII. Obijt Anno MDXCIII.

C Altera in Templo Aracœlitano Vrbis.

D. O. M.
Lapidem hunc lugubrem
Iuliui Cartharij Patritij, & I. C. Vrbeuetani
euulgatis Iuriſprudentiæ monumentis illuſtris
Flaminij I. V. D. celeberrimi filij
memoriam perennantem
In quo
D Integritas, an Sapientia magis enituerit
iuſtè ambigendum
Vtraque æſtimationis, vtraque amoris illicium
In Paulo V. Gregorio XV. Vrbano VIII. Pontificibus
Quorum beneficentia
editioribus Eccleſiaſticæ Ditionis muneribus perfunctus
Senatoria tandem Vrbis Dignitate decoratus
obijt ætatis anno LXXV. Salutis ortæ MDCXXXIII.
Carolus Cartharius Aduocatorum ſacri Conſiſtorij Decanus
E Patri optimo poſuit
Eodem in Templo, in quo
Mutius Iuliui frater Romana in Aula Aduocatus
ob editos quoque ingenij fœtus eximius
Anno ſalutis MDXCIV. ætatis XXXIII. præmortuus
quod mortale depoſuit.
Lector viue, vt viuas.

CCLXXIV.

Tertia in Capitolina Senatoris Aula. A

Vrbano VIII. Pontifice Maximo
Auguſtinus Maffeus
Iacobus Benzonius Conſeruatores
Ferdinandus Brandanus
In Iulij Cartarij extincti Senatoris locum
Dies XXXV. iuridicundo præfuere,
eius rei perennem hanc memoriam teſtatam eſſe voluerunt.
Salutis Anno MDCXXXIII.

B

CAROLVS MONTECATINVS Ferrarienſis. Comitis Alphonſi Montecatini, & Thaddeæ de Amatoribus filius, Antonijq. Fulginatenſis Antiſtitis germanus frater. Anno 1616. in hanc mortalium lucem expoſitus; Carolus Ludouicus in ſacro Fonte dictus; Clemens Merlinus, deinde ſacræ Romanæ Rotæ Auditor percelebris, Compater. Antonio fratri in ſacri Conſiſtorij Aduocati munere anno 1643. Coadiutor datus, recepta prius in Vrbis Archigymnaſio die 17. Aprilis 1636. Doctorali laurea. Die 17. Nouembris 1644. in publico Conſiſtorio diſertiſſimè orauit, geſta Margaritæ Hungarici Regis Belæ quarti filiæ recenſendo. Iterumq. die 10. Octobris 1647. Philippi Benitij Seruitæ virtutes luculentèr enarrando. Quater Romanæ Academiæ Rector deputatus, egregiè ſuo perfunctus eſt munere. C Recurrente verò redemptæ ſalutis anno 1656. menſeq. Ianuario, a proborum fautore Alexandro VII. inter vtriuſque Signaturæ Referendarios, cum retentione Aduocationis, adſcriptum cernimus, eodemq. anno, contagionis morbo in Vrbe Roma ſæuiente, ad ſupellectilium, domorumq. infectarum expurgationem demandandam, generalis Commiſſarius deputatus. Laudatur (vir omnium præconijs extollendus) a Franciſco Antonio Eſſanio in Theologicis Theſibus anno 1646. ipſi inſcriptis, & a Iulio Cæſare Benedicto in epiſtolis medicinalibus anno 1649. typis euulgatis lib. 6. epiſt. 5. pag. 381. & nouiſſimè Theoremata Theologica, ex Diuis Auguſtino, ac Thoma decerpta, Romæq. a Ferrarienſi Eremita excalceato S. Auguſtini egregiè propugnata, ipſi Carolo Montecatino inſcripta leguntur.

D

IOANNES BAPTISTA RAYNOLDVS Mediolanenſis. Ex Antonio Raynoldo, & Margarita Ponzona natus. Ioannis Baptiſtæ Raynoldi, Senatus Ducatus Mediolani Præſidis, & Magdalenæ Catiæ ex filio nepos. Anno 1603. Orbi datus; Compater Mutius Sforza Marchio Carauaggij. In Ticinenſi Vniuerſitate Doctoralibus inſignijs decoratus, inter Mediolanenſis Collegij nobiles Iureconſultos, mox inter Canonicos Metropolitanæ illius Ciuitatis fuit adſcriptus. Conſultor deinceps Tribunalis SS. Inquiſitionis, & Vicarius in cauſis ciuilibus Archiepiſcopi Cardinalis Montij dictus. Semper ſe probum, doctumq. virum exhibuit. Hieronymo Meltio ſacræ Romanæ Rotæ Auditore promulgato, E Raynoldus anno 1643. Romanam adiuit Aulam Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus pronunciatus. Die 21. Menſis Februarij 1645. in publico Conſiſtorio Bernardi Ptolomei Senenſis Oliuetanæ Familiæ Conditoris præclara facinora recenſuit. Eodem recurrente anno inter vtriuſque Signaturæ Referendarios cooptatus, Aduocati Conſiſtorialis munus (Pontifice retentionem denegante) dimiſit. Iunio menſe illius anni Lucanæ Eccleſiæ Antiſtes vice Marci Antonij S. R. E. Cardinalis Franciotti pronunciatus. Ibi, dum optimi Paſtoris munere cunctis charus fungebatur, menſe Decembris 1649. rebus

humanis

humanis perfunctus eſt. De ipſo meminit Vghellus in Ital. ſacr. in append. tom. 5. co-
A lum. 1519. *Ioannes Baptiſta Rainoldus ex præcipua nobilitate Mediolanenſi, vtriuſque Si-gnaturæ Referendarius* (non loquitur de Aduocatione Conſiſtoriali) *per reſignationem Card. Franciotti, ab Innocentio X. Pont. Max. Lucenſis Epiſcopus declaratus eſt anno 1646. die vltima Iulij (1645.) Præfuit ſumma omnium laude ann. quatuor. Exceſſu è vita die 24. Decembris poſt Sacra ab ipſo peracta, apopleſia tactus, iacet in Cathedrali.*

E nobili Raynolda Mediolanenſi Familia præ cæteris prodiere Philippus Vrbis Romæ Senator eximius; & Ioannes Baptiſta auus Aduocati, Senatus Ducatus Mediolanenſis Præſes, de quo apud Scriptores perennis cum præconijs memoria.

B IOSEPH HORTENTIVS DE RVBEIS Romanus. Petri Franciſci de Rubeis Aduocati Conſiſtorialis celeberrimi, & Aureliæ (ex Equite Petro Caccia, Domicello Sabinenſi, ac Druſilla Coperchia, Pauli Coperchij Aduocati Conſiſtorialis filia, exortæ) filius. Sabinenſis Primicerius, & Abbas S. Matthæi della Maſſa Amalphitanæ Diœceſis. Anno 1643. Laurea in vtroque iure donatus, genitoriſque Coadiutor in Conſiſtorialis Aduocati munere creatus. Iulio Cincio Senatus, Populique Romani Aduocato Coadiutor datus. Martio menſe, dieque vndecima, anno 1645. in publico Conſiſtorio Torribij Alphonſi Magrobeſij Archiepiſcopi Ciuitatis Regum in India ornatiſſima oratione virtutes expoſuit, quæ in vita ipſius Torribij, anno 1655. edita, pag. 228. impreſſa legitur. At dum patris, auique veſtigia ſequebatur egregiè, Virtutiſque faſtigium fauſtiſſimè conſcende-
C bat, anno 1650. die ſexta menſis Decembris, hora quinta noctis, in ipſo ætatis flore nobis eripitur. Exanime corpus in Deiparæ de Vallicella Templo, die ſeptima ſolemni funebri pompa expoſitum, iuſta, in emiſſæ animæ ſuffragium, recepit, Aduocatis Collegis adſtantibus; ibique gentilitio ſepulchro datum eſt. Laudatur Rubeus ab Aemilio Melio in oratione de S. Philippo Nerio: & nouiſſimè a Michele Angelo de Lapis in indicata oratione, pag. 227. *Fù fatta nel Conciſtoro publico tenuto da Innocenzo X. à dì 2.* (die vndecima) *Marzo 1645. &c. da Monſignor Giuſeppe Hortentio de' Roſſi Romano Auuocato Conciſtoriale, figlio, e Coadiutore di Monſignor Pier Franceſco ſuo padre, parimente Auuocato Conciſtoriale, e Promotore della Fede l'infraſcritta Oratione in honore del Seruo di Dio Don Toriuio Alfonzo, quale nel ſeguente luogo ſi regiſtra, eſſendo veramente degna della ſtampa, sì per l'eleganza dello ſtile, come per ſcorgerſi in eſſa lo ſtudio, e ſublimità dell'ingegno di chi la*
D *compoſe, e recitò, con i quali haurebbe ſenza dubio emulato il gran valore, e dottrina del ſuo genitore, ſe la morte inuidioſa non gli haueſſe reciſo nell'anno vigeſimo quinto di ſua età troppo immaturamente il filo della vita.*

MARCVS ANTONIVS BVRATTVS Romanus. Ex Iulio, Marci Antonij Buratti, & Conſtantia, Euphroſinij, Epiphania Romana natus. Doctoralibus inſignijs exornatus in Vrbe anno 1635. Abbatis Dignitate in Regno Neapolitano, & Vaticano Canonicatu in Vrbe inſignitus. Anno 1643. Coadiutor in munere Aduocati Conſiſtorialis Dominico Cecchino (tunc Romanæ Rotæ Auditori electo, deinde S.R.E. Cardinali eximio) datus. Iunio menſe, die pri-
E ma, anno 1645. in publico Conſiſtorio perorauit, præclaras Heremitæ Nicolai de Saxo animi dotes recenſendo. Iterum die 22. Septembris 1650. Ollegarij Epiſcopi Barchinonenſis præconia contexendo. Laudatur Marcus Antonius a Iulio Cæſare Benedicto lib. 4. epiſtolar. medicinal. epiſt. 7.

Buratta Familia è Ciuitate Coreggij ad Vrbem demigrauit, è qua (cæteris omiſſis) prodiere Bernardinus Burattus Archiepiſcopus Sipontinus, & Franciſcus Maria Burattus Ordinis Prædicatorum Epiſcopus Vulturarienſis, Marci Antonij ſenioris filij. Vi-

xit ad hanc ferè diem Iulius Burattus eorundem germanus frater, nedum Paulo V. ſed
ſan.mem.Vrbano VIII. apprimè charus, a quo primùm Superintendens (vt aiunt) ac A
Reuiſor generalis Fortalitiorum, ſeu Propugnaculorum totius Status Eccleſiaſtici depu-
tatus; mox ad locum, per ipſum Vrbanum Pontificem inter Caſtrum Francum Ditionis
Bononienſis, & Flumen Panaræ eiuſdem Territorij Bononienſis, deſtinatum, vt ibi For-
talitium, ſeu Propugnaculum, *Forte Vrbano*, nuncupandum, iuxta typum, & exemplar,
ipſi Pontifici per eundem Iulium exhibitum, Pontificis, & S. Sedis nomine, auctorita-
teque conſtrueret, ampliſſima facultate, tranſmiſſus; denique Artellariæ (vt dicitur)
Status Eccleſiaſtici Gubernator generalis ab eodem munificentiſſimo Principe, & Caro-
lo Barberino Montis Rotundi Duce, renunciatus; vir ſanè integerrima probitate, pru-
dentia, morumque ſuauitate non mediocriter commendandus. Floruit in Vrbe Mat-
thæus Burattus Bononienſis, anno 1613. inter ſacræ Romanæ Rotæ Auditores adlectus.

B

CAROLVS GVALTERIVS Vrbeuetanus. Raphaelis, Triuultij
Gualterij, & Plautillæ, Fabritij Guarinacciæ Romanæ, Siluij Car-
dinalis Antoniani ex ſorore neptis, filius. Anno 1632. inter vtriuſ-
que cenſuræ Doctores cooptatus, Aduocati deinde munere cum
laude in Vrbe perfunctus, Iulio Donato anno 1644. è viuis ſublato,
in Conſiſtorialis Aduocati Officium ſubrogatus. Subſequenti anno
Pauperum Aduocatus, vice Ioſephi Baylæ prædefuncti, conſtitutus.
Literarum ſcientia (in Pontificio Diplomate) *fides, probitas, nec non
aliarum virtutum tuarum inſignia merita, ſincera erga Nos, & hanc ſanctam Sedem fidei, &
deuotioni coniuncta, in cauſa ſunt, vt te muneri, quod Nobis maximè cordi eſt, libentèr præ-* C
*ficiamus, firma ſpe in Domino freti, ea, quæ tibi commiſerimus, rectè, & ex animi noſtri ſen-
tentia adminiſtraturum, &c.* Die 28. Nouembris 1645. in publico Conſiſtorio venerabilis
viri Thomæ de Villa noua geſta recenſuit. Romanæ Vniuerſitatis Moderationem cum
laude ſemel exercuit. Humanioribus literis non mediocritèr excultus, nobilis, totoq.
Orbe celebris Humoriſtarum Academiæ Principatum promeruit. Anno 1653. Inno-
centij Summi Pontificis munificentia inter vtriuſque Signaturæ Referendarios (interpo-
latis menſibus) cooptatum ſe ſenſit, cum vtriuſque Aduocationis, Conſiſtorialis nem-
pe, pauperumque, retentione. Demum die ſecunda menſis Martij 1654. recurrente,
eiuſdem Pontificis ſummam liberalitatem expertus eſt, dum ipſum in ſacrum Cardina-
lium Collegium cooptauit; & modico interiecto temporis ſpatio, Archiepiſcopatu Fir-
mano condecorauit. Viuit Patriæ decus, Purpuramque condignè geſtat, de quo ſatis, D
ne in ſuſpicionem aſſentationis incurram. Legale (in minoribus) moliebatur opus *De
modo procedendi denegatis defenſionibus*: at maioribus addictus ſtudijs, maiores quoque,
vberioreſq. viuidi ingenij fœtus ipſum editurum, in ſpem adducor. Laudibus extollitur a
Iulio Cæſare Benedicto epiſtolarum medicinalium lib.9.ep.6. & in Panegyricis; quàmuis
ſecundò, pro Carolo, Iacobum inſcripſerit: a Iacobo Cohellio in Notitia Cardinalat.
cap.44. & nouiſſimè a Sidoniorum Epiſcopo Scannarolo in tract.de viſit. carcer. pag.97.
98. & 465.

Gualteriam Familiam in plurimas Europæ partes germina protendiſſe mihi conſtat,
præcipuè Romam, Vrbem veterem, Vrbinum, Aquilam, Neocaſtrum, Aretium, Panor-
mum, Fulgineum, Caſale maius, Amandulam, Sanctum Geneſium, ac Terram Sciglia-
ni. Orbi peperit viros eximios, inter quos floruit Marcus, de quo Gianius in annal.Ser- E
uor. hæc recenſuit. *Florebat enim his temporibus Ordo noſter huiuſmodi præclaris Viris,
ſumma eruditione, & ſanctitate præditis, inter quos B. Marci a Caſali maiori Diœceſis Crem.
nunc recolenda occurrit commemoratio. Hic ex nobili Gualteria illius Oppidi Familia oriun-
dus, poſtquam vxore omiſſa, de qua filios procreauerat, ſe ſolutum vidit, diuitijs, & conſan-
guineis poſthabitis, totum ſe Religioni Beatæ Virginis addixit, adeo ſolitudinis percupidus,
adeo humilitatis amator, vt nihil aliud, quàm ſe in hoc Mundo neſciri, & ſingulis contemptui
eſſe curaret. Quare Patria etiam in Religione relicta, inter abdita Montis Ferrati, ſeu (vt*

alij

A *alij malunt) in Inſula Crete diù delituiſſe, Superioribus tantummodò, & vni Socio cognitum*
ferunt, vbi tandem meritorum plenus, anno 1484. in Eccleſia S. Catherinæ tumulatus apud
Oppidum S. Saluatoris miraculis quamplurimis clarus decubuit, &c. Ioannes de Gualterijs
Aretinus, anno 1615, ad Epiſcopatum Burgi S. Sepulchri euectus. Thomas Thomatius
Gualterius, anno 1587. Breuium Sixti V. Secretarius. Thomas Gualterius Vrbinas,
qui a Marcheſano in tractat. de commiſſion. intèr duodecim antiquiores Referendarios,
in ambabus Signaturis ſuffragia dantes, deſcribitur. Guido Gualterius, qui *Relationem*
aduentus Oratorum Iaponorum deſcripſit. Paulus Gualterius, qui *Hiſtoriam Sanctorum*
Calabriæ. Additiones ad librum Conſtantini Laſcaris de Philoſophis Calabris, edidit. Geor-
gius Gualterius, qui *Tabulas Siciliæ* euulgauit. Petrus Paulus Gualterius, qui Secreta-
rius Collegij Cardinalium interfuit in Conclaui conuocato poſt obitum Pauli Quarti,
vt ex Diarijs Firmani; cuius ſepulchralis inſcriptio Romæ in Eccleſia Deiparæ in Via
Lata proloquens, ab erudito Florauante Martinello in Trophæo Crucis regiſtrata legi-
B tur pag. 177. Gualterius de Gualterijs Fulginas, anno 1297. Eleemoſynarius Bonifacij
Octaui. Raphael Gualterius Vrbeuetanus, a Iulio Tertio ad Luſitaniæ Regem Nun-
cius tranſmiſſus. Triuultius Gualterius Vrbeuetanus, ex Raphaele natus, Caroli noſtri
auus, Iuriſprudens præſtantiſſimus, Romanis Pontificibus Paulo III. Pio IV. & Pio V.
charus, Turroni Bononiæ Auditor generalis, Reatis, Anchonæ, ac Firmi Gubernator
æque vigilans, doctus, ac integerrimus: de tanto Viro parua indicauit Flaminius Car-
tharius auus meus in methodo proceſſus informatiui nondum edita: *Et idem in omnibus*
euenit mihi Bononiæ, dum eram Viceauditor Turroni, tempore, quo ibi capitalibus iudican-
dis dignè erat præpoſitus D. Triuultius Gualterius Vrbeuetanus, & affinis meus, vir magnus
ſcientia, magnus iudicio, vt quemadmodum corpore, vir etiam acutiſſimi ingenij, & inter
C *cæteros Dominij Eccleſiaſtici practicos Iudices criminaliſtas facilè primum locum tenens.* Vin-
centius quoque Cartharius in ſua manuſcripta hiſtoria in hæc de Triuultio verba loqu-
tus fuit, *Dum hæc Bononiæ gerebantur, Rauennates in ſuis maximis diſcordijs timore pœnæ*
pacati, vt Saluatori Pacino Prolegato accurrerent, atque ab eo ſe ipſos defenderent, qui nul-
lam in eos animaduertendi rationem emittere videbatur, quia ipſi Rauennates ſepta fluminum
*euerterant, ad ipſum Petrum Donatum (*Cæſium*) miſerunt, rogatum, vt Rauennam pete-*
ret, ad irarum æſtus compeſcendas, ſed ipſe Antiſtes Triuultium Gualterium Orbitanum Iudi-
cem capitalem (Auditorem Turoni vocant) miſit, vt Rauennatibus aliqua ex parte ſatisfa-
ceret, cum ipſe Caſius Præſul dictis, alijſque de cauſis impeditus, Rauennam ire non potuerit.
Re itaque a Triuultio, atque Ioanne Franciſco Balnei Comite compoſita, &c. Sebaſtianus
Gualterius recenſiti Triuultij germanus frater, qui Viterbienſis Eccleſiæ Antiſtes ſacro
interfuit Tridentino Concilio, cuius *Acta* treſdecim voluminibus conſcripſit; vir profe-
D ctò Chriſtiana pietate, Canonumque peritia ſummis præconijs extollendus, prout ab
Vghelli docto calamo extollitur in Italia ſacra. Felix Gualterius Vrbeuetanus, Triuul-
tij, ac Sebaſtiani germanus frater, vir eruditus, qui *De Conclaui* ad Ciprianum Saraci-
nellum Conciuem ſuum opuſculum elaborauit; & in Medicei Cardinalis funere elo-
quentèr perorauit. Viuit in Vrbe eruditus, ac integer Gualterius de Gualterijs Signa-
turæ Referendarius, & S.D.N. Breuium Secretarius. Pius Papa Quartus verba hæc in
Pontificijs literis fauore Vrbeuetanæ Gualteriæ Familiæ emanatis, ad illius decus inte-
xuit. *Conſiderantes, & inter mentis noſtræ arcana reuoluentes, quòd dilecti filij Raphaellis*
Gualterij Ciuis ipſius Ciuitatis nati ob affinitatem, & conſanguinitatem inter eos, ſeu eorum
progenitores cum fel. rec. Iulio III. Prædeceſſore noſtro, & nonnullis ex S. R. E. Cardinalibus
contractam, &c. Hoc denique non omittam (ex integerrimi Iacobilli aſſertione de Sanctis
E Fulginatenſibus) circa annum 1080. Gualterium, Monaldum, Offredum, Odoriſium,
Randum, & Vgolinum Gualterios Comites Oppelli in Ditione Fulginatenſi, munifi-
centiſſima liberalitate celeberrimi Cœnobij S. Crucis Saxiuiui fundationem adiuuiſſe,
ipſorumque deinde filios eidem Eccleſiæ nedum Oppelli Comitatum, ſed ferè bona
cuncta donaſſe.

CAMILLVS ASTALLIVS Romanus. Fuluij Aſtallij, & Catherinæ A
Ioannis Auguſtini, Pinellæ filius. Tiberij Aſtallij, ac Prudentiæ
Creſcentiæ ex filio nepos. Anno 1618. luci exortus. In Patria die
ſecunda Aprilis 1640. laureatus, Innocentij Decimi munificum pa-
trocinium anno 1645. expertus eſt, quo in Conſiſtorialium Aduo-
catorum ordinem (vice extincti Ioſephi Baylæ) fuit adlectus; muni-
ficentius, dum anno 1647. inter Apoſtolicæ Cameræ Clericos fuit
cooptatus; munificentiſſimum, dum anno 1650. fuit nedum ſacro
decoratus oſtro, ſed cognomine, gentilitioque Pamphilianæ Familiæ ſtemmate dona-
tus, Cardinalis regnantis eminentem cæteris dignitatem aſſequutus fuit. Aueniono nenſi
Legatione auctus, natalium, virtutumque ſplendore nobiliſſimus, virenti ætate, ſed ca-
nus prudentia; Summo Romano Pontifici omnium plauſu Orbi regendo manum com-
modauit. Eximias purpurati Viri encomiaſtica oratione dignas animi dotes facundio- B
res calami exarabunt, quas ego obſequentiſſimus ſuſpicio.

BARTHOLOMÆVS CAPRA Mediolanenſis. Ex Franciſco, Marci
Antonij Capræ Comitis Spini, aliorumque Locorum prope Addam,
& Comitiſſa Iulia, Rogerij, Marliana genitus. Bononiæ, poſt le-
galium ſtudiorum labores, laurea donatus. Anno 1645. moram
in Vrbe trahens Summi Præſulis Innocentij Decimi Cubicularius
honoris, fuit à celebri Collegio Iuriſconſultorum Mediolanenſium
vnà cum Carolo Septalio, & Benedicto Cittadino (ad præſens in- C
ter vtriuſque Signaturæ Referendarios cooptatis, Septalioque ad
Epiſcopatum Derthonenſem euecto) ad ſacri Conſiſtorij vacantem Aduocationem (per
dimiſſionem Raynoldi) nominatus, mox ab eodem Pontifice Aduocatus pronunciatus.
Die 29. Maij 1653. Alexandri Saulij Ianuenſis, Epiſcopi Alerienſis virtutes æternitate
dignas in publico Conſiſtorio elegantèr patefecit. Romanum Cœlum ſibi aduerſans
pluriès expertus, pluriès in Patriam redijt; medicorum demum conſilio, amicorumq;
ſuaſu Vrbem deſeruit, eiuſdem Innocentij munificentia Archipresbyteratu Mediolani
in locum Septalij, cohoneſtatus, & Signaturæ Referendariatu (dimiſſa prius Conſiſto-
riali Aduocatione) eodem recurrente anno 1653. auctus. Viuit in Patria, nedum
legali, ſed politioris literaturæ refertus eruditione, nobiliſque animi candore præ-
clarus.

Prodierunt ex illuſtri Capra Familia Anſelmus Capra, anno 883. Archiepiſcopus D
Mediolanenſis. Bartholomæus Capra, qui Conſtantienſi Concilio interfuit, eodem
Mediolani Archiepiſcopatu ab anno 1414. decoratus. Conſtantius, in eadem Sede
Bartholomæi Succeſſor, qui licèt ab Vghello nobili Familiæ de Fundulis Cremonenſi ad-
ſcribatur, Morigia tamen Caprorum generi eundē attribuit. Aloyſius Capra, ab an. 1491.
Piſaurenſis Paſtor. Galeatius Flauius Capra, Capella nuncupatus, Franciſci Secundi
Sfortiæ poſtremi Mediolanenſium Ducis a Secretis, & ipſius ad Venetam Rempublicam
Orator, qui latino, maternoque idiomate plura elaborauit, præcipuè *De bello Muſſia-
no. De rebus geſtis pro reſtitutione Franciſci Secundi Mediolanenſium Ducis; Della eccel-
lenza, e dignità delle Donne.* Iulius Capra Vicentinus, qui *Commentaria in Digeſtum
nouum* conſcripſit. Non ſum neſcius, floruiſſe Benedictum Peruſinum, qui licèt in ſuis
Conſilijs, Regulis iuris, alijſque lucubrationibus Benedictus Capra inſcribatur, taliſq. E
communi calculo nuncupetur, attamen cum Scribentes conueniant, ipſum è gente de
Benedictis prodijſſe, atque ex propriæ vocis veluti caprinæ ſonitu Capræ cognomentum
ſuperadditum, inter Caprenſes adſcribendum non cenſeo, ſed tantùm æquiuocum in-
dico. Reliqua de hac nobili Progenie Mediolanenſi, Vicentina, & Pedemontana vide
apud Scotum in Itinerario Italiæ par. 1. pag. 26. 27. 30. 31. & 33. & Creſcentium de nobilit.
Ital. par. 2. pag. 746. cum tribus ſeqq.

CCLXXIX.

A IOANNES MARIA VERMIGLIOLVS Peruſinus, aliàs Vermigliolus de Vermigliolis nuncupatus. Ex Siluiô, Ioannis Mariæ de Vermigliolis, & Hortentia; Hieronymi de Villanis de Peruſio, die 15. Nouembris 1570. natus. Diù in Patria de iure reſpondit, inter celebres Iureconſultos non poſtremus: Bononienſis Legationis Auditoratum anno 1605. & ſequenti geſſit egregiè: Romam properans, amicorum hortatu eam ſibi domicilium ſtatuit. Aduocationis munere perfungens, probitate, ac virtute inter primarios Vrbis Defenſores, plaudente fama, adſcribi promeruit. Meritis onuſtus, & gloria, Franciſco Perretto Conſiſtoriali Aduocato è viuis ſublato anno 1647. ſubrogatur. Viuit adhuc Vermigliolus noſter, vegeta valetudine; viuit inquam Romana in Aula, optima ingeniorum arbitra, Iuriſta eximius, in vſu Forenſi exercitatiſſimus, totus in ſtudijs, & a recta integritatis via nunquam deuius. Leguntur nonnulla ipſius Reſponſa in vol. 2.
B conſiliorum Farinacij conſ. 160. 184. & 230. Adductus tamen literatorum virorum, amicorumque precibus, ex viginti ſeptem ſuorum Reſponſorum manuſcriptis voluminibus quingenta viſiora criminalia ſelegit, & ad reorum defenſionem vnico volumine typis euulgauit. Conſiliorum verò ciuilium volumen alterum, vltimarum voluntatum, feudaleſque materias complectentium, exoptatur a doctis. Mortis memor, in Eccleſia ſemper Virginis Deiparæ de Pace ſepulchrum ſibi extruxit, vbi literatum marmor, quòd in eiuſdem Templi pariete præminet ad legendum, ita proloquitur.

D. O. M.

C IOANNES MARIA VERMIGLIOLVS DE VERMIGLIOLIS
PERVSINVS
SACRAE CONSISTORIALIS AVLAE ADVOCATVS
ET COLLEGII V. I. C. PERVSIAE DECANVS
ASSIGNATIS HVIC ECCLESIAE LOCIS DECEM MONTIS
SVB ONERE
EX ILLORVM ANNVO REDDITV
MISSAS TRES IN PERPETVVM
CELEBRANDI AD ALTARE PRIVILEGIATVM
HEBDOMADIS SINGVLIS
D PRO SALVTE SVA ET SVORVM
IVXTA INSTRVMENTVM EX ACTIS SEBASTIANI CAESIS
CARDINALIS VICARII NOTARII DIE VII. DECEMB. MDCXLIV.
VIVENS POSVIT.

Paulus de Rubeis in ſuis reſolut. cap. 23. ſcripſit *D. Vermigliol. vir inſignis*; & ſupra cap. 16. ipſum allegauerat, ſed error in nomine irrepſit, Io. Angelum, ſcribens. Cohellius in comment. ad Bullam Boni Regiminis, cap. 34. art. 5. num. 2. de ipſo cum laude meminit.

E NICOLAVS SEVEROLVS Fauentinus, Marci, Caroli Seueroli, & Iſabellæ, Antonij, Mengatiæ Fauentinæ filius. In Ciuitate Bononiæ, dum Rectoris Collegij Montis Alti munere fungeretur, iuridicam recepit lauream, tota quaſi Vniuerſitate carminibus plaudente, ac gratulante. Anno 1647. Romana in Aula nedum Aduocatus de iure reſpondebat, ſed Capitaneus appellationum, ac Iudex nullitatum Vrbis in eadem ius dicebat, dum ſacri Conſiſtorij Aduocatus vice Camilli Aſtallij (nunc S.R.E. Cardinalis) fuit Pon-

tificio

tificio Innocentij Diplomate promulgatus. Mox Columnenſium Dynaſtarum munificentia, Hieronymi S.R.E. Cardinalis Columnæ, & Marci Antonij Columnæ Neapolitani Regni Magni Comeſtabilis Statuum Campaneæ, vtriuſque Aprutij, Calabriæ, ac A
Siciliæ generalis Auditor pronunciatus. Hinc Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Aduocatus dictus. In publico Conſiſtorio, die 26. Iunij 1653. conuocato, eximia, præclaraque geſta Serui Dei Ioannis de Ribera Hiſpani eleganti narratione expoſuit. Si proprij ingenij lucubrationem aliquam vir iſte Iuris vtriuſque cenſura præclarus, neque elegantis eruditionis expers, legendam tranſmittet ad poſteros, habebit ſanè doctorum hominum Reſpublica quid admirandum, habebit Aduocatorum Collegium, habebit Seuerola Familia quid ſibi gloriandum: ſed rarò fori ſtrepitus pacatam ſcriptioni mentem relinquit. Laudatur Nicolaus a Franciſco Antonio Eſſanio Fauentino in Theologicis Theſibus; & a Paulo Melandro in legalibus Concluſionibus ipſi inſcriptis: calamoque ſatis vberiori a Ioanne Baptiſta, & Ioſepho Corbis in epiſtola dedicatoria, quam ſecun- B
do volumini Tractatus de Laudemio ab Antonio Nigro elaborati, præfixere; & ab eruditis quamplurimis Muſarum Alumnis, in libello carminum, quem Academici Operoſi in eius Doctoratu compilarunt, typiſque recurrente anno 1636. euulgarunt, cui titulus. *Clio nel Dottorato dell'Illuſtriſſimo Sig. Nicola Seueroli Rettore del Collegio di Montalto.*

Inter primarias Fauentinæ Ciuitatis Familias emicat Seuerola, peruetuſta, & nobilis. A celebri Hiſtorico Hieronymo Rubeo in Rauennatenſi hiſtoria commemorantur Farolfus Seuerolus, qui anno 1229. pro Oppido Lugi in manibus Archiepiſcopi Rauennatenſis fidelitatem iurauit; & Lippus Siuiroli, qui anno 1313. Fauentinæ Ciuitatis Magiſtratum geſſit. Vixit circa annum 1400. Andreas Seuerolus, Equeſtri dignitate decoratus, vir apprimè illuſtris, ac diuitijs, & authoritate in Patria potens, ex quo Familiæ omnes Seuerolæ, quæ ſuperſunt hodie, propagatæ fuere: ſepulchrum illi in gentilitio Sacello Eccleſiæ Cathedralis Fauentinæ conſtructum, ſtatuis marmoreis, alijſque ſcul- C
ptis ornamentis, artificij, & materiæ nobilitate, quantæ fuerit exiſtimationis, conteſtatur, vbi legitur

Hic
Andreas iacet Seuerolæ gloria Gentis
Virtute, atque opibus nempe celebris Eques,
Qui pius in miſeros fuit, & ſectator honeſti,
Prole ſua fœlix, & quo non ære, nec agris
Vrbe Fauentina ditior alter erat. D
MCCCCLVIIII.

Prodiere ex iſta Familia quamplurimi militiæ præclari Duces; at præ cæteris Iuſtinianus Seuerolus, de quo Rubeus in hiſtoria Rauennat. anno 1552. *Vitalis* (Indiuinus vnius Cohortis Imperialis Præfectus in bello Senenſi) *cum ſclopettarijs centum eſt miſſus, qui feliciter audax in hoſtes irruens, adeo ſtrennè ſe geſſit, vt quanquam ex ſuis aliquot ceciderunt, aliquandiuque cum Iuſtiniano Seuerolo Fauentino, præſtantis virtutis peditum Præfecto ſingulari certamine, cum eſſet vterque ſecuri armatus, dimicauit, &c.* Iuſtinianus idem a Marcello II. Romano Pontifice Ciuitatis Anchonæ, & illius Diſtrictus Gubernator, Arcis Præfectus, & Militum Columnellus deputatur: a Paulo deinde IV. in eiſdem mune- E
ribus confirmatur: inde ab Hercule Eſtenſe Ferrariæ Duce in expugnatione Guaſtallæ legionibus præficitur: mox a Pio IV. omnium Arcium, & Fortalitiorum Status Eccleſiaſtici Reuiſor, & Superintendens deputatur: tandem militum Ciuitatis, Comitatuſque Aſculi, nec non Maritimæ, & Campaniæ Gubernator generalis pronunciatur. Nec ſilentio prætereundus Ioannes Baptiſta Seuerolus, qui apud Henricum IV. Galliæ, & Philippum II. Hiſpaniæ Reges munere Ducis equitum Cataſractorum, aliiſque inſignioribus militiæ titulis egregiè perfunctus eſt, & anno 1598. in expeditione Ferrariæ, a

Clemen-

A Clemente VIII. totius equeſtris exercitus Locumtenens generalis creatus, cuius mentio apud Ioannem Zaratinum in additione ad Iconologiam Ripæ in deſcriptione Prouinciæ Romandiolæ, pag. 534. *Il Capitano Gio. Battiſta Seueroli per la molta eſperienza militare, per lo ſeguito grande, e per la prattica, che haueua nelli confini della Romagna, e del Ducato di Ferrara, fù dichiarato Luogotenente generale di tutta la Caualleria*: commendatur etiam a Campano in vita Philippi II. in anno 1597. Prætereo Andream, & Petrum, nobiliſſimæ Hieroſolymitanæ Religionis Equites, alioſq. Militarium ordinum cingulis decoratos, & Palladis paludatæ Sectatores indico; inter quos claruere Andreas I. C. clariſſimus, vnus ex Compilatoribus Statutorum Fauentiæ, quiq. a Republica Florentina Auditor Rotæ eiuſdem Ciuitatis creatus fuit. Aphricanus Seuerolus clari nominis in Vrbe Aduocatus, Leonis Decimi familiaris, ac Prodatarius: hic ipſa *Comitia*, in quibus Hadrianus VI. Summus Pontifex renunciatus fuit, diligentiſſimè deſcripſit, cum in iiſdem, a Paulo Card.
B Cæſio nominatus, interfuiſſet. Hercules Seuerolus, qui opus edidit *De literis remiſſorialibus*, oecumenico Concilio Tridentino Promotor interfuit, Romamq. reuerſus, vixit Pij Quinti familiaris, ac Fiſci, Cameræq. Apoſtolicæ Procurator Fiſcalis generalis. Iacobus Seuerolus Herculis filius, qui vtriuſque Signaturæ Referendarius, in iiſdem votans ſuffragia dedit, & Ferrariæ Vicelegatus præfuit, quiq. Tractatum elaborauit *De conditionibus, & demonſtrationibus*. Antonius Seuerolus Archiepiſcopus primùm Raguſinus, deinde Archiepiſcopus Nazarenus. Leonardus Seuerolus Nicolai noſtri germanus frater, anno 1650. ab Innocentio Decimo Epiſcopalibus Infulis S. Seueri in Apulia inſignitus, annoq. 1651. rebus humanis exemptus. Marcus Antonius, qui ab Vghello in Italia ſacra, de Fauentinis Epiſcopis, nuncupatur *Marcus Antonius Seuerolus nobilis, doctuſq. Fauentinæ Eccleſiæ Archidiaconus, & Academiæ Philoponum eiuſdem Ciuitatis primus Princeps*.
C Creſcentius de nobilit. Ital. par. 2. pag. 375. loquens de nobili Belmontia Familia, ſubdit: *Hebbe queſti* (nempe Ludouicus Belmontius, qui vixit circa annum Domini 1400.) *da Caterina de' Seueroli principaliſſima tra la più degna Nobiltà di Faenza, Rinaldo, e Pietro &c.* Vghellus autem in Italia ſacra vbi ſup. ſcripſit. *Archidiaconatus nobilis Seuerolæ Gentis patronatus eſt, cuius prouentus ad 650. ſcutata aſcendit*. At ſi plura de huiuſmodi Familia requiras, percurre mox indicatam epiſtolam, in Tractatu de Laudemio impreſſam. Pro coronide Familiæ de Seuerolis ſeriem ſubnectam: Primus, de quo conſtet, Seuerolus nomine fuit (vnde forſan cognomen exortum) ex quo Farulfus, de quo ſupra; ex Farulfo Seuerolus alter; ex hoc Lippus, de quo ſupra; ex Lippo Lippus ſecundus; ex ipſo Ioannes Baptiſta; ex hoc Andreas, de quo ſupra; hinc arbor in tot diſtincta foecundos ramos, quot filios Andreas procreauit, inter quos Orbi natus Bartholomæus, ex quo Carolus, ex hoc Marcus, ex Marco Carolus alter, ex Carolo Marcus ſecundus, & ex hoc
D Nicolaus Seuerolus, ſacri Conſiſtorij Aduocatus, de quo noſter fuit ſermo.

IOANNES ANDREAS CALDERINVS Bononienſis. Ioannes Calderinus Comes Caſulæ, & Helena de S. Petro parentes. Ludouicus Calderinus Senator Bononienſis auus, & Catherina de Catta-neis auia. Anno 1616. exortus: Compater Alexander S. R. E. Cardinalis Ludouiſius Archiepiſcopus Bononienſis (deinde Summus Pontifex Gregorius XV.) & pro eo Annibal Palcottus. Per obitum Franciſci Cultelli Conſiſtorialis Aduocati locus Bononienſi Iureconſulto concedi conſuetus vacauerat; Summus Pontifex ad eundem
E decreuerat, ac euulgauerat Comitem Carolum Euangeliſtam Abbatem de Graſſis nobilem Bononienſem: at vix gratioſo Diplomate ſubſignato, domeſticis adſtrictus euentibus, Aduocationis Officium Graſſus liberè dimiſit, & in Patriam remeauit. Morâm trahebat in Vrbe Calderinus, Abbas S. Mariæ de Vetrana, & Aduocationis munere perfungens; hunc igitur ſacri ſui Conſiſtorij Aduocatum anno 1649. Innocentius dixit. At dum Patriam petierat, ibi reparatæ Salutis anno 1651. menſeq. Decembris, ætatis ſuæ 35. fatum ineuitabile, magno cunctorum moerore expertus eſt: quis enim iuuenis obitum

non collachrymaſſet genere nobilis, corpore validi, ætate floreſcentis, acumine ingenij, A legali ſcientia, varia eruditione, miraq. prudentia pollentis?

Calderina Familia Orbi peperit Ioannem Bononienſem Iuriſprudentem magnę ſcientiæ, & inculpatæ vitæ, qui ſcripſit *Commentaria in Decretales. Repetitiones in Iure canonico. De Interdicto eccleſiaſtico. Conſilia*: ipſi a nonnullis opuſculum attribuitur *De forma procedendi contra inquiſitos de hæreſi*, quod (tacito authoris nomine) legitur inter Tractatus diuerſorum cum additionibus Franciſci Pegnæ: hunc Ioannes Andreas Doctor eximius in filium ſibi adoptauit: (at Ghilinus in ſuo theatro par.2.pag. 118. èconuerſo ſcripſit, Ioannem Calderinum Patritium Bononienſem, literatorumq. Mœcenatem ſibi Ioannem Andream filium adoptaſſe) eiuſdem præconia recenſentur a Fichardo, & Mantua in vitis Iuriſconſultorum, ab illo pag. 6. ab iſto pag. 36. a Phanuſio Campano pag. mihi 151. a Philippo Bergomenſi in ſupplem. chronicor. pag. 314. & a Card. Bellarmin. de ſcriptor. eccleſ. pag. 216. Gaſparem Calderinum Ioannis filium, qui patris mores tenuit B probos, legalemq. ſcientiam æquè ac genitor calluit; ſcripſit *Compendium Decreti*: de hoc forſan habetur mentio in Vrbani VI. Diplomate, anno ſui Pontificatus nono ſubſignato, de quo in Pontificio Regeſto, ibi, *Dilectis filys nobilibus viris Gaſpari de Calderinis, & Thomæ de Angelellis Militibus Bononien. ſalutem*, Andream Calderinum Gaſparis filium, anno 1466. Epiſcopum Cenetenſem. Ioannem Andream Calderinum Vaticanæ Baſilicæ Canonicum, & Cameræ Apoſtolicæ Auditorem, Nec impar decus huic progeniei addidit Andreola de Calderinis, quæ Nicolai Quinti Summi Pontificis, & Philippi Cardinalis Calandrini Maioris Pœnitentiarij (ex diuerſo coniuge) mater eſſe promeruit, vt indicat epitaphium in Cathedrali Lunenſi collocatum.

Andreolæ de Calderinis C
Quæ Nicolaum V. Pont. Max. ſedentem,
& Philippum Card. Bononien. Maiorem Pœnitentiarium
ex ſe natos
Romæ materno affectu ſalutauit
Spoleti moriens
eiuſdem Card. pietate in Patriam delata
humili hoc tumulo felix tanta prole quieuit.
Vixit annos LXXX. obijt anno MCCCCLI.

D

Domitium Calderinum Veronenſem, Oratorem, ac Poetam celeberrimum. Valerianum de Calderinis Ianuenſem, anno 1438. ex Epiſcopatu Adiacenſi translatus ad Eccleſiam Sagonenſem. Ioannem Valerium de Calderinis Ianuenſem Sagonæ in Corſica primùm Epiſcopum, deinde ad Sauonenſem, denique anno 1467. ad Albingaunenſem, translatum.

CAROLVS EMMANVEL VIZZANIVS Bononienſis. Camilli Vizzanij, & Plautillæ de Ghiſellis Bononienſium filius. Iaſonis Vizzanij, & Helenæ Bontiuolæ ex filio nepos. (Iaſon autem Hippolytæ Ludouiſiæ, Gregorij XV. ſorori ſecundò nupſit). Anno 1616. luci Bononiæ expoſitus; Compater Sereniſsimus Carolus Emmanuel Dux Sabaudiæ, cuius vices Ioannes Antonius, ſacræ Religionis d. Ducis magnæ Crucis Eques, Conſiliariuſque, & magnus Bononiæ Commendator ſuppleuit. In eadem Ciuitate, poſt Philoſophiæ lauream aſſequutam Philoſophicas, Theologicaſque Theſes publicè, ſtrenuèque propugnauit. Anno 1649. in Romano Lyceo vtriuſque iuris E

lauream

A lauream recepit. Vice Ioannis Andreæ Calderini, immatura morte prærepti, anno 1652. a Summo Pontifice Innocentio Decimo inter Pontificij Conſiſtorij Aduocatos, dum in Foris de iure reſpondebat, adlectus. At iuuenilibus recurrentibus annis, nedum in Patrio Bononienſi, ſed in Patauino Gymnaſio Philoſophiam, non ſine proprij nominis celebritate, profeſſus fuerat: gemina ſui monumenta ingenij typis euulgauit; quorum primum hanc in fronte geſtat inſcriptionem ΩΚΕΛΛΟΣ Ο ΛΕΥΚΑΝΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ *Ocellus Lucanus Philoſophus de Vniuerſi natura. Textũ è Græco in Latinum tranſtulit, collatiſq. multis exemplaribus etiam M. SS. emendauit, Paraphraſi, & Commentario illuſtrauit Carolus Emmanuel Vizzanius Bononienſis. Pars Politica.* Alterum. *Ocelli Lucani de Legibus Fragmentum ex Stobæo Egl. Phyſ. lib. 1. cap. 16. Cum verſione, Paraphraſi, & Commentario Caroli Emmanuelis Vizzanij.* Alia nobilis viri viuidum ingenium molitur opera. In publico Conſiſtorio, die 5. Martij 1654. conuocato, præ-
B clara Beati Felicis de Cantalicio facinora Vizzanius egregiè recenſuit. Ab authore operis, cui titulus, *Le glorie de gl'Incogniti*, pag. 88. eleganti calamo laudatur Carolus Emmanuel noſter, ipſius quoque effigie ſuperaddita; ſcribentis verba audiamus. *Floriſce ſono molti ſecoli tra la Nobiltà Bologneſe la famoſa Famiglia de' Vizzani, riconoſcendo la ſua origine da alcuni Gentilhuomini Suizzeri, che paſſati in Italia l'anno 966. con Ottone il Magno, la traſportarono in quella Città, honorati da lui del titolo di Catanei del Caſtello di Vizzano, fabricato da loro, e denominato dal proprio cognome. Queſta glorioſa producitrice in ogni tempo d'huomini illuſtri nell'armi, ha finalmente ſuperato ſe medeſima nel dar al Mondo Carlo Emanuele noſtro Accademico, il quale con prodigioſo corſo di feliciſſimo ingegno forniti nell'età d'vndici anni gli ſtudij della Humanità, della Rettorica, e della Logica, s'applicò à quello delle Leggi. Dopo ſi diede alla cognitione delle lettere Greche, e della Filoſofia, nella*
C *quale maggiormente ſi ſentiua rapire dal genio. Onde per meglio impadronirſi della cognitione d'vna ſcienza così nobile, rinouato nella ſua Caſa l'vſo antico de' Greci, e de' Latini d'aſſiſtere à publiche diſpute, hebbe larghiſſimo campo d'eſſercitarſi quanto gli piacque nel riſpondere alle difficoltà propoſtegli, non ſolamente da gran quantità di ſcolari, ma di publici Profeſſori, e d'altri Soggetti qualificati, trà quali fù ſingolarmente honorato dal Signor Conte Carlo Roſſetti Caualier Ferrareſe hoggidì Cardinale. Quinci per i gradi di tutte le ſcienze inferiori portatoſi al Trono della Teologia, e riempitoſi il ſeno de' torrenti della ſapienza Diuina, fù chiamato alla publica Lettura nella ſua Patria, nella quale eſercitatoſi meno d'vn anno, venne dalla Republica di Venetia dichiarato primo Logico dello Studio di Padoua, con ſtipendio maggiore di quello, che mai ſi ſia dato ad alcuno de' ſuoi Anteceſſori. Trasferitoſi egli adunque à quella famoſiſſima Vniuerſità nell'età di ventidue anni, e con ſodisfattione, e con marauiglia eſercitata quella carica per lo ſpatio di tre anni, fece paſſaggio alla Catedra di Filoſofia, honorato oltre*
D *à ciò dal Sereniſſimo Prencipe in teſtimonianza dell'aggradimento del ſuo ſeruigio del Collegio di quella Città; dalla quale è ſtato neceſſitato à partire, e troncare il filo dell'eſpettatione del ſuo valore, per attendere in Roma alla ricuperatione di gran parte de' beni della ſua Caſa, decadutagli per la morte del Commendator Pompeo Vizzani ſuo fratel cugino. Ha ſcritto queſto nobiliſſimo ingegno, benche perpetuamente occupato, varij Componimenti così di Filoſofia, come di belle lettere, vna gran parte de' quali ſi conſerua manuſcritta appreſſo i ſuoi Scolari, e maſſime i Commentarij ſopra la Logica, la Fiſica, la Generatione, e l'Anima d'Ariſtotele. S'è affaticato aſſai ſopra Ocello Lucano Autor Greco, che viſſe auanti Platone, da lui tradotto in latino, & illuſtrato con vna piena Parafraſi, e con vn Commentario copioſo, e ripieno di varia, e nobiliſſima eruditione. Conceda il Cielo con perpetuo giro di proſpera Fortuna lungo corſo di vita à Carlo Emanuele, perche egli poſſa con gl'immortali parti della ſua penna eternare nelle*
E *proprie glorie gli antichi faſti della ſua inclita ſtirpe, mentre intanto gode il Mondo nelle ſtampe Ocellus Lucanus Philoſophus.* De ipſo quoque meminere Ioannes Franciſcus Lauredanus nobilis Venetus (in cuius præconijs attexendis Scriptorum calami decertant) in tribus impreſſis epiſtolis, ad Vizzanium tranſmiſſis; & in opere, cui titulus, *Scherzi geniali*, par. 2. *Elena piangente, Scherzo quinto*, ipſi Carolo Emmanueli inſcripto, vbi præcipuè. *Serua queſto per vn teſtimonio di ſtima, e d'oſſequio verſo la virtù di V. S. che co i progreſſi così ſingolari in tutte le ſcienze ſi guadagna l'immortalità, ch'io non ſò pretendere d'auuantaggio: & affettionatiſſimo le bacio le mani.* Comes Galeatius Gualdus Prioratus in hiſtoria Chriſti-

næ Reginæ Suecorum lib. 7. pag. 271. *Gli fu conſegnato ancora vn Cattalogo ſtampato delle opere ſudette, con vn'elogio compoſto dal Conte Carlo Emanuele Vizzani vno de gl'Auuocati* A *Conciſtoriali Bologneſi ſoggetto inſigne*. Iacobus Philippus Tomaſinus in elogijs Virorum illuſtrium par. 2. pag. 105. in vita Vincentij Montecalui Bononienſis Philoſophiæ Profeſſoris eximij, ibi. *Diſciplina ſua imitatores egregios reliquit Io. Aloyſium Gypſium &c. Carolum Emmanuelem Vizzanum in Gymnaſio Patauino ſubtilis ingenij Philoſophum, Auguſtinum Marſilium &c.* Hieronymus Ghilinus in theatro Virorum literatorum pag. 105. vol. 1. de clari nominis Viro Io. Franciſco Lauredano ſcribens. *Scherzi geniali parte ſeconda, portati nell'Idioma Franceſe da Giouan Lauernhe, ed in parte honorati del Latino, e del Greco da Carlo Emanuel Vizzani &c.* Marchio Scipio Sanctacrucius, in quo & generis nobilitatem, & ingenium admirandum ſuſpicit Orbis, hæc numeris adſtricta oratione cecinit, typis euulgata.

B

Nel Dottorato (Philoſophiæ) *del Sig. Carlo Emanuele Vizzani.*

Vizzan le gote, e'l mento a pena indori,
Che di vano piacer le forze hai dome,
Mentre di Palla a gli honorati allori
Veggio felici inſuperbir tue chiome.
Quindi rinoua il Reno i ſuoi ſtupori,
Che de' grand' Aui tuoi rinato il nome
Gode in te ſolo, e de' più graui honori C
Penſa ſu le tue terga impor le ſome.
E s'auuerrà, ch'a la natia virtute
Tanto doni di vita il Cielo amico,
Che 'n bianca neue il biondo crin ſi muto,
Vedrà la ſua gran Lupa il Latio aprico
Premer' al cibo tuo le mamme hirſute,
Et arrichir di glorie il Tebro antico.

Prænobilem Bononienſem Vizzaniam Familiam eximijs in Patria preeminentijs, ac Magiſtratibus potitam fuiſſe, a milleſimo vſque Salutis anno edoceor. In eiuſdem Ciuitatis Cœnobij Prędicatorum Clauſtro vetuſtate mirandum marmor conſpicitur, in quo armis inſtructum virum, inſignibus ſeperadditis, ſcalprum inſculpſit, characteribus circum circa proloquentibus. Sepulchrum Domini Vgolini, & Domini Berti Cataneus de Vizano, & filiorum S. . . . . . . die 6. Octobris. cuius Anima requieſcat in pace. Alidoſius in opuſculo de Confalonerijs Iuſtitiæ Bononienſis Ciuitatis, Iaſoni Vizzanio inſcripto, hæc de Familia. *La Famiglia Vizzana fin del 1266. fu Patrona del Caſtello di Vizano, come ſi vede nell'inſtrumento di emancipatione di Rolandino con Aſpettato, Guiduzzo, e Sigiſmondo ſuoi figliuoli; & in un'altro di diuiſione fatto del 1286. fra Ramberto, Dalfino, e Bonzanino figliuoli di Michele, nel poſſeſſo medeſimo fu del 1323. & anco Patrona della Torre de' Cattani d'Agliano, e della Fortezza* E *del Poggio Ancognano*. Vt alios omittam, ex ea prodiere Melchior Vizzanius, anno 1447. Senator Vrbis creatus, de quo Hieronymus Rubeus in Rauennatenſi Hiſtoria lib. 7. anno 1469. ibi, *ad hos adiunxit Franciſcum è nobilibus Vizani, Melchioris filium, ciuem Bononienſem, qui in hac Vrbe domicilium conſtituerat, eumq. illiuſq. omnes poſteros, Comites in perpetuum creauit: cum autem Senator fuiſſet Romæ Melchior pater, ipſe quamquàm vſque ab adoleſcentia militaribus ſtudijs addictus, tamen Fauentinam Præturam multos annos, & Fulginatem, atque alias geſſerat*. Pompeius (Iaſonis germanus frater) vir clari nominis, &

venerandæ

A venerandæ antiquitatis indagator acerrimus, qui vulgari idiomate *Hiſtorias Bononienſes*, decem diſtributas libris, elaborauit, euulgauitque; nec non eodem idiomate *Compendium Philoſophiæ naturalis*: de ipſo apud hiſtoricos fama percelebris; & apud Theſaur. quæſtion. forens. lib. 1. q. 60. num. 2. *vt in hiſtoria Patriæ ſuæ notauit D. meus Pompeius Vizanus lib. 9.* Æneas, Ioannis Baptiſtæ, Philoſophiæ, ac Medicinæ in Bononienſi Vniuerſitate Profeſſor clariſſimus, cuius memoria duabus in lapideis tabulis commendata poſteritati fuit, in Diui ſcilicet Dominici Templo, & in patrio Lyceo: de ipſo (vt opinor) cecinit Cæſar Rinaldus venuſtus Poeta, inter ſua carmina pag. 237. Æneæ Vizanij obitum plorans. Officioſiſſima Hippolytæ Ludouiſiæ impreſſa legitur epiſtola, ad Gregoriũ XV. conſcripta, fauore Vizzaniæ Familiæ, Conſtantijq. Vizzanij, SS. Mauritij, & Lazari Commendatarij, & magnæ Crucis Equitis, Senatoris Bononienſis, militumq. Gregorij XV. cuſtodiæ excubantium Ducis. Neque Philiberti Vizzanij, Caroli Emmanuelis fratris
B germani memoria peribit, quam literatus lapis anno 1642. in Patauina Præfecti Curia collocatus poſteritati perennabit; huius tenorem non ſubnecto; præterire tamen alterius inciſæ tabulæ, in eadem Ciuitate proloquentis, characteres nec volo, nec debeo.

Filiberto Vizzanio
Patritio Bononienſi
Qui
Caroli Emmanuelis Fratris magni Philoſophi
ſtudium, & obſeruantiam in Rempubl. æmulatus
C Gymnaſij Regimen adeptus
cum Fratre paria fecit,
vt ille præceptis Sapientiæ iuuentam excoleret,
hic dextrè, ac liberalitèr obeundo
Academiæ iura, atque immunitatem tueretur.
Philoſophi, ac Medici Protectori B. M. P.
Anno MDCXLII.

D EVSEBIVS DE EVSEBIIS Reatinus, Ciuiſq. Romanus. Octauij, Franciſci Euſebij, Aduocati integerrimi, Angelæq. Simonettæ filius, partæ Salutis anno 1605. exortus; Humanioribus primùm literis, Philoſophiæ deinde ſtudijs addictus, Iuriſprudentiæ denique totus incumbens, lauream in vtroque iure, vnà cum Petro, & Ioanne Baptiſta germanis fratribus, eadem die in Romanæ Sapientiæ Lyceo, redempti Orbis anno 1626. recepit, probè agnoſcens, hoc eſſe ad Patriæ, Familiæ, ſibiq. gloriam comparandam, tutiſſimum iter, ac domeſtico excitatus exemplo, dum vno, eodemq. tempore octo Iuriſprudentiæ alumnos, Doctoraliq. laurea inſignitos fructuoſæ Euſebiorum Stirpis, Orbis aſpexit: patrem nempe, patruum, patruelem, germanoſq. fratres quinque: quorum vel æmuli, vel imitatores Alexander, & Carolus (Euſebij quoque noſtri germani fratres) vixere; at Carolus tan-
E to pollebat ingenio, totque virtutibus præditus erat, vt decimo quinto ætatis anno vita functus, certatim, tum ſoluta, tum vincta oratione ab eruditis, ac nobilibus viris (typis conteſtantibus) celebratus fuerit. Tot inflammatus exemplis Euſebius, cauſarum patrocinio integrè, aſſiduè, ac diligentèr incubuit, diuq. non ſine laude Romana in Aula inter Aduocatos verſatus, ex eorundem Cœtu anno 1652. ab Innocentio X. ſelectus, Conſiſtorialis Defenſor, in locum Diomedis Vareſij prædefuncti ſuffectus; ab eodem deinde Pontifice Pauperum Aduocatus anno 1654. renunciatus, Gualterij vice, inter S. R. E. Cardinales cooptati: aliquid ſanè dignum animaduerſione, quòd pridie diei

S.Iuoni

CCLXXXVI.

S. Iuoni Aduocatorum Conſiſtorialium Patroni ſolemnis, Euſebius inter eoſdem cooptatus extiterit, quaſi præſagium id eſſet alterius deinde muneris ab eodem Pontifice deferendi, vt in eius Officij functione Iuonem ipſum ſibi perfectiſſimum exemplar ad imitandum proponeret: ſumma pietate ſui muneris partes explet, laboribus non parcens. A Die Martis 9. Menſis Nouembris 1655. in publico Conſiſtorio, pro obedientia Lucenſium Oratorum conuocato, Beatæ Columbæ, ſeu Angelellæ Reatinæ dotes animi eximias expoſuit; euius antea præconia Euſebij Proauus Seuerus eruditione ſua nobilitauerat, vt meminit Albertus Fabrius Reatinus genere, ae doctrina vir nobilis in libro inſcripto, *la Colomba Angelica*, in cathalogo grauiſſimorum (vt ait) Canoniſtarum, aliorumq. Authorum priſcorum, ac æui modernioris, qui de Beata Columba ſcripſere; ibi, *Seuero Euſebi Gentilhuomo Reatino nelli ſuoi manoſcritti nel* 1515. At meus calamus ſiſtat, dum ſacræ Romanæ Rotæ Areopagus, eximiuſq. vir Ciampolus Euſebium commendant: illa in Romana alimentorum, die 30. Ianuarij 1637. coram Reuerendiſs. Dunozetto B Decano, quæ eſt decíſ. 194. num. 4. par. 7. recentior. ibi: *contrariam tamen ſententiam egregiè defenſam a D. Aduocato Euſebio de Euſebys vnanimitèr à Dominis commendato, vti veriorem, æquiorem, ac magis receptam, nimirum, quòd patruus nepotem, & è contra nepos patruum egentem alere teneantur, Domini abſque difficultate amplexi fuerunt*: iſte inter ſua carmina prælo euulgata, pag. 39.

Meditazioni Dauidiche in tempo di calumnie, al Signor Euſebio
Euſebij Auuocato eminente, & amico eſemplare.

Nacqui in pouera cuna &c.
Vada felice il voto, C
Queſto per lunghi affanni
Chiede al Ciel la mia fè premio ſuperbo.
Staſſi il futuro ignoto
Nell'abbiſſo de gli anni:
E me medeſmo à me medeſmo io ſerbo:
Il frutto è troppo acerbo;
Se dolce è la radice
D'ambition deluſa,
Viui amico felice,
Et applaudi al cuor mio nella mia Muſa. D
Tu, quando in cuor mentito
Mancò per la mia ſorte
La tante volte ſpergiurata fede:
Con deſiderij arditi
Pronto ad incontrar morte
Drizzaſti à ſoglia abbandonata il piede.
Hor per me prendi herede
Sol di cure affannoſe, E
Patrimonio di ſpine;
Et io con queſte roſe
Di Ierico immortal t'infioro il crine.

Labores vtinam Collegæ præſtantiſſimi, qui tot ab hinc annis totus in ſtudijs, Romanos promeruit plauſus, in peculiarem, doctamque legalem Lucubrationem aliquando cumpareret, vt iam ſuo nomini paratam famam ad poſteros ipſe tranſmittat;

FRAN-

CCLXXXVII.

A FRANCISCVS GLVSSIANVS Mediolanenſis. Othonis, Scipionis, alterius Othonis, Gluſſiani, & Franciſcæ (Victoris Arluni, ac Margheritæ Beſutiæ) filius. In Patrio ſolo anno 1625. vitali auræ expoſitus, Ioſephi Franciſci nomina conſequutus: Compater Ioannes Baptiſta Præſes Trottus. Doctorali laurea in Ticinenſi Gymnaſio anno 1648. inſignitus. Comite Bartholomæo Capra ad Patrios lares cum Dignitate remeante, à nobili Mediolanenſium Iuriſconſultorum Collegio ad vacantem Aduocati Conſiſtorialium locum, vnà cum Cauanago, & Vicecomite anno 1653. nominatus, deinde ab Innocentio Decimo electus. Tenorem verò epiſtolarum ſubnectere non ab re erit.

B Ad Summum Pontificem. *Beatiſsime Pater.*

Quæ a ſupremo benefica tua mentis conſilio tanta vbertate in Vniuerſum profluunt beneficia, totus ſanè Orbis admiratur, noſtrum verò Collegium peculiari ſorte, ac ſucceſſu ſemper inuariabili experitur, immo, quæ tua benignitas eſt, fælices nobis euentus futuros ſemper feliciores prąindicant, & præteritorum beneficiorum recordatio noua ſemper honorum incrementa pollicetur. Ita planè eſt Pater Beatiſſime; euecto ſiquidem ad Derthonenſem Epiſcopatum Carolo Septalio Collega noſtro, ſpes ſtatim inſurrexit Archipresbyteratus huiuſce Metropolitanæ Dignitatem per eum dimiſſam Bartholomæo Capra paritèr Collega noſtro adfuturam, eoq. recentiſſima tua largitate in eam ſortem aſſumpto, conſtantiſſimè nobis polliciti ſumus, vetuſta Ordinis noſtri ornamenta per Pium Quartum fælicis recordationis nobis tributa, per regentes inde longa ſerie Pontifices conſeruata, modò tanto ſub Pontifice non peritura. Freti igitur, ſiſiq. clementia tua, infraſcriptorum Collegarum nomina, qui in publico congreſſu ex eiuſdem Pij Quarti inſtituto inter ali os prąualuerunt, Sanctitatis tuæ pedibus aduoluti remittimus, vt vnus in locum Capræ nutu tuo ſuffectus Aduocati nomine in Conſiſtorium admittatur. Interim verò Deus Optimus Maximus tam beneficum Chriſtiano Orbi, & præcipuè Collegio noſtro Pontificem diu incolumem ſeruet, ac tueatur. Ita enixè vouemus omnes, ita venerabundi ore ad pedum tuorum oſcula demiſſo, & eleuatis ad Cælum precibus deprecamur. Mediolani die 24. Menſis Septembris 1653.

Beatitudinis Tuæ.

D *Franciſcus Gluſſianus*
Ferrantes Cauanagus
Hieronymus Vicecomes.

Humillimi Serui

Abbates, & Iuris Conſulti Collegij Mediolani.

Ad Eminentiſs. ac Reuerendiſs. Camillum Card. Pamphilium.

E *Eminentiſs. e Reuerendiſs. Sig. e Padron Colendiſs.*

L'Eminentiſſimo Sig. Card. Triultio preſenterà à S. Santità la nomina fatta da queſto ſuo Collegio de i tre Soggetti per l'elettione da farſi dalla Santità ſua del ſucceſſore al Sig. Bartolomeo Capra nell'Auuocatione Conciſtoriale, e tutteche non poſſa già mai il Collegio medemo punto dubitare di non vederſi dalla ſantiſſima mente di S. Beatitudine ampiamente conſeruati i proprij priuileggi, noi ad ogni modo non habbiamo ſaputo iſcuſare di proſeguire nell'iſteſſo tempo li atti della noſtra oſſequioſa confidenza nel benigniſſimo patrocinio dell'Eminenza Voſtra,

mentre

mentre col nuouo tedio di queſte riuerenti righe ſupplichiamo humilmente Voſtra Eminenza A
della continuata aſſiſtenza delle ſue gratie in queſto caſo, nel quale, & in ogni altro, sì come ri-
conoſcerà ſempre il Collegio noſtro prouenirgli il migliore de' ſucceſſi della generoſa, & autore-
uole protettione di Voſtra Eminenza, così eterna ſi conſeruarà in eſſo, & in tutti noi la memoria
d'vn tanto debito, & il deſiderio di paleſarne in ogni tempo viui effetti di deuota gratitudine
al riuerito nome dell'Eminenza Voſtra, alla quale con humiltà s'inchiniamo. Milano 24. Set-
tembre 1653.

Di V. S. Eminentiſſima, e Reuerendiſſima.

Deuotiſſimi, & obligatiſſimi Seruitori

Gio. Battiſta Briuio, & Pirro Capitaneo Abbati. B

Gluſſianus verò in publico Conſiſtorio habito die 4. Maij 1655. immortalitate digna
facinora Torribij Alphonſi Magrobeſij Archiepiſcopi Ciuitatis Regum in India elegan-
tiſſima oratione enarrauit, quam, ſi lubet, perlege in calce vitæ ipſius Torribij, anno
1655. typis euulgatam, pag. 278. & ſeqq.

Nobile Gluſſianorum Genus ab anno redemptæ Salutis milleſimo centeſimo ſui origi-
nem Mediolani duxiſſe, ab Apollonio Germano viro nobiliſſimo, in Inſubribus Vicario
generali Lotharij Noni Cæſaris ibi traductam tradunt Hiſtorici, præcipuè Coirus de ge-
ſtis Romanorum Imperatorum. Inter huius Gentis heroes (præter Comitem Cardina-
lem, de quo infra) emicuit circa annum 1170. Albertus Gluſſianus corporis robore, ac C
proceritate Gigas appellatus, qui bellica virtute eximius, Scriptorum calamo immortali
fama perennis viuit. Nec defuere priſci Vrbium Prætores, Decuriones, Ducum Conſi-
liarij, Hieroſolymitani Equites: & Collegij Mediolanenſis Iureconſulti, præcipuè Ioan-
nes anno 1426. Dionyſius 1450. Ambroſius 1514. Ioſeph 1565. Traianus 1570. & mo-
derniori æuo Franciſcus, Ludouicus, Carolus, & Ioannes. Decus addidere ſex Scipionis,
Aui noſtri Franciſci, germani fratres. Franciſcus nempe Regius Senator Mediolanenſis, &
Præſes Sanitatis; Horatius Eques Hieroſolymitanus; Marcus Secretarius Senatus Medio-
lanenſis; Ludouicus Prothonotarius Apoſtolicus, & Canonicus S. Nazarij; Ioannes fa-
miliaris S. Philippi Nerij; & Ioannes Petrus, indefeſſus operum, quæ infra ſubnectam,
ſcriptor. Imò & Franciſci noſtri tres numerantur non ſine præconio patrui, Ioannes Ba-
ptiſta Regius Protofiſicus, & vnus ex ſexaginta Decurionibus Mediolani; Carolus Ca-
pitaneus Iuſtitiæ in toto Mediolanenſi Dominio; Iacobus ſtrenuus Hieroſolymitanus D
Eques. Ioannis Petri autem Gluſſiani Sacerdotis integerrimi æquè ac nobilis lucubra-
tiones has reperio. *Iſtoria Euangelica, nella quale ſi racconta la Dottrina di Chriſto noſtro*
Redentore, ſecondo ci hanno laſciato ſcritto i quattro Euangeliſti. Trattato della Penitenza.
Inſtruttione à Sacerdoti Curati per le Congregationi, che deuono fare de i padri di famiglia.
Riſpoſta à ſei queſiti fattigli intorno al ſantiſſimo Sacrificio della Meſſa. Delle ſette Chieſe pri-
uilegiate di Milano. Vita di Filippo Archinti Arciueſcouo di Milano. Vita di S. Carlo Bor-
romeo. Iſtoria della vita di S. Giuſeppe. Vita, e miracoli delle ſante Sorelle Vergini Libera-
ta, e Fauſtina. Vita di S. Eligio Veſcouo di Hoion. Vita di S. Giouanni, e Monaco Doſiteo.
Trattato della veneratione, che ſi deue alla Santa Croce. Panegirico per le lodi di S. Carlo.
Auuiſo per modo di eſortatione ad vna perſona nobile, che attenda ad'inſegnar la Dottrina E
Chriſtiana. Politica Chriſtiana. Neque omittenda Iſabella Gluſſiana nobilis Mediola-
nenſis, quæ Angeli Baſgapè vxor, anno 1550. Orbi peperit Carolum Beſgapè, ſiue a Ba-
ſilica Petri, virum prudentia, vitæ ſanctitate, doctrina, eccleſiaſtica diſciplina, rebus pro
Eccleſia præclarè geſtis, ac ſcriptis innumeris euulgatis, inſignem, S. Caroli perpetuum
alumnum, denique Nouariæ Antiſtitem, cuius memoria nunquam interitura in bene-
dictione erit. Sed cur omitto Iacobum Gluſſianum, de quo ante omnes dicendum erat?
De ipſo hæc exarauit eruditiſſimus Gabriel Pennottus in tripartita hiſtoria Clericorum
Canonicorum lib. 2. cap. 49. *Floruit d. Congregatio potiſſimùm circa tempora Vrbani*
Papæ III.

CCLXXXIX.

A *Papæ III. & aliquot annis poſtea, quib. temporib. habuit viros inſignes D. Thomam, & D. Albinum S. R. E. Cardinales, Iacobum de Cluſiani Præpoſitum S. Georgij de Brinate, de quo illud memoria dignum proditur, quod refert Ioannes Philippus noſter lib. 7. cap. 14. quod cum eſſet vir magnæ ſanctitatis, & liberalitatis erga pauperes, quodam tempore magnæ famis, & ſterilitatis omnia, quæ habere poterat, pauperibus diſtribuebat, vnde cum quadam die acceſſiſſet ad eum quidam ruſticus pauper, & cum lacrymis procidens ad pedes illius diceret, miſerere mei Domine Præpoſite, en fame morior cum filijs meis, iuſſit Procuratori parum frumenti, quod ſolùm in horreo pro neceſſario victu Canonicorum ſeruabatur, pauperi dari, & renuente Procuratore, dixit ei, vade, ſpero enim in Domino, quòd triticum in horreo præparatum inuenies, qui dicto obediens, iuit, & horreum adeo plenum inuenit, vt præ quantitate frumenti oſtium non poſſet aperiri.* & lib. 3. cap. 51. *Beatus Iacobus de Gluſianis Monaſterij S. Georgij de Brinate Præpoſitus, vir venerabilis, & miræ ſanctitatis, & liberalitatis erga Chriſti pauperes, cuius ſanctitatem Deus ingenti miraculo manifeſtare voluit, quod lib. 2. cap. 49. fuit narratum: vi-*
B *xit circa annum 1340. vide ibidem.* At quoniam huius Syllabi initio, vbi de Comite Archidiacono Mediolanenſi (tertio in ordine Aduocato) verba feci, hùc te, lector, remiſi, ſi me antiquitatis coniectura non fallit, è Familia Gluſſiana Aduocatum illum prodijſſe arbitror, ac eundem eſſe, qui a Ciaconio inter S. R. E. Cardinales a Martino Secundo, Quarto nuncupato, creatos deſcribitur, cuius inſignia ibi impreſſa ab illis, quibus Gluſſiana Mediolanenſis Familia vtitur, in nihilo ſunt diſſimilia: adducor, quia nomen vniforme; Patria eadem; Archidiaconus (ſiue cognomen, ſiue Dignitas) alter, & alter; Iurium aſſecla vterque; Aduocatus ille anno 1277. Romana in Aula florebat, Cardinalis autem anno 1281. in Vrbeuetana Ciuitate, Patria mea prædilecta, ſacro murice inſignitus; res tamen dubia ſub iudice pendeat, donec è caliginoſis vetuſtatis tenebris veritas eruatur;
C illic Archidiaconi dictionem pro cognomine collocaui, ab erudito Mediolanenſi edoctus viro: pro coronide verò Ciaconij verba ſeriatim referam. *Comes Gluſianus de Caſate, ciuis, & Archidiaconus Eccleſiæ Mediolanenſis, Presbyter Cardinalis tit. SS. Marcellini, & Petri; exceſſit Romæ ex peſte 6. Idus Aprilis anno Domini 1287. Sede vacante poſt obitum Honorij IV. ſepultus in Baſilica Lateranenſi cum tali inſcriptione.*

An. Dom. MCCLXXXVII, Menſis Aprilis Die VIII.

De Mediolano Comes hoc requieſcit in antro,
Presbyter, & Cardo, veniat tibi ſplendor ab alto.
Lombardis charus, ipſorum gente creatus:
D *De Patria clarus, de magno ſanguine natus.*
Tu ſapiens pectus Iuris vexilla ferebas,
Pauperibus largus, ad praua per omnia tardus,
Conſilio magnus, mitis, deuotus vt agnus,
Muneris acceptor rarus, tu iuſtus obijſti.
Nominis illector, cur ſic citò morte ruiſti?
Hinc Mediolanum, Romanaq. Curia ploret.
Ne fleat in vanum pro te, rogo, quilibet oret.

E

Dominus Iacobus de Columpna Cardinalis S. Mariæ in Via Lata pro anima Domini Comitis Cardinalis fecit fieri hanc Capellam cum Altari, & omnibus.

CCXC.

IVLIVS CÆSAR FAGNANVS DE CÆSARINIS ex Ciui-
tate S. Angeli in Vado. Natus anno 1624. ex Fuluio Curij A
(Felicis Brancaleonæ ex Comitibus Piobbici coniugis) de Cæſa-
rinis, & Iuſtina Franciſci Boni (Margaritæ Fagnanæ coniugis)
eadem Ciuitate oriundis. Peruſij anno 1643. Doctorali laurea
inſignitus. Pluribus Eccleſiaſticæ Ditionis in Locis per ſexen-
nium, & per biennium in Ciuitate Vrbini, ſumma cum laude
Moderator ius dixit: ob egregias eius animi dotes, poſt diſceſ-
ſum, inter Ciues Vrbinatenſes, & in Rota Collegiali, in qua
exteri tantùm præſtantiſſimi aggregantur, adſcriptus. In Vr-
bem demigratus, Ioanni Baptiſtæ Spadæ, anno 1653. ad ſacram Purpuram euecto, in
Conſiſtoriali Aduocatione ſuffectus. Die Iouis 25. menſis Nouembris 1655. in publico
Conſiſtorio, in Aula Vaticana, pro excipienda Venetorum Oratorum obedientia, con-
uocato, egregiè perorauit, Beati Ioannis a Capiſtrano virtutes propè Diuinas indi- B
cans.

Et Fagnana, & Cæſarina Familia Vadenſi in Ciuitate inter primarias enumeratur, tum
ob propriam antiquitatem, tũ ob illuſtria connubia, tum ob principes peractos in Patria
Magiſtratus, tum ob togatæ, armatæq. Palladis munia egregiè obita, tum ob Archidiaco-
natus Dignitatẽ, primam in ea Ciuitate poſt Pontificalem, quæ Fagnanæ Familiæ patro-
natus eſt. Viuida extat in Romano Coelo Ioannis Franciſci Fagnani recordatio, qui ſacri
Concilij Tridentini a Secretis, Conſultor Canoniſta ſacræ Pœnitentiariæ, Epiſcoporum
Examinator, ſemper probitatis, præſtantis ſemper doctrinæ dedit experimentum; ſcripſit
De iuſtitia, & validitate Cenſurarum Pauli V. in Rempublicam Venetam, a neotericis paſsim
citatus. At quid de Proſpero Fagnano (noſtri Iulij Cæſaris patruo) inter Romanæ Curiæ
Prælatos eximio; cuius eruditionem vniuerſa doctorum hominum Reſpublica non igno- C
rat? hic ipſo iuuentutis flore Peruſij *Problemata cum methodo Iuris vniuerſi* extruxit; pa-
trui virtutes imitatus, vtriuſque Iuris cenſura citra controuerſiam celeberrimus; a nemi-
ne ſatis laudari poteſt: Sacri Tridentini Concilij, Epiſcoporum, & Regularium, vtriuſ-
que Palatinatus, Indulgentiarum, ſuper ſtatu Regularium, Congregationes, quarum a
Secretis, aliaque, a quibus nunquam abfuit, neque abeſt, munera, tanti viri præſtantiam,
prudentiam, integritatemq. conteſtentur, quam & ipſemet Proſper proſperè quidem
comprobauit, Examinator Epiſcoporum; ſacræ Pœnitentiariæ Corrector; Conſultor
Conſiſtorialium, & ſacrorum Rituum; ac Præfectus Signaturæ minoris Gratiæ, quæ dici-
tur, per Conceſſum, exiſtens. At quod mirandum, inter tot vigilias, catenatoſq. labores,
aurea, immenſæq. molis in *Ius Pontificium Commentaria* chartis conſignauit, quæ vt
omnigena, ſolidaq. doctrina referta, literarius Orbis è ſcrinijs prælo committi exoptat, D
deprecatur, ſperat. Sed quoniam ad tantum virum (corporea licèt orbatum luce, intel-
lectu tamen oculatiſſimum) tranſmiſſa epiſtola, ab eruditiſſimo Fr. Leone Carmelita
exarata, ad meas peruenit manus, eandem tibi legendam expono. *Illuſtriſſimo, ac Reue-
rendiſſimo Proſpero Fagnano, illuminatiſſimo noſtri ſæculi Didimo. Ingratus ſim, Fagnane Præ-
latorum inſigne decus, ſi non meminerim tuorum erga me beneficiorum. Adeoque hæſit in-
ſculpta pectori meo zeli, candoris, probitatis, eruditionis tuæ recordatio, vt eam nulla ſit obli-
uio deletura. Lites equidem, & diſſidia impulſu etiam naturali, ſupra quàm dici poteſt, exo-
ſus, ea tamen ex parte deamo, quæ me Romæ commorantem, in tanti viri notitiam, & familia-
ritatem detulerunt. Palpum non obtrudo, Italia decedens remanſi tecum: Nec diuelli queo a
te, qui mihi non prius viſus, quàm æſtimatus, quàm vltra modum dilectus. Ipſa cæcitas tua,
mi Fagnane, incrementum ſtuporis ſimul, & amicitiæ. Cæcorum ſanè illuſtrium centuriam* E
*non recenſeo; exteri in cæteris Homerum celebrant, noſtri Didimum, ambos ſine oculis oculatiſ-
ſimos. Vt enim in vnoquoque noſtrum geminus homo, ita viſus duplex, corporis, & animi:
priore orbatis, ſæpe acutior acies altera: Cælum non vident (quæ ſenioris Tobiæ querela fuit)
ſed penetrant, totique intra ſe recluſi, Deum intuentur ſui pectoris magnum hoſpitem. Gau-
dent non patere mortis feneſtras, ſuamque cæcitatem faciunt innocentiæ partem. Carent oculis
ſcelerum ducibus, dum ſæpenumerò, quod ſplendidè veſtras Petrarcha, lucidiſſima pars corpo-
ris totam animam in tenebras trahit. Ipſa cæcitate ſua erudiuntur ad Diuina; vt Tireſias ille*

inter

A *inter famoſos clariſſimus, captus oculis, ſed animo lincens. Taceo Diodorum Stoicum, Caium*
Druſum, Appium Claudium, media in caligine omnium diſciplinarum genere inclitos; vt ha-
ream in Democrito, qui oculos eruit ipſe ſibi, quò Philoſophiæ commodiùs operam daret. Di-
uam quoque noſtrum colit Μεσλάνον, *eodem crudelitatis genere ſuos in oculos ſæuientem;*
faces planè extinctura, quibus deperibat iuuenis mira illius pulchritudinis amaſius. Adeo ve-
rè dictum à Macrobio eſt, cæcum nomen eſſe laudis, non probri: vnde præclarum, & inſigne
nomen Scipionum. Geminata igitur in te, Fagnane ornatiſſime, commendatio: nimirùm quòd
oculis captus, qui tibi (ſuo aiebat Didimo primarius ille Eremi cultor Antonius) cum muſcis,
muribus, & lacertis olim communes, tui parte meliori vides, amas, colis, exerces genus omne
doctrinæ, ac virtutis. Eas in te dotes quanti faciam, patefaciet is, quem ad te mitto affectus mei
vadem, & obſidem: cæcus eſt, virorum optime, ſed idem illuminatiſſimus; è noſtra Turonen-
ſi Prouincia laicus Frater, ac totius in noſtra reformatione minima Theologiæ miſticæ, vitæq.
B *ſpiritualis datus a Cælo Miſtagogus. Enimuerò quiſnam ille ſit, aues, opinor, & properas ſci-*
re? vita illius, & ſcripta, fuſiùs; ego hic paucis. Ioannes a ſancto Samſone illi nomen, ortus ex
nobili Familia Senonenſi inter Burgundos. Infantem adhuc in cunis, bimum inter, & trimum
inuaſit cæcitas, a variolarum lue puerili, & iniquo medicamine: parentum cura, muſicæ cuiuſ-
nis numeros omnes attigit, litteras humaniores delibauit. Adoleſcens Diuinioris pellacia illi-
ctus, pietati ſe dedit totum. Patria excedens, Lutetiæ pauperiem induit eò arctiorem, quò ele-
ctior, & ſine teſte. Certa Cæli deſtinatione, nec ſine miraculo, mitti ſe procurat in minorem
Britanniam, in Carmelo Dolenſi ſacri veſte tirocinij induendum: ibi plures annos vitam vi-
xit, cum Chriſto in Deo abſconditam, nempe in ſpolio carnis, in egeſtate ſumma, in conflictu con-
tra dæmones acerrimo, in iugi oratione, in rerum Diuinarum contemplatione perenni. Nec
diù continuit ſe tantus Chriſti ardor; ſuis ſtatim in veneratione, exteris in æſtimatione; ægros
C *curat, febres ſanat, ſpirituales nequitias abigit, cunctis & ſolatium, & fulcimentum. Subcre-*
ſcente aliquot retrò annis obſeruantia Carmelitarum Rhedonis Vrbe vicina, eò euocatur, quid
ni a Deo? & in nouæ reformationis felicitatem? iam enim beatus noſter cæcus rerum Diuina-
rum ſcientia, & experientia conſummatiſſimus, alijs in doctrina ſpiritus erudiendis, reliquum
vitæ curſum abſoluit. Virum Dei, ac cæcum verè videntem vita, ſcripta, miracula euulgant:
varia illius, quæ ad te, Illuſtriſſime Fagnane, mitto elogia: hac gemmula obſignabo; docuit, vt
vixit, vixit, vt docuit. Fagnanum iſtucce exprimit, an Samſonium? dum iudicant alij, vtrum-
que aſſero; & vni per alterum me, meaq. do, dico, dedico. Vale cæcorum illuminatiſſime, mi-
hiq. quamdiù vixero chariſſime. Non. Nouemb. An. MDCXLVII. Non omittendum de Fa-
milia, quod de Honorio II. (qui ad Summum Pontificiæ Dignitatis apicem recurrente
anno 1124. euectus fuit) ſcribit Ciaconius in vita, ibi; *maior pars* (Scriptorum) *Bononiæ*
nobili Familia Fagnana ex vico Agri Forocornelienſis Fagnano ortundum patria ſcribunt: &
D Alidoſius de Summis Pontificibus, Patria Bononienſibus, pag. 9. *Vberto no vero Lamberto*
di Pietro Fagnano, fu creato Card. del 1105. e poi Veſcouo d'Oſtia nel 1120. & ultimamente
fatto Papa, e nominato Honorio alli 14. di Decembre del 1124.

DOMINICVS SALOMONIVS DE ALBERTISCHIS Romanus. Ioannis Franciſci Salomonij (qui nedum in Philoſophia, vti Romanus Patritius, ſed in vtroque Iure laurea decoratus, Clementi VIII. Pauloq. V. charus, plura tum in Capitolina Aula, tum alibi egregiè obiuit munera, Iuriſconſultus eximius) ac Hieronymæ, Virgilij, Maroniæ de Vrbe filius. Andreæ Salomonij, & Artemitiæ de Amodeis
E Romanæ (ex Gaſpare de Amodeis, & Tarquinia Iacobatia genitæ) nepos ex filio. Reparati Orbis anno 1609. exortus, Raymundi Dominici nomina conſequutus, Aloyſio S. R. E. Card Capponio Compatre. Inſigni in literas amore ſuccenſus, ijſdem abſque intermiſſione laboris totus incubuit. Poſtquam in Patria Iurium candidatus euaſit, egregiè de iure reſpondendo, inter primarios Romanæ Aulæ Aduocatos adſcribi promeruit. Tandem ab Innocentio Decimo, qui anno 1653. Carolum Gualterium ſacra Purpura condecorauerat, vacanti Conſiſtorialis Aduocationis preeminentia donatus. Die Iouis 23. Decembris 1655. in publico Conſiſtorio,

hora 23. conuocato, eleganti oratione admirandas Nicolai de Rupe Eluetij virtutes enar- A
rauit, & ad vlteriora in cauſa beatificationis procedi ſupplex inſtitit: in eo inquam Conſi-
ſtorio, albo ſignando lapillo, in quo Chriſtina Suecorum, Gothorum, Vandalorum Re-
gina Fidem illam Catholicam, quam Diuini Spiritus afflatu, verbo, ſcriptoq. profeſſa,
prius fuerat, exultante Vrbe, Chriſtiano iubilante Orbe, Cœlitibus ipſis plaudentibus,
Romani, Summiq. Pontificis Alexandri Septimi pedes exoſculando, conteſtata fuit. Sa-
lomonius acerrimi iudicij, admirandiq. ingenij vir, ſi clientium cateruæ non obſtabunt,
aliqua ſuæ doctrinæ monumenta, quæ meditatur, ad poſteros legenda tranſmittet, magni
olim Iuriſconſulti Marij Salomonij (de quo ſupra) glorioſus æmulator; hæc etenim eſt
ipſorum deſcendentia. Cola, ſiue Nicolaus Orbi peperit Antonium, hic Nico-
laum, hic alterum Antonium, ex hoc Ioannes, ex quo Marius Salomonius iam indicatus;
ex eodem Antonio patre Ioannis, Franciſcus, ex hoc Antonius tertius, ex Antonio An-
dreas, ex hoc Ioannes Franciſcus, ex quo Dominicus noſter. B

IACOBVS GREGORIVS DE RVBEIS Romanus. Ex Pe-
tro Franciſco de Rubeis ſacri Conſiſtorij Aduocato clariſſimo,
& Aurelia, Equitis Petri, Caccia genitus: Ioſephi Hortentij
de Rubeis in eodem Conſiſtorio Defenſoris germanus frater.
Anno 1635. in Orbis Regia Orbi datus; Ioannes Iacobus Pan-
zirolus, cauſarum ſacri Palatij tunc Auditor, deinde Vatica-
ni Senatus Purpuratus, Compater. Genitoris, aui, fratrumq.
inhærens veſtigijs, honores ſibi labore, ac Virtute parans, Iu-
ribus Pontificio, & Cæſareo eò incubuit, vt è Romano litera-
rum Emporio anno 1654. laureatus euaſerit. In ſequenti an- C
no, ingeniorum fautoris liberaliſſimi Alexandri Septimi munificentia, Petro Franci-
ſco genitori in Conſiſtoriali Aduocatione Coadiutor ſtatutus. De ipſo cum Poeta
canam

Fortes creantur fortibus: nec debiles
Generant Aquilæ Columbas.

Paucha hæc de ſacræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocatis dixiſſe ſit ſatis, quæ hilari animo
ſtylo colligaui, ne temporis diuturnitate, ac vetuſtatis inuidia deperderentur nomina,
& geſta Aduocatorum Conſiſtorialium, quorum munus (teſte Iureconſulto quodam
eximio) dignum viro eſt. Veſtrum erit, Collegæ humaniſſimi, ſcriptiunculam hanc verè D
domeſticam, meaſq. otioſas, & vmbratiles cogitationes beneuolo animo excipere, tueri,
additamentiſq. locupletari.

Laus Deo, ac Deiparæ ſemper Virgini.

E

APPEN-

APPENDIX.

A *Pag. 8. verſic. 34. adde.* Guidus Panzirolus de claris legum Interpretibus, pag. 161. hæc exarauit. *Præter Rolandinum Paſſagerium alter fuit Rolandinus ex Romanicea Familia & ipſe Bononienſis, eximiuſq. cauſarum Patronus, qui De ordine maleficiorum vtilem Tractatum compoſuit, Dino Bononiæ docente, & Gandino ibidem quæſtionis iudicia exercente, claruit. A Ciuibus Conſul ad regendam Rempublicam creatus eſt. E viuis exceſſit anno Salutis 1284. 3. Idus Septembris, & in Patria in Diui Franciſci Templo cum hac inſcriptione humatus eſt &c. Eius filio, qui deceſſit anno 1300. ſequens appoſitum eſt epitaphium*

B *Authore magno Naturæ lege vocato*
Patre Rolandino natus Proconſule primo
Hunc hic ſcribæ locant. Octobris tertia dena
Mille trecentis Cæleſtis Prolis ab annis.

De ipſo meminit Gandinus in tract. de maleſic. tit. vtrum procurat. in maleſ. interuen. prope fin.

Pag. 11. poſt carmina, adde. Nec omittenda, quæ vlterius de Oldrado expiſcaui. Bart. in Auth. hoc locum, C. ſi ſecundo nupſerit mulier, col. 3. ibi, *per quas Do. Old. Doctor meus tenebat &c.* Paul. de Caſtr. in l. is, qui putat, in fin. ff. de acquir. hæredit. *iſta ſunt verba*
C *Oldr. qui meritò dici potuit pater legum, & appellabatur.* Marian. Socin. ſen. conſ. 129. col. 2. vol. 1. ex Pauli Caſtrenſis ſententia, *patrem legum* nuncupat. Lancellottus Conradus in templo iudicum, in procemio, ſcripſit; *inſignis vir, pater, & conterraneus meus Oldradus Pontanus.* Panzirolus de claris legum Interpretibus, pag. 171. *Oldradus de Ponte a Laude Pompeia, Dini diſcipulus, primò Bononiæ, deinde Patauij circitèr annum 1310. tanta & ipſe cum laude profeſſus eſt, & diſputauit, vt pater Legum ſit appellatus. Poſtea Romam ad ius dicendum conductus, præclara in ius ciuile Commentaria edidit. Mox Aduocatus Conciſtorialis electus, clara nominis fama cauſas egit, & luculenta Reſponſa in vulgus emiſit. Continet hic Ordo decem grauiſſimos Iuriſconſultos* (Veſtrium ſequitur Author iſte;) *qui innumeris priuilegijs donati, ſoli Clientum, qui in Conciſtorio litigant, cauſas defendere conſueuerant. Sed hodie decreſcentibus negocijs in Senatu, ferè ocioſi apud alios Romanæ Curiæ Iudi-*
D *ces mercede patrocinium præſtant. Etſi plurimas cauſas magna cum laude tutatus ſit Oldradus, ea tamen præcipuè illuſtratus eſt, quam coram Roberto Rege Apuliæ in Vrbe Aueniori pro Thoma defuncti Principis primogenito egit, pro quo S. Seuerini Comitatum euicit. Apud Ioannem* XXII. *Pontificem in magna dignitate fuit, cuius opera in componendis arduis Reipublicæ negocijs vſus eſſe dicitur. Plus tamen doctrina, quàm moribus claruit, quem fama eſt præuaricatum clientes prodidiſſe; Re detecta, cum Pontifex in Senatu velut perfidum grauitèr reprehendit, quam obrem ille ex animi moerore morbo contracto occubuit circitèr annum Salutis* 1320. (error in anno notabilis) *quo tempore Cinus, Butrius, & Ricardus Salycetus in iure ciuili, Lapus verò Caſtellionens, & Ioannes Andreæ in iure Pontificio celebrantur. Plura ſcripſit, quæ interierunt, ſolum extat doctiſſimum Reſponſorum volumen, ex quo non pauca Ioannes Andreæ ſibi aſcripſit in addiционibus, quas ad Speculum edidit. Ego ipſum paulò poſt annum*
E *1310. Patauij docentem in eius Vrbis Iuriſconſultorum albo ſcriptum legi. Inde Aunionem conductus ad ius ciuile docendum, anno 1335. 6. Idus Aprilis, & ante oſtium Templi Prædicatorum humatus, duo habuit epitaphia; primum vetuſtate corroſum legi non poteſt* (eò maiores doctiſſimo Suareſio grates rependo, cuius humanitate epitaphij tenorem attexui pag. 11.) *alterum admodum rude ita ſe habet, quod tamen in ſecundo verſu vix legi potuit* (ſubnecto, quia non ſine varietate legitur.

Hic iacet Oldradus Dominus de Ponte vocatus

CCXCIV.

De Laude natus laus huius & ab omnibus notus, A
Fuit in Iure Doctor eximius vere, pro cuius
Anima quiſque Deum velit orare.

Qui obijt Anno MCCCXXXV. *Die Luna Idus menſis Aprilis ſexto.*
Sed ab obiecta præuaricationis nota Oldradum defendi poſſe autumo, ſi dicamus Panzirolum (qui anno 1599. ex hac luce migrauit) nihil certi aſſeruiſſe, dum vſus eſt verbis, *quem fama eſt &c.* fama etenim, ſeu rumor nil aliud eſt, ex Valla lib. 4. quàm ſermo quidam in populo, ſine certo authore, diſperſus, de re aliqua recenti, ſiue bona, ſiue mala; ipſiq. parùm fidendum; vnde Virgilius egregiè cecinit æneid. lib. 4.

Fama, malum, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget, vireſq. acquirit eundo. B
Parua metu primò, mox ſe ſe attollit in auras;
Ingrediturq. ſolo, & caput inter nubila condit.
Illam Terra parens &c.
Tam ficti, prauiq. tenax, quàm nuntia veri.

Varius quoque Panzirolus apparet in tempore obitus Oldradi, dum primò refert ad annum 1320. circitèr, deinde ad annum 1335. præcisè. Miror vlterius, Scriptores reliquos, qui dè Oldrado meminere, nec minimum quid de hoc euentu indicaſſe: Rurſus non omitto, quòd Ioannis Pontificis obitus (ob cuius redargutionem dicitur Oldradus extinctus) huius mortem præceſſit. Præterea verba Pauli Caſtrenſis (qui anno 1437. C mortalia deſeruit) quibus tantùm Panzirolus innititur, perpendo; ſcripſit enim in l. verbum, C. ex quibus cauſis infam. irrog. *& pone caſum ſecundùm ſecundam poſitionem gloſſæ, quòd iudex dixit vni ex litigatoribus, qui nimis garrulabat, ſiue præuaricator, vel calumniator, ſicut audiui a Bald. quod Papa in publico Conſiſtorio ſemel dixit Oldrado de Laude.* Ergo nè ex nimia garrulitate (quæ in Oldrado noſtro eloquentia appellanda eſt) quis præuaricator cenſendus? ſanè Caſtrenſis contra Oldradum nil certi firmat; prout neque ſtatuit in l. ſi patronum, C. de Aduoc diuerſor. iudicior. ibi. *Rogo vos caueatis ab iſtis præuaricationibus, ne eueniat vobis, quod euenit in perſona Oldradi, qui poſtea dolore, triſtitiaque mortem obijt:* aſſertio ſiquidem hæc ad ſuperiorem, ex Baldo, connectenda, qui de garrulitate loquutus fuit; remiſſius ergo Panzirolus de Oldrado ſcripſiſſe fas erat, de quo cæteri omnes tam honorificè, tam laudabilitèr ſcripſere.

D

Pag. 12. *verſic.* 24. *poſt verb. auctoritatis, adde.* Cæſar Contard. in commentar. ad Conſt. Ægidian. pag. mihi 71. *Vnde non immeritò Alberi. ibi, qui fuit Romanæ Curiæ Aduocatus.* Alexander Trentacinq. in tract. de ſubſtitution. in præfation. in prin. *Albericus de Roſa. maximus practicus.* Panzirolus de claris legum Interpretibus, pag. 188. *In feturndiſſima illa virorum illuſtrium ætate etiam Albericus a Roſata Bergomi pago oriundus claruit, qui adeo obſcuris natalibus fuit, vt nec gentis nomen tulerit* (vnde hoc, cum cæteri Bergomenſem ſcripſerint? & cum apud omnes indubium ſit, antiquatis illis ſæculis viros quamplures, etiam ſtemmate nobiles, è loco originis (ſi hoc in Alberico verum) denominationem ſumpſiſſe? tercentum ab hinc annis nonniſi primarij ſanguinis Proſapiæ cognomento vtebantur) *ingenio tamen, & eruditione veram nobilitatem ſibi comparauit. Pa-* E *tauij Ricardum Malumbra, & Oldradum a Ponte eximios viros audiuit, deinde lauream aſſecutus totum Foro ſe tradidit, In Patria, & Curia Romana Patroni officio diù functus, eam ſibi famam acquiſiuit, vt vulgò magnus Practicus vocaretur, cui vni Mediolanenſes plusquam alij Iuriſconſulto tribuebant. Demum a Ioanne Nouarienſi Epiſcopo, & Luchino Vicecomite Mediolani Principe ad Benedictum XII. anno Salutis* 1340. *Legatus miſſus turbulentæ contentioni interfuit, quam Ludouicus Cæſar cum Pontifice de Principis poteſtate habebat. Patria ius municipale* (ergo Bergomenſis, cuius Ciuitatis Statuta correxit, vt ſupra indicaui pag. 10.) *ex Decurionum mandato correxit. Ac poſtremò relictis negotijs, in Pandectas, & Codicem eru-*

dita

A dita Commentaria ex antiquorum gloſſematis, & Præceptorum, aliorumq. doctiſſimorum lectionibus collecta conſcripſit, quod opus Ordini Iuriſconſultorum Bononienſium dedicauit. Tantam laudem promeruit, vt multis ex obſcura vetuſtate in lucem prolatis, fidelis antiquitatis obſeruator ſit appellatus, & ſummo apud omnes eruditos in honore habeatur. Statutorum etiam præclarum opus, & locupletiſſimum rerum omnium Dictionarium edidit, quod apud iurium ſtudioſos magno in pretio extitit; id prius in duo diuerſerat, alterum Cæſarei, alterum Pontificij iuris, quæ poſtea in vnum volumen commodius redacta fuere; vnus de Teſtibus liber eius nomine circumfertur, ſed an ipſe illius operis auctor fuerit, dubitatur: in Dantis quoque Aligerij Comœdiam Commentarium ſcripſiſſe fertur. Vxorem habuit, & tres filios, quibus cum anno Iubileo 1350. Romam petijt, & veniam erratorum obtenturus, Apoſtolorum Limina ſex diebus viſitauit, & domum redijt. Mox obijt anno vno ante Bartolum 1354. humatus eſt Bergomi in Suburbio D. Catherinæ in Sacrario S. Nicolai ad læuam ingredientibus apud Benedictinos; ei hoc carmen candido in marmore vetuſtis litteris inciſum fuit.

B

Hic iacet in arca Legum qui fuit arca,
Claret Lecturis, quas fecit corpore Iuris,
Atque alijs multis, quibus in ſcribendo refulſit.
Hic de Roxiate Albericus, gloria morum,
Tempore non paruo miſeros releuare miniſter
Virginis obſequio, prece, cuius Cœlica ſumpſit.

C Pag. 13. verſ. 49. poſt verb. diſertiſſimus, adde. A Guido Panzirolo de claris legum Interpretibus, pag. 436. Alter Lappus Caſtilionelius patricius Florentinus Ioannem Calderinum, & Lappum Abbatem S. Miniati, & Ioannem a Lignano Bononiæ audiuiſſe creditur, quia ipſe Dominos ſuos appellat. Cum Oldrado a Ponte Romæ Aduocatum Conciſtorialem egit circa annum Salutis 1346. (at Oldradus iam de anno 1335. deceſſerat) Allegationes præclaras conſcripſit, & Tractatum de Hoſpitalibus, quod eſt Commentarium ad C. de Xenodochijs, & relig. domib. Alium Tractatum de canonica portione; & Commentarium in Sextum Decretalium edidiſſe dicitur, ſed vereor, ne hunc Lappum cum altero Abbate confundant.

Pag. 18. verſ. 8. poſt verbum, paris, adde. Guidus Panzirolus de claris legum Interpretibus, pag. 208. hæc de Petro exarauit. Tertius ex Franciſci Vbaldi liberis (Fichardus in vita, Petrum alterum, Artium, ac Medicinæ Profeſſorem, Petri noſtri genitorem
D aſſeruit) Petrus & ipſe, eoſdem, quos fratres, Præceptores habuit, ac ius Pontificium in Patria eſt interpretatus, ſed ne a fratribus ſepararetur, hic inter ciuiles Profeſſores inſertus eſt. Eruditos in lucem tractatus emiſit De permutatione Beneficiorum. De Canonica Epiſcopali, & Parochiali. De Collectis. Alius etiam De duobus fratribus liber reperitur, quem ego alterius Petri eius filio Matthæo eius nepotis eſſe ſuſpicor, cum ibi Petri aui meminerit. Plurima etiam Reſponſa conſcripſit, diuq. in foro verſatus maximam praxim eſt aſſecutus, omnibus fratribus ſuperſtes. Perufii in maiorum ſepulchro, quod in Diui Franciſci Æde ſub terra effoſſum eſt, conditus fuit. Poſt ſe Matthæum filium, virum in diſciplinis eruditum, ac Equeſtri, Palatinaq. Dignitate honeſtatum reliquit, qui a Brachio Fortebrachio Peruſii Tyranno ad Conſtantiæ Concilium miſſus, gentilitijs inſignibus a Sigiſmundo Cæſare donatus eſt: hæ erant duæ faſciæ nigræ in aureo ſcuto tranſuerſæ: his adiuncta eſt galea cum Æthiopis capite, quod aureo ſu-
E dario inuolutum duplici diademate in humeros ſparſo, altero aureo, altero argenteo cingebatur. Ex eo Petrus Iuris vtriuſque Interpres, qui Doctor veritatis vocatus, libellum De duobus fratribus promulgauit, a Corneo ſæpe citatur; & iunior Baldus deſcenderunt. His Sigiſmundus Cæſar, cum ab Eugenio IIII. coronatus eſt, Peruſium profectus, gentilitia ſtemmata, quæ patri donauerat, confirmauit. Hic Baldus tres filios inſignes genuit, Nicolaum &c. infra inſerui in vita ipſius Nicolai. Alter fuit Matthæus, Peruſii Iuris ciuilis Profeſſor, qui De ſeruitutibus, librum edidit, & Romæ Rotæ Decanus, ſimul Peruſinus, & Nucerinus Epiſcopus eſt declaratus, & in fratris ſepulchro conditus eſt, cuius Corneus non ſemel meminit. Tertius Sigiſmundus &c.

omitto

omitto, quia infra ſuo loco inter Conſiſtoriales Aduocatos, Cæſar Alexius Peruſinus ele- A
gantèr in elogijs Ciuium Peruſinorum, centur. 2. pag. 312. de ſuo Concine meminit.
*Petrus Baldi frater I. Conſultiſſimus, ſacrorum Canonum Interpres eximius, Conſiſtoriales in-
ter Aduocatos vixit. Egregias de Canonica Epiſcopali, & Parochiali portione; De Eccleſiarum
permutatione, & vnione Commentationes ſcripſit. Ad hac Reſponſorum volumina XVI. reli-
quit, qua excellentem praſtantiſſimi Viri doctrinam teſtantur.*

Pag. 22. *verſ. 41. poſt. verb. Regeſto, adde.* Cæſar Alexius in elogijs Ciuium Peruſi-
norum, centur. 2. pag. 135. *Franciſcus Baldi Iuriſconſultorum Principis filius, Peruſinum,
& Ticinenſe Gymnaſium Iuris ciuilis profeſſione illuſtrauit. Eius Reſponſa inter patris Conſi-
lia leguntur; vt ſicut patri virtute, & doctrina fuit ferè proximus, ſic par erat eius ingenij
monumenta ne loco quidem a paternis diſiungerentur. Habetur hoc elogium ſub eius fi-
gura.* B

Pag. 29. *verſ. 6. poſt verb. togas. adde.* Sed vberi, eruditoq. elogio extollitur noſter
Iuo a Cæſare Alexio in elogijs Ciuium Peruſinorum, centur. 2. pag. 226. *Iuni nomen in
fonte tulit Iuus, ſicut in fronte Roggerij aui eximij Iuriſperiti prudentiam, & animi magnitu-
dinem referebat; ideo legalis facultatis ſectator fuit aſſiduus, quam poſt optimarum literarum
ſtudia ex animi alacritate ſuſcepit, vt non ſolum lauream Doctoratus, ſed publicum eiuſdem fa-
cultatis docendi munus magna expectationis opinione promeritus ſit; cui cum optimè reſpondiſ-
ſet, ingentemq. nominis ſui famam per totam Italiam propagaſſet, anno 1432. Romam magno
ſtipendio, eo etiam, quod acceperat in Patria, retento, ad ius ciuile docendum vocatus eſt. Idem
Nicolai Piccinini ſummi Ducis in arduis negocijs a conſilijs extitit, & praſertim cum Nicolaus
Arbiter electus fuerat ad dirimenda diſſidia inter Ianuenſes, & Saonenſes. Hic Florentia, ac C
Bononia Prator, atque Senarum bis electus eſt, in quibus muneribus tam honorificè ſe geſſit, vt
a Populo Romano bis etiam cum honore adlectus fuerit ad Senatoriam Dignitatem. Ideo hono-
rificis Legationibus Patria nomine magna felicitate perfunctus, exiſtimationi ſua magnum at-
tulit authoritatis incrementum, ſuumq. nomen illuſtrius feciſſet, ſi Commentaria varias in Le-
ges Codicis, & Digeſtorum ab ſe ſcripta, vnà cum Tractatibus, & Pralectionum voluminibus
ab eodem exaratis, qua, vt Volphangus ait, ſeruantur in Bibliotheca Antonij Auguſtini, in lu-
cem prodyſſent: verum in tenebris latent, vt vel ipſa tenebra aliquid habere illuſtre meritò glo-
rientur. Senio tandem confectus anno 1441. diem ſuum obiuit, in incerto linquens, an expo-
nendis pro ſuggeſtu, vel ſeruandis pro tribunali Legibus ſpectabilior fuerit.*

Pag. 29. *verſ. 48. poſt verb. extitit, adde,* Marian. Socin. ſen. conſ. 129. col. 1. vol. 1.
Probo auctoritate inſignis Doctoris Dom. Ludouici Romani. Tyndarus in tract. de teſtib. qui D
Bartolum cum Baldo loquentem effinxit. *Ludouicus iſte Romanus, aperuit, vir excellens,
memoria plenus, ac facundia redimitus, ſcrutator etiam nedum ſcriptorum meorum, ſed tuo-
rum, caeterorumq. diligentiſſimus.* Balthaſar Torinus in Apologetico Statuti Vrbis, inſerto
in opere Fenzonij ad Statuta eiuſdem Vrbis pag. 420. ſcripſit, magnam eſſe Romani au-
thoritatem, ipſumq. eminentiſſimum nuncupat. Sed Guidi Panziroli verba, etſi longa
ſerie exarata, de claris legum Interpretibus, pag. 237. ſubnectenda duxi. *Ludouicus
Pontanus Spoleti, qua Vrbs Vmbria eſt, humili fortuna natus, a puero Roma educatus eſt, vnde
Romani cognomentum tulit: Septem annis in Gymnaſiis Iurium diſciplina pertinaciſſimè va-
cando, numquam in ea facultate mutire, aut ab aliquo diſſentire viſus, quod ingenij praſtantia
attribuitur. Peruſii a Ioanne Petrucij, & Angelo Perillio, & Dionyſio ſingularis bonitatis, &
conſcientia viro inſtitutus; poſtea Bononiam profectus, Ioannem ab Imola audiuit, ibiq. in ſeue-* E
*ro examine ſtudiorum tyrocinio depoſito, lauream accepit. Memoria omnes ſui temporis Iuriſ-
conſultos antecellens maxima nominis celebritate claruit; dicendo tamen ineptus adeo infelici-
tèr recitabat, vt praclara quaque in eius ore ſordeſcerent. Roma legem quandam tanta homi-
num frequentia explicuit,* (forſan in aſſequendo Aduocati Conſiſtorialis munere) *quanta
alius vnquam ab hominum memoria docuerit. Inde Senis anno 1433. cum Antonio a Prato
veteri profeſſus, Franciſcum Accoltum Aretinum omnium clariſſimum Interpretem erudijt.
Florentia etiam Aduocati officio functus, Nellum a S. Geminiano aduerſarium habuit. Denium,*

Romam

A Romam profectus, ab Eugenio IV. Pont. Protonotarius creatus eſt; mox Alfonſo Aragonio ob
inſignem eruditionem maximè carus, ab eo cum Nicolao Cataneo Baſileam ad Synodum Lega-
tus deſtinatur. Conquerentibus verò Aulicis, quòd tantæ rei pondus hominibus obſcuris nata-
libus ortis commiſiſſet, in eo negotio non ſanguinis nobilitate, ſed doctrina opus eſſe Alfonſus reſ-
pondit. In ea tamen Legatione diſcordes, parum Regi, & Synodo profuerunt, vt Æneas Syluius
teſtatur. Ludouici, inquit, Pontani, & Nicolai Siculi bella Legatio, & digna tanto Principe,
niſi diſcordes animi, & inuidia laborantes, neque Regi, neque Concilio vtiles extitiſſent. Fui-
mus & nos Baſileæ, notumq. nobis eſt, non minus occupatam fuiſſe Synodum ad reconciliandos
inter ſe Regis Legatos, quàm vt Bohemos ad Eccleſiæ Catholicæ conſenſum reduceret. Hæc ille.
Cæterùm Ludouicus non diù ſuperſtes obijt in ea Synodo, ſex & triginta horarum ſpatio a peſti-
lenti morbo ſublatus, cum vix 30. ætatis annum ageret, & Cardinali Dignitate honeſtandus eſ-
ſet, vt Æneas Syluius commemorat, cuius verba, quòd hominis virtutes exprimant, hìc ſubij-
cienda eſſe duxi. Finitis, inquit, Panormitani verbis, Ludouicus Romanus Protonotarius to-
B tius humani Iuris gnarus aſſurrexit; cuius tanta memoria fuit, vt nulli veterum cedere puta-
retur, ſiue Simonidem, ſiue Theodectem, ſiue illum, qui a Pyrrho miſſus ad Senatum venit, Cy-
neam, ſiue Carneadem, Seriphium, Metrodorum, Hortenſium, ſiue qui horum vltimus fuit, Lu-
cium Senecam de dignitate memoriæ commendemus; erat enim memor omnium, quæ ipſe vn-
quam aut legiſſet, aut audiuiſſet, nec oblitus erat eorum aliquid, quæ ipſe vidiſſet: nec vt cæteri
Iuriſconſulti principia legum in diſputando allegabat, ſed quaſi Codicem legeret, ſic textum
memoritèr referebat. Vir non Roma tantùm, ſed Cælo dignus, & cui nemo mortalium compa-
randus videretur, non admirationi, ſed ſtupori futurus omnibus populis, ſi, vt æquum videba-
tur, ætatis tempora duplicaſſet. Sed inuidit Fortuna Italiæ, nec tantum ſcientiæ lumen creſcere
paſſa eſt: immiſſit peſtiferum morbum, virumq. vix 30. egreſſum ætatis annum abſtulit, nec
plus horis ſex, & triginta ſiuit ægrotare; viſuſq. non tranſitus ille hominis, ſed furtum. Quis
C enim virum adeo iuuenem, adeo robuſtum tam breui morula extirpari putaſſet? Sed fuit mors
damnoſior morte cuiuſuis Regis, quippe quòd Regi hæres ſuccedit in Regno, viro autem adeo do-
cto nullus ſupereſt in literis hæres. Sed dum Cardinalari vir benemeritus manet, apud Char-
tuſiam ſepelitur. Hæc Æneas Syluius de Viro illuſtri retulit. Nota tamen non caruit, qui in
nouis opinionibus ſomnia fingere dictus, ea vetuſtorum anctoritatibus, quæ rarò inueniantur,
comprobare nititur. Sunt & qui eum auaritia ductum conſuluiſſe dicunt. Commentaria in
Pandectas, & Codicem reliquit. Reſponſorum volumen vnum. Singularium item vnum.
Eius Reſponſis in diffiniendis negotijs ſæpius Pontifex vſus eſſe dicitur, & inter quatuor primos
Conſulentes a Galleſio ponitur. Vir facetus fuit, & plerumque ſcommatibus delectatus, cum ſe-
mel litigioſus quidam ſimis naribus, hircinaq. barba illi ſæpe moleſtus, duos venatorios canes
millis ornatos donauiſſet, interrogaretq. an valeret, Ludouicus, gratijs actis, ſe valere reſpon-
D dit: tum ridens, tu verò, inquit, num tuum gregem tutum, abductis canibus, reliquiſti? quo
dicto ad caprinum hominis vultum alludere voluit. Florentiæ a ruſtico pro indocto eſt dimiſ-
ſus, quòd requirenti interlunij diem dicere neſciuiſſet. Patre, & fratre ſuperſtite, deceſſit Baſi-
leæ, vbi apud Chartuſianos cum hoc epitaphio ſepultus fuit &c. Reperitur & aliud Epitaphium
in eundem ab Ænea Syluio conſcriptum, quod ita ſe habet.

Si mille, aut totidem rapuiſſes vſque virorum
    Peſtis, adhuc poterat parcere ſæua tibi.
Viuens, quo nuſquam fuerat præſtantior alter,
E   Extinctum potius reddas iniqua lues.
Quem fletis Leges, quem fletis Iura, ſacriq.
    Nunc Canones, obijt, quem coluiſtis herus.
Hic vos ornarat, veſtras vbicumque fuerunt
    Soluerat ambages, nunc ſine voce iacet.
Heu voces, heu verba Viri diuini, memorq.
    Ingenium, quouis nunc tua multa fama eſt.

Heu Romane iaces, quo nec Romanior vllus A
Ante fuit, quo nec ſorte futurus erit.
Te pater, & charus ratur modo viuere frater,
Heu quantos gemitus ille, vel ille dabit.
Te Roma, atque omnis plorabit Hetruria, teq.
Tota petet lachrymis Itala terra pijs.
Te nunc Concilium, te nunc vlulatibus vnum
Ipſa quoque extinctum queritat Eccleſia.
Heu vanas hominum mentes, heu pectora coeca,
Cuiq. dies certum eſt fata dediſſe ſuos.
Et nos cum Superi ſtatuent, veniemus ad illos; B
Nemo parum vixit, cui bona vita fuit.

Pag. 33. ante Antonium Roſellum addatur.

ANGELVS PERILLIVS Peruſiæ exortus. Grates Guido Panzirolo rependo, qui de claris Legum Interpretibus ſcribens, Collegam pag. 235. mihi indicauit. *Duo* (ait) *eodem tempore ambo Peruſini in Patria, diuerſis tamen horis, docuerunt, Angelus Perillius veſpere, & Ioannes Patruccy filius a Monte Sperello mane, & vterque Ioannis Baptiſtæ Caccialupi præceptor. Angelus cum aliquandiù in Patria profeſſus eſſet, Romæ Aduocatus Conſiſtorialis factus eſt. Mox Patanium conductus,* C *Pauli Caſtrenſis concurrens fuit. Ibi anno Salutis 1431. opuſculum De Suitate, & alterum De Societate, atque aliquot in Ius ciuile Commentaria compoſuit. Demum Peruſium reuerſus, dum ibi Interpretis officio fungitur, obijt anno Salutis 1446. in Templo S. Mariæ nouæ ſub humo conditus fuit. Nemo eo Patauij ſubtiliùs docuiſſe, aut acriùs diſputaſſe dicitur.* De ipſo meminit Angelus Portenarius de Patauina fælicit. lib. 7. cap. 4. *Angelo de i Perigli da Perugia Dottore ſottiliſſimo, e gran Diſputante fu eſpoſitore in Padoua di ragion ciuile:* & Cæſar Criſpoltus ipſius Conciuis lib. 3. Peruſiæ Auguſtæ. *Angelo, e Baldo Perigli; ha queſti alle Stampe un Trattato De Quæſtionibus, & Tortura; fu l'altro ottimo Catedrante, e di sì gran valore, che tenne in Padoua concorrenza à Paolo de Caſtro; ſcriſſe ſopra buona parte del Corpo ciuile, mandò alle Stampe alcune Repetitioni, & un volume de' Conſigli; morì in Perugia l'anno 1447. & hebbe ſepoltura nella Chieſa di S. Maria de' Serui.* D

De Familia dicturus aliquid, quæ Cæſar Alexius in elogijs Peruſinor. pag. 47. exarauit, ſubnecto. *Salue Balde Perigliorum Familiæ decus, & ornamentum, qui ex Angelo Iuriſconſultorum peritiſſimo vnà cum ſanguine doctrinam, & ſapientiam traxiſti. Percrebuit illa miro ſtudio, calcar addente ingenio; & tam ardentèr auitam gloriam exaggeraſti, vt parentis tui, & Stemmatis totius famam auxeris nomine, laudes eruditiſſimis literis maximorum virorum adæquaueris, Reipublicæ commoda præclaris facinoribus cumulaueris ampliſſimè. Adiunxiſti tu quidem ſanguinis foecunditate quinque ſupra viginti liberos Ciuitati tuæ; quorum quatuor Iuriſperitis Gymnaſium hoc Præceptoribus inſonuit præclariſſimis; multò tamen magis ingenij vbertate claruiſti: hoc etiam huius prole felicior, quòd ſanguinis prolem morituram edebas in vitam; hanc ingenij ſobolem eduxiſti ſimul, & educaſti ad immortalitatem. Mentiar, ni præ cæteris, fidem interponat ſuam liber a te editus De Quæſtionibus, & Tortura reorum, vtilitati, & Iudicum peritiæ, non in Vrbe noſtra ſolùm, ſed in Orbe vniuerſo commodiſſimus.* E *Quin volumina illa immenſa rationum, quibus veritati robur feciſti, defendiſti iuſtitiam, abſoluiſti innocentiam, proh Deus immortalis, quanta cum laude incorruptæ iuſtitiæ tuæ imaginem in luce palàm exponerent, niſi domi inter rudera ſub indignis tenebris deliteſcerent; ſed aliquando de te benemerita Reſpublica, & pro literis, & pro liberis libros delegabit nuncios, qui vbique terrarum nunquam de tuis laudibus conticeſcant.*

Digitized by Google

CCXCIX.

Pag. 34. *verſ. 3. poſt verb. tempo, adde*. Sed præ cæteris Guidus Panzirolus de claris
A legum Interpretib. pag. 459. vberem, lectuq. curioſam de Roſello Scriptionem ad poſte-
ros demandauit, ideo connectendam. *Roſellorum nomen, vt plurimæ in Italia Familiæ, a
Royſello gentis authore deriuatur. Fuit is patria Aretinus, & inter Accurſij Gloſſatoris diſcipu-
los inſignis, qui pluribus annis ante Antonium abnepotem Patauij Iuris vtriuſque infulis eſt
honeſtatus. Deinde Florentiam ad ius ciuile docendum vocatus, eius Vrbis ciuis eſt effectus.
Poſtea Bononiæ tandiù profeſſus eſt, donec a Friderico Ænobarbo ad inuidiam Bononienſium,
qui filium captiuum detinebant, Patauium Gymnaſio translato, ibi vſque ad mortem docuit.
Decedens Franciſcum, & Vannem poſt ſe filios reliquit. Ille Iuriſconſultus, & Eques cum per
factiones, expulſa Aretio Petramalorum Familia, Reipublicæ gubernacula apprehendiſſet, non
multò poſt & ipſe ab hoſtibus Gibellinis eiectus eſt. Vannes verò ciuilem ſe præſtans tranquil-
lam domi vitam egit. Hic duos filios ſuſcepit, Roycellum, qui pro Cæſare Piſis præfuit, vel, vt
alij ſcribunt, Roſellum clariſſimum Iuriſconſultum, & Rodulphinum, qui Ioannem Lombardum,
B Rainaldum, Baptiſtam, Roycellum, & Guidonem Iuriſconſultum liberos genuit. Ex Roycello
natus eſt Antonius Roſellus, qui cum Legum ſtudio ſe dediſſet, magna ingenij fælicitate adhuc ado-
leſcens, De legitimatione librum edidit, ad eamq. nominis famam peruenit, vt Iuris Monarcha
vocaretur. Duas vxores habuit, & vltima defuncta, iam clarior factus, a Martino V. Romam
accitus eſt, apud quem Sigiſmundi Cæſaris in graui cauſa, quam cum Ladislao Polonorum Rege
habebat, patronum egit: Regis quoque Apuliæ in alia nobili lite a Summo Pontifice diffinienda
Aduocatus fuit, ac Collegij Cardinalium, pauperumq. Patronus. Interea defuncto Martino,
Eugenius IV. ſucceſſit, cuius cum Sigiſmundo Cæſare ſimultates ad eum miſſus Antonius ſedauit.
Rurſus ad eundem a Pontifice cum Comitis Palatini titulo ablegatus, qua Dignitate natalibus
reſtituendorum ſpuriorum, tabulariorum, Equitumq. creandorum, & mancipandorum libero-
rum auctoritatem obtinuit. Præter has tertiam quoque apud Albertum Cæſarem Legationem fæ-
C liciter peregit. Nec multò poſt Gallis tumultuantibus, ac Pontificiæ Dignitati Baſilienſis Con-
cilij auctoritate detrahentibus, ſub ſpe purpurei galeri nouitates ſopiturus ad Carolũ VII. Regem
mittitur, qui cum Patritium factum etiam Equeſtri Dignitate honeſtauit: ei Renatus Darenſius
Dux Lotharingiæ pedibus calcaria appoſuit, enſemq. pro more accinxit: In Italiam reuerſus cum
promiſſam Dignitatem efflagitaret, Pontifex bigamum, qualis erat Antonius, Cardinalem
creari poſſe negauit; & cum ille Gloſſarum, aliorumq. Interpretum auctoritate ſe a Summo Pon-
tifice ſacrarum Conſtitutionum vinculis ſolui poſſe contenderet, Eugenius Speculatorem contra-
rium aſſerentem obijciens hominem eluſit. Quare indignatus Roſellus, aduerſus Prælatos li-
brum, Monarchiam nuncupatum, compoſuit, ac Roma fugiens Patauium ſe contulit, vbi a Ve-
netis quingentis in ſingulos annos aureis numis acceptis, Ius Pontificium mane explicuit, & cum
magna laude diſputaſſet 28. annis clara nominis celebritate profeſſus eſt. Franciſcum Ba-
D rocium Pauli II. Pont. ex ſorore nepotem in Decreto interpretando, deinde Iacobum Zoccum Fer-
rarienſem concurrentes habuit. Inter alios eius diſcipulos claruit Ioannes Bertachinus Firma-
nus* (& ipſe ſacri Conſiſtorij Aduocatus) *qui hæc de illo ſcriptis mandauit, & cum Chriſtia-
na dogmata minus piè tenuiſſet ſubdit, vnde a Summi Pontificis Legato, & Henrico Quæſitore
prauæ religionis damnatus eſt. Sunt qui illum a Secretis Pauli II. Pontificis fuiſſe ſcribunt, ſed
pro Paulo II. Martinum V. ſcribendum puto. Edidit librum De Indulgentijs, & alium, quem
Monarchiam Summi Pontificis inſcripſit, & Friderico Cæſari dedicauit, vbi de Pontificis, &
Cæſaris poteſtate diſſerit; ei alium De Concilijs addidit. De Vſuris quoque, & Succeſſionibus ab
inteſtato præclaros Tractatus; & in Ius Pontificium erudita Commentaria reliquit. Vir magnæ
probitatis cauſas nonniſi iuſtas defendendas ſuſcepit* (at quæſo, quomodo Chriſtiana dog-
mata minus piè tenuit Antonius, ſi eundem magnæ probitatis virum fateris?) *alioquì ve-
E rò facetus ſalſis iocis delectabatur: Roſellum ex fratre nepotem habuit, qui & ipſe ſemel ad La-
dislaum, & Carolum Galliæ Regem a Martino V. Legatus miſſus eſt. Filios ſuſcepit Ioannem
ſacris initiatum, Guidonem Antonium Iuriſconſultum, Franciſcum, & Proſperum, quem poſt ſe
adhuc adoleſcentem reliquit, & alias fœminas. Mortuus inter ſuos Patauij anno 1466.* (alij
1483.) in Diui Antonij Templo celebri funeris pompa cum hoc epitaphio humatus fuit.

ANTONIVS ROYCELLVS MONARCHA SAPIENTIÆ
ANTONIVS DE ROYCELLIS MCCCCLXVI. DIE XVI. DECEMB.

Indicat idem Author, Roſas tres inſignia Familiæ Roſellorum efformare. A

Pag. 39. verſ. 15. poſt verb. elaborauit, adde. Guidus Panzirolus de claris Legum Interpretib. pag. 209. Nicolai genitorem Baldum iuniorem aſſeruit, Matthæum Equitem auum, Petrum (Baldi ſenioris, & Angeli germanum fratrem) abauum, Franciſcum proauum; de ipſoq. Nicolao ſubdidit: *Nicolaum in Curia Romana cauſarum Iudicem (nunc Auditorem vocant) qui De ſucceſſionibus inteſtati duo opuſcula compoſuit, & cum in Galliam Nuntius deſtinatus Cardinali Dignitate honeſtandus eſſet, veneno ſublatus eſt, & Romæ in Aracœli ſepultus.* Alexius in elogijs Ciuium Peruſinor. centur. 2. pag. 286. *Nicolaus* (de Vbaldis) *ob ſcientiæ præſtantiam inter Romanæ Rotæ Auditores a Paulo II. accitus, a Sixto IV. in ſummis Reipublicæ Chriſtianæ difficultatibus ad Ludouicum Galliarum Regem Orator miſſus eſt. Nauata egregiè opera, Romam ad ampliſſimam Purpuræ Dignitatem reuocatus, tanto laborum fructu caruit, extinctus in itinere. Scripſit celeberrimos de Succeſſionibus ab inteſtato Commentarios.* B

Pag. 42. verſ. 21. in fin. adde. Bertachini geſta vberiùs exarauit Guidus Panzirolus de claris legum Interpretib. pag. 274. *Ioannes* (inquit) *Bertachinus patria Firmanus, quæ eſt Vrbs clariſſima Piceni, Patauij Ioannem Franciſcum* (ſeu Fridericum) *Capiliſtium, & Antonium Roſellum in iure Pontificio audiuit. Laurea donatus in prima iuuentute anno Salutis 1465. Senis Ioanni Aceto Equiti eius Vrbis Prætori, & Compatri aſſedit, mox ipſe Tolentini Prætor fuit, vbi Muſarum non expers in Natalem Domini, quum eo die Sacris intereſſet, ſine calamo Decaſticum non ineruditum compoſuit: copioſiſſimo etiam Indice edito, maximum Iuris ſtudioſis commodum attulit: librum quoque De Epiſcopis; & alium De vectigalibus, ſeu, vt ipſe appellat, gabellis, edidit, quod opus Ceſenæ, dum vectigalium controuerſiis decidendis præeſſet, compoſuiſſe fertur. Aſſedit Præfecto Florentiæ, qui Capitaneus vocabatur, anno 1470. quo ipſe ſcribit, terræmotu Ciuitatem fuiſſe concuſſam. In Vrbis Capitolio Senatori Latrunculator aſſedit, vbi aliquos capite damnauit. Phani quoque Fortunæ ius dixit. Ob opera, quæ edidit, demum promeruit Aduocatus Conſiſtorialis creari. Eius obitus, aut ſepulchri veſtigium, quod ſciam, non extat.* C

Pag. ead. 42. ante Marianum Socinum, adde.

SIGISMVNDVS DE VBALDIS Peruſinus. Et Collegam hunc Guidus Panzirolus de claris legum Interpretib. pag. 209. mihi legendum expoſuit, nam ibi, poſt recenſitos Nicolaum (de quo ſupra) & Matthæum de Vbaldis ſacræ Romanæ Rotæ Decanum, tertium recenſet eorundem germanum fratrem, Baldique iunioris filium, paucis hiſce. *Tertius Sigiſmundus ipſe quoque Iuriſconſultus, & Romæ Conciſtorialis Aduocatus fuit.* D

Pag. 44. verſ. 25. poſt &c. adde. Verùm quia Guidus Panzirolus de claris legum Interpretib. pag. 456. de Mariano noſtro luculentèr, ſcituq. digna exarauit, ipſius addamus verba. *Marianus Socinus ſenior, ex matre Margarita Malauolta* (Euphraſia Duccia ſcripſit Vgurgerius) *nobili Senenſi pridie Nonas Septembris anno 1401. natus, cum græcis, latiniſq. literis vacare cœpiſſet, quam puer de ſe maximam expectationem conceperat, non fefellit; ſiquidem legum ſtudijs primùm in Patria, mox Patauij, vbi publicè diſſeruit, diligentèr incubuit. Dehinc Senas reuerſus, & ſub Abbatis Panormitani diſciplina eruditus, ibi iterum, vt ex Patriæ legibus tenebatur, publicè diſputauit, eodem anno laurea donatus, & Inſtitutiones interpretatus, poſt aliquot annos Patauij ius Pontificium docuit, inde domum reuocatus, ſæpe recuſatis, quæ alibi offerebantur honeſtis conditionibus, dum vixit, in Patria idem ius profeſſus eſt. Interea etiam Patroni officio functus conſulendo, & ſcribendo ſe exercuit. Matutinis, veſpertiniſq. lectionibus vniuerſas Decretales diſtinctis Tractatibus explicuit, in quo dicendi facilitate, ac diuidendi capita peritia magnam ingenij fœlicitatem oſtendit; præclarum de Oblationi-* E

bus

A *bus opuſculum, & alia multa nondum impreſſa* (imò impreſſa ſuo loco indicaui) *in Vico Ar-*
bij, quò ſe euitanda peſtis gratia receperat, compoſuit; egregia quoque Reſponſa edidit, quæ pro
oraculis habebantur. Præter legum eruditionem, in qua excelluit, Coſmographia, græcis, lati-
niſq. literis, Geometria, atque Arithmetica, omnibuſq. liberalibus Artibus, atque Hiſtorijs mi-
rificè delectatus, etiam Poeta clariſſimus euaſit, vt Æneas Syluius, qui poſtea Pius II. Pont.
fuit, in quorundam amantum hiſtoria, quam ei amiciſſimo dedicauit, atteſtatur. Calligraphus
egregiè quoque pinxit, & ſculpſit, ſed opera, ſæuientibus in Ciuitate factionibus, interiere, ſola
Socina Familiæ, & ſeptem aliarum ſibi affinitate coniunctarum inſignia in hædina charta gra-
phicè delineata conſeruantur, quod opus admirandum ſpectantibus videtur. Cum ſuauiſſi-
mè caneret, omnia etiam inſtrumenta muſica artificioſè tractabat. Ex antiqua Venturina Do-
mo Nicolam Petri Aldobrandini filiam vxorem duxit, ex qua plures liberos mares, & fœmi-
nas ſuſtulit, & inter alios Bartholomæum celeberrimum legum Profeſſorem, de quo ſuo loco di-
ctum eſt, & Alexandrum virum integerrimum, ac negotijs familiaribus deditum. Vir hilaris,
B *& dicendo vrbanus, etſi curis oppreſſus, domi ſemper ſe iucundum inter familiares exhibuit, &*
id admirantibus amicis reſpondit, ſe, quum ad ſuos reuerteretur, quibus cum breui hora viuere
poterat, ad imas ſcalas ærumnas relinquere. Referunt alij etiamnum aliqua eius dicteria:
vxore enim ducta, cum docendi munus intermiſiſſet, interrogatus, cur id non continuaret, ſe
coniugem duxiſſe reſpondit, cum verò replicaretur, Socratem nunquam Philoſophiam ob vxo-
rem deſeruiſſe, ſubiecit, illam moleſtam, & fortè turpem Xantippem, ſe autem formoſam, & ob-
ſequentem habere. Semel etiam Angelum Politianum, virum græcis, latiniſq. literis impensè
eruditum, cum Senis in Iuris ciuilis interpretationibus ſe vel Accurſium ſuperaturum iactabun-
dus gloriaretur, leniter correxit, ab eo enim interrogatus Angelus, quis eſſet in iure ſuus hæres,
ob imperitiam obmutuit, ac pudore ſuffuſus ſuæ audaciæ pœnas dedit. Omnibus in Patria ho-
noribus functus, etiam ad Pium II. Pont. Max. a ciuibus miſſus, incredibili honore exceptus eſt,
C *& Aduocatus Conciſtorialis declaratus. Cum nunquam otioſus eſſet, toto vitæ ſpatio vix ter le-*
ni febricula correptus fuit. Vgonis Bencij eximij Philoſophi, & Medici, ac Tomæ Doctij clariſ-
ſimi I. C. Senenſium valdè familiaris extitit. Nigra barba, ſed compoſito, & iucundo vultu,
verùm ſtatura corporis exigua fuit, quod Æneæ Syluio ſibi coniunctiſſimo quandoque iocandi oc-
caſionem præbuit, qui Mariano magis ſuum, hoc eſt Piccolominorum, quàm Socinorum cogno-
mentum congruere dicebat, ea vox paruum hominem ſignificat. Verrucam in mala dextra, &
læua menti parte habebat. Obijt in Patria cùm magno Vrbis, & Orbis luctu anno 1467. die
vltimo Septembris, cum 67. annos vixiſſet, ac in Diui Dominici Templo humatus eſt. Augu-
ſtinus Datus vir ea ætate celebris coram populo ob claros defuncti natales, & doctrinam, fune-
brem Orationem habuit. Ciues vexilla ex publico ſupra ſepulchrum ſuſpenderunt. Statua ex
ære, viuam eius imaginem exprimens, quæ pro monumento ponenda erat, adhuc in poſterorum
D *ædibus conſeruatur, Laurentij Vecletti eximij artificis Senenſis manu conflata, virum, quo vte-*
batur habitu, fabrè expreſſum refert. In Ius Pontificium, & præclara Reſponſa doctiſſimè ſcri-
pſit, quæ in omnium Iuris ſtudioſorum manibus habentur. Sed quoniam eius vitam Æneas Syl-
uius graphicè ſcripſit, eius verba ſubyciam: omitto, quia ſuo loco attexui.

Pag. 47. poſt ſepulchralem Inſcriptionem, adde. Nec ſiluit Guidus Panzirolus, dum ſub-
nectenda ad poſteros tranſmiſit in ſuo erudito opere de claris legũ Interpretib. pag. 261.
Ingenij fœlicitate, & doctrina Bartholomæus Cæpola Veronenſis ita præſtitit, vt ſupra omnes ſui
temporis Iuriſconſultos generi humano profuiſſe indicetur, dum reconditas leges, & incognitas
Iurium materias illuſtrat. Bononiæ ſub Angelo Aretino, Paulo Caſtrenſi, & alijs clariſſimis
Profeſſoribus Iuri ciuili operam dedit. Deinde peracto ſtudiorum curriculo, anno Salutis 1446.
E *factus Iuriſconſultus, priuato ære Petri Donati Patauij Antiſtitis adiutus, in ea Academia edi-*
licium edictum diebus feſtis magno auditorum concurſu eſt interpretatus. Poſtea celebrior factus,
Palatina, Equeſtriq. Dignitate eſt honeſtatus. Demum altiori, & ordinaria Lectione dignatus
anno 1458. Alexandro Tartagno concurrens datus fuit, qui, cum eo, nulla ætatis, aut amplioris
ſtipendij ratione habita, ob ſolum honorarium titulum, ambitioſas de loco contentiones exercere
non erubuit. Ioannem etiam a Prato concurrentem habuiſſe creditus eſt, donec ad Romanam
Curiam profectus eſt, vbi Aduocati Officio functus magnam laudem retulit. Seruitutum, Vſuca-
pionum, Simulationiſq. contractuum, & alia plura in Iure obſcura tanta eruditione explicuit,

vt perquàm neceſſariæ eius Interpretationes habitæ ſemper in Forenſium manibus verſentur. Præclara etiam poſt ſe Reſponſa reliquit. Sed dum captioſas ad illudendas leges Cautiones excogitauit, apud graues viros probitatis famam minuit. Librum etiam De cognoſcendis Iuris Pontificij voluminum vitijs; & alium De Imperatore militum deligendo, edidit. Vxorem nomine Martham habuit, quam Patauij cum Hieronymo filio amiſit; vterque in medio Diui Franciſci Templo cum hoc monumento humatus eſt. (omitto, quia ſuo loco collocaui) *Aliam enim habuiſſe vxorem Vrſulinam Calciam, ſepulchrum in Baſilica Diui Antonij prope Sacellum Obyciorum indicat. Infra in ſcuto decuſſato ſunt duæ Cepæ Familiæ Cæpollæ Inſignia, & ſex dimidiæ Lunæ, Calciæ Gentis, vt puto, Arma, cum ſequenti epitaphio.* A

Vrſulinæ Calciæ Ludouici LL. Doct. Fil. caſtiſs. ac integerr.
Bartholomæi Cæpolæ Equitis, ac I. C. clariſſimi
Vxoris Sepulchrum. B
Anno Salutis MCCCCLXXXIII. XIX. Dec.

Ipſe, hac vxore ſuperſtite relicta, obijſſe dicitur anno 1477. Ex Cæpola Familia Honofrius inter Diuos relatus fuiſſe dicitur.

Pag. 49. poſt Inſcriptiones ſepulchrales Angeli Caſtrenſis, adde. Guidus Panzirolus de claris legum Interpretib. pag. 230. poſt luculentèr more ſuo Pauli Caſtrenſis geſta ad poſteros calamo tranſmiſſa, de Angelo quoque noſtro, eiuſdem Pauli genito, quæ ſequuntur, ſubnectit. *Angelum filium & ipſe Iuriſconſultum poſt ſe reliquit, qui annis 40. in Patauino Gymnaſio anno 1484. primò Ius Pontificium, deinde Ciuile docuit, & Equeſtri Dignitate honeſtatus, & Aduocatus Conciſtorialis eſt declaratus. Is moriens, poſt ſe Luciam filiam reliquit, quæ Antonio ex Capitibus Vaccæ nupſit, & Nicolaum Canonicum Patauinum, & eximium Iuriſconſultum, qui Bononiæ, Ticini, & in Patria magna cum laude Ius Pontificium docuit, æneaſq. effigies Auo, & Patri in Seruorum Æde cum ſplendidis titulis collocauit.* Scripſerat idem Panzirolus, Paulum Caſtrenſem pro Familiæ inſignibus erectum Draconem habuiſſe, & Patauij in ædibus è regione Seruitarum habitaſſe, quæ etiam ſuo tempore ab eius poſteris, tanti viri nominis hæredibus poſſidebantur. C

Pag. 52. in fin. adde. Sed præ cæteris Guidus Panzirolus de claris legum Interpretib. pag. 275. de Socino vberrimam attexuit enarrationem. *Bartholomæus* (inquit) *Socinus Mariani filius Senenſis, ingenij acumine nemini ſecundus, natus eſt anno 1436. 8. Kal. Aprilis, ac primùm græcis, latiniſq. literis imbutus, demum ad Iurium ſtudia ſe contulit, in quibus patrem, ac Thomam Doctum in Patria audiuit; deinde poſt triennium quàm legibus operam nauare cæpit, Bononiam profectus, ab Alexandro Tartagno, & Andrea Barbatio, ac poſtremò a Franciſco Aretino Piſis eſt eruditus, quorum doctrina excultus, eò prouectus eſt, vt patrem ſuperauerit: crebris diſputationibus, quibus mirum in modum delectabatur, celebris euaſit; & cum ſemel in Patria iuuenem publicè differentem acritèr vrgeret, cum patre, qui illius partes defendendas ſuſceperat, aliquandiù, modeſtè tamen, contendit, donec nutu ſilentium imperanti parenti ceſſit: ferunt, Marianum è Gymnaſio diſcedentem, Thomæ Doctio, alijſq. dixiſſe, filij ingenium ſibi placuiſſe, eiuſq. nomen quandoque illuſtre futurum. Exinde Bartholomæus magna cum laude Patauij, Bononiæ, & Senis publicè diſſeruit, vbi, patre inſignia tradente, Legum tyrocinium depoſuit: itaque declaratus Iuriſconſultus, in Patria primùm Inſtitutiones, deinde extra ordinem, ac poſtremo matutinas Lectiones ordinarias eſt interpretatus. Exinde clarior factus, cum Ioanne Baptiſta Caccialupo, & Proſdocimo Comite anno 1474. Piſas conductus, magna nominis celebritate docere cæpit: ibi primùm Lancelato Decio Concurrens datus matutinam Lectionem profeſſus eſt, quo tempore ibi Franciſcus Aretinus, ob ſummam hominis auctoritatem, ſolus veſpere interpretabatur. Poſt quartum verò annum, cum Baldo nouello Bartholino, Hieronymo Zanettino, & Puccio deponendi tyrocinij Philippo Decio Magiſter fuit. Cæterò tranſlato poſt aliquot annos Piſtorium Gymnaſio, cum ibi aliquandiù docuiſſet, Piſas reuerſus, Aretino præceptori defuncto, cum Baldo nouello in veſpertina Lectione ſuffectus eſt, Philippumq. De-* D E

cium

cium eiuſdem lectionis interpretationem affectatem ad Ius Pontificium docendum compulit: om-
A niumq. denique ſui temporis Interpretum clariſſimus effectus, a Borſio Ferrariam aduocatus, cũ
Riminaldo mane docuit, magnamq. cum Fel: no familiaritatem contraxit. Ibi quadriennio ex-
pleto, poſtea Bononiæ profeſſus eſt, atque inde a Laurentio Medice cum mille aureorum honora-
rio ad veſpertinam Lectionem interpretandam Piſas eſt reuocatus, quò cum non multò poſt ad
matutinam Lectionem explicandam eodem ſtipendio Iaſon Mainus conductus eſſet, Socinus pa-
rem ferre non poterat: itaque primò ſubmiſſis auditoribus, qui cum Iaſone diſſererent, ipſe ve-
lut ex tempore occurrens, cum eo acritèr certare cæpit, continuatiſq. per multos dies contentioni-
bus, plerumque ſuperior diſcedebat. Fama rei Florentiam perlata, Laurentius, vt diſputantes
audiret, Piſas venit; ibi cum acriùs vrgeretur Iaſon, nec facilè euadendi locum inueniret, ad
euitandum aduerſarij argumentum, falſam legem ſibi finxit, quo a Socino cognito, aliam & ipſe
oppoſitum dicentem ſibi commentus eſt, quærentiq. Iaſoni, vbi Ius illud inueniretur, reſpondit,
prope illud, quod mihi mox citaſti; itaque fraude intellecta, non ſine magna Laurentij volupta-
B te diremptum eſt certamen, quod vltra horam veſpertinæ Lectionis eo die protractum fuiſſe fe-
runt; & quandoque tanta animi obſtinatione a matutinis Lectionibus incipientes, eò vſque
diſputationes protraxiſſe dicuntur, vt a conflictu diſcedens Socinus, veniente hora, cathedram
aſcendere coactus fuerit. Sed Iaſone poſtea Ticinum reuocato, ipſe quoque, oblato ſibi Patauij
ampliori ſtipendio, ante conuentionis tempus clam diſcedere conſtituit: Itaque libros cup-
pis, in quibus Luca ſibi vina mittebantur conditos ante Vrbe emiſit, mox ipſe Sabbatho ſero mi-
gratus a famulo Florentino apud Coſ. Vrbis eſt accuſatus, qui hominem in itinere deprehenſum
in vincula coniecit, & Florentiam tranſmiſit, ibi cum in Senatu de imponenda ob ſtellionatum
pœna diſputaretur, non defuit, qui eum in crimen læſæ maieſtatis inſimulatum ſeuera ſenten-
tia capite plectendum eſſe diceret: Sed Laurentius vir mitioris ingenij, ſi hunc, inquit, perdi-
derimus, vbi alium Socinum inueniemus? itaque per certos dies ad carceres eſt condemnatus.
C Interea cum de eo priſtino loco, & dignitati reſtituendo tractaretur, ipſe ſe in vinculis ſui iuris
non eſſe, nec quicquam de ſe diſponere poſſe reſpondit; quare primum leniori cuſtodia traditus,
mox per Palatium, ac demum per Vrbem vagari permiſſus, donec plenè in libertatem reſtitu-
tus eſt, nunquam contractum firmare voluit: liberam igitur ſui poteſtatem nactus, Chirographo
ſe ſtipendio, ac tempore a Florentinis diffiniendo Piſis profeſſurum promiſit; quare illi in ſingulos
annos mille ducatorum per triennium ſalarium conſtituerunt. Interea abſentis loco Philippus
Decius ſuffectus fuerat, qui, illo redeunte, ad priſtinum locum rediit: triennij verò tempore ela-
pſo, Bononiam conductus eſt, vbi inter alia conſultus, quid illi agendum eſſet, cui accepta ſine
cautione pecunia negabatur, pugione opus eſſe bis repetijt; itaque conſultor debitorem domi con-
uentum, ſtricto gladio, ſe iugulaturum minatus, niſi depoſitum reſtitueretur, pecuniam recepit;
re in vulgus ſparſa, in prouerbium abijt, Socini conſilio opus eſſe, vbi crediti veritas probari
D non potuiſſet. Inde Patauium vocatus anno 1498. cum paucis annis ibi docuiſſet, rurſus Bo-
noniam redijt. Vir hilari vultu, facetijs etiam oblectabatur, & forte cum indiui do orum mate-
riam interpretaretur, dum in forum ambulat, in ficus venales incidit, quorum dimidia empta,
ſingulos per medium diuidere cæpit, reclamante verò ad factum venditrice, eas pro indiuiduis
a muliere haberi auditoribus ſignificauit, ſed id multis annis antea a Iacobo Butrigario factum
fuiſſe memorant &c. Sed vt ad Socinum reuertamur, Archymiſtam plurimum auri pollicentem
facere eluſit, cum pro Reſponſo ducentis aureis acceptis, ſecuriorem conquirendi auri artem in-
ueniſſe oſtendit. Acutiſſima Commentaria, & Reſponſa condidit. Liber Regularum ſub eius
nomine editus eſt, quod cum reſciuiſſet, excandeſcens, illud ſuum opus non eſſe iurauit, iniuria-
rumq. ſe contra impreſſorem actione vſurum minatus eſt. Primum etiam, & ſecundum Reſ-
ponſorum ipſius volumina, eo inſcio, edita fuere. Angelo Politiano valdè familiaris ita ab illo
E obſeruabatur, vt alter Papinianus appellaretur, eius auxilio nitorem ſuum quandoque iuribus
reſtituit. Summus veritatis cultor, & ab omni mendacio alienus fuit, qui Philippo Decio infen-
ſus, quod in fratris gratiam auditores abſtraheret, eius tamen ingenium, & doctrinam ſemper
commendauit. Vir acris iudicij fuit, quo nemo acutiùs, Legum difficultates ſoluiſſe creditus eſt,
vt Socini ſolutiones prouerbij vice in ſtudioſorum ore verſarentur, ob ingenijq. ſubtilitatem ſæpe
contra receptas a maioribus ſententias conſuluiſſe a Decio redarguitur. Illiberalibus verò mo-
ribus inſignem doctrinam maculaſſe dictus eſt, qui chartarum, & aleæ ludo ſupra modum dedi-
tus, non modò debitis lectionibus quandoque auditores fraudaſſe, ſed inſomnes etiam noctes tur-
piter

pitèr egiſſe dicitur ; eo vitio paternis opibus conſumptis, & vniuerſa, quam docendo, & de iure reſpondendo, plurimam coegerat, pecunia offuſa, ad extremam inopiam deductus eſt, vſque adeo, vt nec quod funeri ſuppeteret, poſt ſe reliquiſſe dicatur; eam ob cauſam ſemper egens vndique pecuniam auariùs conquirere cogebatur. Quin etiam præuaricationis notatus eſt, qui pro vtraque parte, mutatis tantùm litigantium nominibus conſuluiſſe deprehenditur, quod Bononiæ docenti occultis verbis Decius obiecit (Decij fides non integra, cui Socinum inſenſum aſſeruiſti, Panzirole; præterquamquòd ex Decij verbis in l.precibus, C. de impub.& alijs ſubſtitut. nu. 4. præuaricatio non elicitur, ſed potius, quòd contra receptas Doctorum ſententias conſuluerit: & in reliquis in Socinum obiectis, veh Magnatibus huius ſæculi, ſi eoſdem chartarum, alearumq. luſus macularet) *quum ipſe ſtudijs occupatus ludere non poterat, alios prope ludentes libenter audiebat, & vbi pinguem victoriam, aut perplexum euentum eſſe ſentiebat, videndi cupidus, vt ſe expectarent, increpabat. Splendidè verò, & magnificè ſemper vixit, lautaq. & argentea ſupellectile vſus. Ludouicam Orlandinam vxorem habuit, ex qua plures liberos mares, & fœminas quinque, omnes nuptui locatas, ſuſcepit, ſed alijs amiſſis, ſolum Franciſcum ex Scipione filio nepotem poſt ſe reliquit. Memoria imbecillitate bis inter orandum excidit: primò cum anno 1492. a Republica Senenſi Alexandro VI. Pont. Max. ſuæ Ciuitatis nomine gratulatum miſſus, in prima prope oratione, quam illi Angelus Politianus dictauerat, defecit, quod vbi Pontifex deprehendit, manum ſubleuans, ſatis ſibi notam viri virtutem eſſe dixit, eumq. Aduocati Conciſtorialis titulo honeſtauit. Idem iterum illi Venetijs contigit* (de hoc iterato euentu nil apud Scriptores) *vbi dum apud Auguſtinum Barbadicum Reipublicæ Principem dicere conatur, excidentibus, quæ antea dicere excogitauerat, nihil exprimere potuit. Cum diù docuiſſet, demum a graui catharro faucibus obſeſſis, inſtrumento linguæ priuatus; per triennium facultate loquendi caruit: quare a Mariano ex Alexandro fratre nepote Senas deductus, dandis Reſponſis vacauit. Demum obijt in Patriæ Suburbio anno a partu Virginis 1507. & cum inſumptis in aleam opibus funerari non poſſet, publico Senenſium ære elatus in Obſeruantiæ Templo extra Vrbem in Maiorum ſepulchro conditus fuit: aliqui ipſum ſibi funeris pompam fieri prohibuiſſe ferunt.*

A B C

Pag. 56. poſt carmina, adde. Guidum Panzirolum de claris legum Interpretib.pag.275. & Cæſarem Alexium in elogijs Ciuium Peruſinorum, centur. 1. pag. 52. de Bartolino proloquentes audiamus: ſcripſit ille. *Baldus Bartholinus Franciſci Colæ dicti filius* (indubiè conſtat, ex Honuphrio genitum fuiſſe) *Peruſinus ad alterius Baldi diſcrimen Nouellus cognominatus, diù in Patria docuit, mox Piſas honeſto ſtipendio conductus Veſpertinas Lectiones explicuit. Demum iuſſu Pontificis in Patriam reuocatus, luculentum Dotium Tractatum anno Domini 1479. perfecit. Filium nomine Marianum habuit, qui viuente pàtre eodem anno laurea donatus Romæ ſacri Palatij Auditor creatus eſt. Baldus & ipſe Aduocatus Conciſtorialis, fuit, nullaq. obitus memoria relicta, deceſſit.* Alter. *Tu quoque Peruſini Baldi non nomine tantùm, ſed doctrina vtriuſque iuris, & virtutis emule opulentiſſime, Bartolinæ Familiæ fulgentiſſimum ſydus; nam Legum doctrina a Parente Honuphrio peritiſſimo, ornatiſſimoq. tibi indita, Baldi, hoc eſt Iuriſprudentiæ auſpicatiſſima appellatione, in docendo maieſtatem, in enodandis difficultatibus eam eruditionem es aſſequutus, quæ tantam nominis menſuram impleret. Amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica Veritas, celeberrimum antiquitatis adagium vſque adeo candidis moribus expreſſiſti, vt veritatis Doctor linguis omnium, ſcilicet voce veritatis nuncupareris. Prædicabunt in poſterum ſapientiam tuam Prælectiones Iuris ciuilis, & Declarationes legum Codicis, & Digeſtorum a ſe elucubrata, nec non Tractatus ille celeberrimus, atque apprimè vtilis de Dote impreſſus, in quo non minus Bartoli perſpicacitatem, quàm Baldi eruditionem viuere quiſque ſapiens aſſeuerat. Viue igitur in elucubrationibus tuis, Patriæ, ac Familiæ ſplendor, eòq. fulgens magis, quò celeriùs extinctus. Viue Iuſtitiæ propugnator, oppugnator iniuriæ, nunquam in terris æternis præconijs moriture.*

D E

Pag. 56. verſ. 24. poſt verb. alia, adde; nempe. *Epiſtolæ, & Poemata varijs in locis edita. De principijs Naturæ, & Medicinæ Diſputationes. Anatomia Veteri Pagana. Antiquitates Natalitiæ variarum Gentium. Hiſtoria Anatomica variores. Controuerſia Anatomica noua. De Gloſſopetris Melitenſibus, Diſſertatio. De morbis fungoſis, Tractatus. De Tubere fungifera,*

fera,

ſera, Opuſculum. Serpentium Braccianus Medicina. Itinerarium Medicum Europæi Orbis.
A *Antiquitates homini Medico neceſſariæ. De Nephriticis, varia. De Animæ defuncti ſtatu,*
Diſquiſitio. De Niuis vſu. De Nihilo, liber. Heliodorus Medicus M.S. cum Verſione, &
Notis.

Pag. 57. verſ. 8. poſt verb. Conſigli, adde. Eiuſdemq. Conciuis alter, Cæſar nempe
Alexius in elogijs Ciuium Peruſinorum, centur. 2. pag. 28. hæc exarauit. *Angelus ſecun-*
dus de Vbaldis Iuriſconſultus inter ſuæ ætatis primarios meritò numerandus. Hic Angelo ano
nonniſi pietatis, & reuerentiæ nomine in Iure primas conceſſit. Aduocatus Conciſtorialis, Co-
mes, & Eques Palatinus ex priuilegio Friderici III. Cæſaris creatus (inter Conſiſtorij Aduo-
catos a Sixto Pontifice cooptatus) *Peruſiæ, Ferrariæ, & Patauij triginta ipſos annos princi-*
pem ordinarium, Ius ciuile profitendo, locum obtinuit, ibiq. vxorem ex Veneta Nobilitate fæ-
minamè Gente Martella duxit. Demum ad ſuos rediens, quibuſdam luculentis in Iuſtinia-
B *neum Codicem editis Commentarijs, & decem Reſponſorum voluminibus, non tam ſenectute,*
quàm ſapientia ſpectabilis, deceſſit in Patria anno 1492.

Pag. 67. verſ. 31. poſt verb. conſcripſit, adde. Matthæus quoque Tympius de Campe-
gio meminit in ſpeculo Principum pag. 81. *Ioanne Campegio Bononienſi publico decreto in*
Patauinum Gymnaſium accerſito, poſteaquam eius acceſſus appropinquare dictus eſt, ob excel-
lentem eruditionem a Magiſtratibus Vrbis (quod nonniſi Regibus, aut ſummis Principibus dari
conſueuerat) a Gymnaſiarchis, & omnifariam Profeſſoribus, ingentiq. Officiorum frequentia
itum eſt obuiam, vt nulla hominum memoria, Profeſſorem honorificentiùs acceptum viderit Pa-
tauina Ciuitas. At fuſiùs ſcripſit Guidus Panzirolus de claris legum Interpretib. pag. 295.
Ioannes Campegius Bononienſis anno partæ Salutis 1449. ex Bartholomæo Iuriſconſulto, &
C *Paula ex nobili Caualcabouum Cremonenſi Familia natus eſt. De Bartholomæo patre libet hoc*
recenſere. Cum is Canetulorum factionis haberetur, quæ tunc cum Bentiuolis de primatu cer-
tabat, eo funeſto Ciuitati Bononienſi die, quo Annibal Bentiuolus a Canetulis interfectus fuerat,
etiam ab hoſtibus laude dignus eſt iudicatus, ſiquidem a Bentiuolæ factionis hominibus morte
Annibalis cæde Baptiſtæ Canetuli vindicata, eiuſq. domo igne combuſta, cum victores per Vrbem
diſcurrerent, in domos ciuium aduerſæ factionis ſæuierunt, & ſupra ſexaginta domos direptas
ſolo æquarunt: cum verò in Bartholomæi, qui tunc temporis a Ciuitate aberat, domum irruerent,
ac Signifer etiam ad eam deprædandam ſubſtitiſſet, ab vniuerſis repentè acclamatum eſt, Vir
probus eſt, neminem læſit, eius ſalua, intactaq. domo relicta, ad alias tranſeamus. Quod pro-
cul dubio maximum eius viri ſummæ integritatis, & innocentiæ indicium fuit. Sed nec in exi-
lio, quod tunc ipſe voluntarium ſuſcepit, ſingularis hominis virtus latere potuit: is enim a Lu-
D *donico Mantuæ Marchione perbenignè acceptus, cum annuo ſtipendio ſecreto eius Conſilio ad-*
ſcriptus eſt: a Philippo quoque Maria Mediolanenſium Duce, apud quem Reipublicæ Bononien-
ſis Oratorem egit, annuo ſtipendio 300. aureorum donatus eſt: fauebat enim Philippus Maria
Canetulæ factioni, cum Venetis, ac Florentinis Bentiuoli adhærerent. Ex Bartholomæo natus
eſt Ioannes Mantuæ. Annum decimum quartum egreſſus, humanioribus literis ab optimis præ-
ceptoribus eſt eruditus, mox paternos lares patris iuſſu repetens, Bononiæ primùm ſub Alexandro
Imolenſi, deinde Piſis ſub Franciſco Aretino Iuri Cæſareo, & Pontificio operam dedit, tántique
nominis euaſit, vt nondum Doctoris inſulis inſignitus ad Ius profitendum eodem tempore a Pi-
ſanis, & Papienſibus poſtularetur: prætulit tamen Papienſe Gymnaſium Piſano, cum ob aëris
ſalubritatem, tum etiam perſuaſus ab amico paterno Thoma Theobaldo Bononienſi, qui poſtea
Dorotheam filiam ei deſpondit. Erat tunc Thomas a Conſilijs Galeatij Sfortiæ Ducis Mediola-
E *nenſis, quem locum & ſub Philippo Maria Vicecomite, & Franciſco Sfortia habuit; præter hæc*
ab ipſo Philippo Maria ad Reges Gallorum, & Neapolis, ac Burgundiæ Ducem Orator deſtina-
tus, inſuper Cremonenſi, & Aſtenſi Ciuitatibus præfectus fuit. Ioannes igitur annos amplius
decem Papiæ Ius Cæſareum cum Hieronymo Butigella in maxima Auditorum frequentia pro-
feſſus eſt, cuius percelebri fama adducti Veneti, longè maiori ſtipendio ad matutinas lectiones
explicandas Patauium conduxerunt: cum Vrbi appropinquaret, ob excellentem eruditionem, &
nominis celebritatem, a Magiſtratibus, quod nonniſi Regibus, *& ſummis Principibus dari con-*
ſueuerat, ac Gymnaſiarchis, & omnifariam Profeſſoribus, ingentique hominum frequentia itum

*eſt obuium, vt nulla hominum memoria Profeſſorem honorificentiùs acceptum viderit Pata-
uium, vt auctor eſt Sabellicus; ibi per decennium Ius Cæſareum tanta apud omnes gratia, &* A
*exiſtimatione docuit, vt præſtantiſſimos ea memoria Iuriſconſultos Bartholomæum Socinum, &
Iaſonem Mayrum maiores natu & nominis celebritate, & honorario æquaret. Cum deinde Ve-
neti Iaſoni concurrenti maiora, quàm Ioanni ſtipendia conſtituiſſent, ipſe, qui ſuperiorem fer-
re non poterat, diſceſſit, atque Bononiam ſummis Ciuium precibus efflagitatus conceſſit, quò
cum magnus auditorum numerus ſe contuliſſet, & qui Patauij remanſerant, ingenti eius deſi-
derio tenerentur, Venetos non auxiſſe ſalarium pœnituit: quare eodem, quod Iaſoni, qui iam
ab ipſis diſceſſerat, honorario præſtituto, Patauium reuocarunt: ad eum deducendum Gymnaſij
Rector, & cum eo circitèr quinquaginta legum ſtudioſi Bononiam conceſſerunt; poſt annos quin-
que ſtipendium, quod ante octingentorum aureorum erat, ad mille adauctum eſt, quod ei pri-
mùm conceſſum, & Iaſoni prius negatum fuerat. Decem annis in prima cathedra ibi Ius Cæ-
ſareum profeſſus, a Ciuibus ſuis, quod ante renuerat, ſe in Patriam retrahi permiſit, vbi om-
nibus honoribus, & Magiſtratibus maxima cum laude functus eſt. Iulio II. Pontifici Maximo,* B
*ad quem Bononienſium Orator iuerat, vſque adeo gratus fuit, vt eius conſilio poſt eiectos Benti-
uolos, in conſtituendis Magiſtratibus, moderandiſque Legibus municipalibus, & nonnullis ve-
ctigalibus partìm tollendis, partìm minuendis vſus fuerit. Maximam etiam ergu Patriam be-
neuolentiam oſtendit, cum anno 1509. excitata ſeditione, Bentiuolenſium impulſu Mariſco-
torum domus conflagrauit, atque direpta eſt: cum enim tanti ſceleris auctores pœnam formi-
dantes Ciuitatis portam occupaſſent, concurſantibuſque Bentiuolorum aſſeclis, ad quinque mil-
lia armatorum numerus creuiſſet, Vrbis Gubernator Laurentius Fliſcus tunc Brugnatenſis, po-
ſtea Montis Regalis Epiſcopus, & alij Magiſtratus valdè metuebant, ne Bentiuoli reuocaren-
tur, & ingruente nocte, adaucto malorum numero, direptiones, & incendia multiplicarentur:
in eo diſcrimine Ioannes Campegius ſalubri conſilio auctor fuit, vt, venia accepta, ſeditioſi ar-* C
*ma deponerent: illi quatuor ex ditioribus Ciuitatis fideiuſſores efflagitarunt, qui impunitatem a
Pontifice approbatum iri promitterent, inter eos Ioannes Campegius ſpopondit, qui mali præ-
ſcius, eam fideiuſſionem ſibi, aut ſuis quandoque exitio futuram prædixit, pro Patria tamen,
& Ciuium ſalute ſe periculo committere non recuſauit: Iulius Magiſtratuum precibus, his, qui
cum Bentiuolis conſpirauerant, exceptis, alijs ignouit, habitaque de multis quæſtione, non pau-
ci perduellionis accuſati, & exules facti, & aliqui etiam vltimo ſupplicio affecti fuere; proinde
reſtitutis a Gallorum exercitu Bentiuolis, a fideiuſſoribus, quos ad proſcriptorum damni reſtitu-
tionem teneri affirmabant, magnam pecuniam extorſerunt: Ioannes verò, qui accerſitus a Man-
tua Marchione, vt litem inter nonnullos conſanguineos arbiter componeret, abſens erat, litem
in dies protrahebat; demum ex animi mœrore graui ægritudine contracta, Mantuæ deceſſit: ca-
terùm aduerſarij moræ impatientes ſimulatam ægritudinem dictitare, expectari tempus, quo
Iulius Pontifex eiectis rurſum Bentiuolis, Bononiam reciperet: itaque impetu facto, triduo ante-* D
*quam decederet, eius ædes diripuerunt; in eo tumultu etiam eius ſcripta periere, quibus tan-
quam alienis plumis ſe alij excornaſſe crediti ſunt: extant tamen antea De Dote, ac nonnulli
alij in publicum editi Tractatus, quos adhuc iunior, tum Campezium ſe appellans, in lucem
emiſerat. Deceſſit dyſenteria annum agens ſexageſimum tertium: fuit procera ſtatura, læta
facie, & aſpectu venerando; ſumma in eo facundia, ſonoraque, ac compolita vox admirabilem
auditoribus, ac maximè gratum reddebant, vnde eius Collegæ, omnibus ferè ad Campegium
confluentibus, deſtituebantur. Nec paruæ apud Senatum Venetum auctoritatis fuit, cuius con-
ſilio in pluribus vſus eſſe dicitur. Diuitias quò faciliùs parare potuiſſet, eò laudabiliùs contem-
pſit, vt dici de eo poſſit, quod de Ennio ſcribit Cicero: Vir haud magna cum re, ſed fidei ple-
nus. Venetias ſæpius adijt, vt in grauibus, difficilibuſque cauſis patrocinium ſuſciperet, ſed non-
niſi per publicas literas accerſitus: quem nouerat ius non fouere, nullo præmio induci potuit, vt* E
ei conſilium, patrociniumuè præſtaret; dicere namque ſolitus eſt (ſeu potius erat) *iudicem, qui
iniquam ſententiam tuliſſet, excuſari, ſi iuxta eius conſilium tuliſſet, ſe vero in culpa futu-
rum, qui perperàm conſuluiſſet, ac Deo rationem redditurum. Splendidi, cultique habitus ni-
mis ſtudioſus habitus eſt, vt per contemptum in certaminibus ab aduerſario Iaſone, quandoque
Ioanna vocaretur: dicere conſueuerat, docentis officium eſſe circa quotidianas difficultates ver-
ſari, eaſque ita claro, & aperto dicendi ſtilo explicare, vt ſenſum etiam imperiti penetrare poſ-
ſint. Petrum Andream Gammarum a Caſali Bononienſem diſcipulum habuit, qui De exten-*

ſionibus

ſtionibus Tractatum edidit: Filios quinque reliquit, Laurentium, qui Patauij primùm, ac
A deinde Bononiæ per decennium Ius Cæſareum, & Pontificium explicuit; hinc Romam profectus,
Rotæ Pontificiæ Auditor a Leone X. Pont. Max. factus eſt, pluribuſque Legationibus functus; ab
eodem ſacro Cardinalium Collegio eſt cooptatus. Præter hunc, Antonium Mariam optimum
Senatorem ſuſcepit, qui in patria ſua omnes Magiſtratus, & Legationes obtinuit: & Thomam,
qui & ipſe Ius Pontificium Bononiæ interpretatus, deinde Epiſcopus Feltrenſis factus, plures Le-
gationes obijt, ac optimus vir indicatus, nonnullis Ciuitatibus præfuit; Cancellariamque Apo-
ſtolicam per decennium texit, & omnium fratrum ſuperſtes fuit, qui annum agens 81. anno
1563. deceſſit. Penultimum procreauit Bartholomæum, qui ſtipendia militaria ſub Carolo V.
cum honore meruit: Et vltimum Marcum Antonium Epiſcopum Groſſetanum, frugi, & integræ
vitæ hominem.

Pag. 69. verſ. 46. poſt verb. deſcribitur, adde. De ipſo ſcripſit Guidus Panzirolus de cla-
B ris legum Interpretib. pag. 264. *Ioannes Baptiſta Caccialupus a S. Seuerino Campaniæ Oppido*
(imò in Marchia Anconitana) *Ioannem Petruccij Peruſinum, & Angelum Perilium audi-
uit: Legum verò Doctor declaratus, Senis mane ordinariam Iuris ciuilis lectionem magna no-
minis claritate profeſſus, anno Salutis 1464. nobilem De Pactis, libellum, deinde De Tranſa-
ctionibus, & Ludo, de Aduocato, & Debitore de fuga ſuſpecto; & Modo ſtudendi Opuſcula com-
poſuit. Demum primus Aduocatus in Curia Romana, quem Conſiſtorialem vocant, alia De
Eccleſiarum unionibus, Penſionibus, & Feudi cognitione conſcripſit. De eius obitu, aut epita-
phio nihil mihi compertum eſt: filium habuit Antonium Iuriſconſultum, in quo ſibi benè pla-
cuiſſe ſcribit.*

Pag. 77. verſ. 22. in fin. adde. & inter Conſtitutiones Ægidianas lib. 2. cap. 31. anno
C 1495. ibi. *Præſentibus Domino Angelo de Arcu Auditore, & Domino Fabiano de Aretio Ad-
uocato Curiali* (verba notanda, ad ea, quæ ſcripſi ſupra ex Gianio) *& pluribus alijs.* De
ipſo quoque pauca innuit ſæpe memoratus Panzirolus de claris legum Interpretibus pa-
gin. 325. *Fabianus de Monte S. Sauini Aduocatus Conciſtorialis inſignem Tractatum De em-
ptione, & venditione edidit; filium poſt ſe Antonium reliquit, qui Cardinali Dignitate hone-
ſtatus fuit; & altero eius filio natus eſt Ioannes Maria, qui poſteà Iulius III. Summus Pontifex
fuit.*

Pag. 84. poſt carmina, adde. Nec Ludouici laudes Guidus Panzirolus reticuit, dum
in ſuo opere de claris legum Interpretib. ſcripſit pag. 289. *Ludouicus Bologninus Bononien-
ſis, ingenij elegantia omnes ſui temporis Interpretes viſus eſt ſuperaſſe, qui quantum illa ſæcula
D patiebantur, a barbarie diſcedens, bonas literas excoluit. Inter alios Alexandrum Tartagnum
præceptorem habuit. Deinde anno 1459. inter Iuriſconſultos receptus, primus Pandectas ex
Florentino Codice emendare conatus eſt, diuque liber ille pro expurgato Caſenæ eſt conſeruatus.
Cum annis aliquot in Patria docuiſſet, poſtea Ferrariæ matutinam lectionem explicuit, vbi
Abbatis Panormitani Reſponſa antea non viſa in lucem emiſit. Non multò poſt inde Bononiam
reuerſus, alia Ioannis ab Anania, non paucis ex ſuo additis, in medium Iurium ſtudioſis pro-
tulit. Reſponſa etiam Ioannis ab Imola purgauit: luculentum De Indulgentijs librum compo-
ſuit; & alij, quem De Succeſſionibus ab inteſtato antea Matteſilanus Bononienſis ediderat, non
pauca adiecit. Equeſtri honore exornatus apud Innocentium VIII. Pontificem, quem affinitate
contingebat, decidendis cauſis præfuit. Poſtea in Caroli VIII. Gallorum Regis Conſilio, vt qui-
dam ferunt, detentus, pro Ludouico Sfortia Mediolani idem munus obiuit. Deinde Floren-
E tiæ V. Vir iuri dicendo præfectus; ibidem etiam Prætorem egit. Ac poſtea ab Alexandro VI.
Pontifice Senator Romanus, & Aduocatus Conſiſtorialis illuſtri Dignitate functus eſt. Demum
a Iulio II. Pontifice Patriæ Senator declaratus, ad Ludouicum XII. Gallorum Regem Legatus
eſt miſſus, inde Romam reuerſus, cum peracta Legationis rationem reddidiſſet, dum in Pa-
triam reuertitur, itineris laboribus quaſſatus, Bartholomæo filio poſt ſe relicto, anno Sal. 1508.
& ætatis 61. occubuit. Præclaram bibliothecam D. Dominici Religioſis, & Arcam, quam ape-
riri prohibuit, teſtamento reliquit, Bononiamque delatus, cum hac inſcriptione conditus iacet.*
Omitto, quia ſuo loco attexui.

Pag.85. verſ.17. poſt verb. Comeſque, adde. A Petro Nicolao Mozzio in tractatu de lo-
cat. & conduct. tit. de accidental. location. & conduction. num.47. pag.97. *Ita D. Catald.* A
Doct. in ſtudijs conſummatiſſimus, & decrepitus; quem ſupra immediatè allegauerat, Ca-
taldinum nempe de Boncompaguis.

Pag.86. verſ. 20. in fin. adde. De eadem familia hæc exarauit Guidus Panzirolus de
claris legum Interpretib. pag.365. de Ioanne Baptiſta Ploto loquens. *Plota Familia No-
uaria vetuſtiſſima, & inſignis fuit, nam Ioannes Plotus Eccleſiæ Nouarienſis Archidiaconus
anno Salutis 1387. pro Vrbano VI. Pont. Max. aduerſus Robertum Antipapam, Clementem VII.
nuncupatum, egregiam operam præſtitit. Ipſe verò Ioannes Baptiſta matrem Claram Catiam
fœminam illuſtrem habuit; vxorem verò Angelam Torniellam duxit, Ioannis Aloiſij Verga-
ni Domini filiam, ex qua tres filios ſuſcepit, Franciſcum Mariam, Ioſephum, & Ioannem
Aloiſium: ipſe nobile Commentarium in l. ſi quando, C. vnde vi, anno Salutis 1552. cæptum* B
quadriennio perfecit, quod magni operis inſtar excreuit.

Pag. 92. poſt inſcriptionem, adde. Scripſit quoque de ſuo Concine Cæſar Alexius in
elogijs Peruſinorum, par.2. pag.49. *Detur incomparabili ſapientiæ tuæ, Balione Vibi, quòd
a Patria ſeptiès ſummo cum honore, & fœlicitate ad varios Summos Pontifices miſſus, Pontificij
Legati tibi nomen adeptus, huic Vrbi vtilitatem, ac ſplendorem aduexeris ampliſſimum: quòd
cum eſſes vnus ex viginti Viris, quorum arbitrio totius Peruſinæ Ditionis imperium gerebatur,
optima dederis conſilia: quòd pro publica auctoritate a Conſilijs fueris: quòd iuſtitia patefacta,
iuſtitiæ candorem ſæpe reſtitueris: quòd ad ſanguinolentam diſcordiam ſedandam Baliones in-
ter, & Oddos, atque inter Hiſpellanos, & Fulginates exortam, pacis conciliator omnium ac-
clamatione per Senatus conſultum electus fueris; quòd totius Ciuitatis huiuſce odia, & ſimulta- C
tes obliterandas, quæ inter Nobiles, & Populares, Plebemque excitabantur, publicus Pacis mo-
derator acclamatus ſuſceperis ſimul, atque ſuſtuleris: quòd tu in Patrio hoc Gymnaſio pluribus
annis frequentiſſimis auditorum cœtibus, tum Romæ Summi Pontificis beneficio, magno ſtipen-
dio Ius ciuile explanaueris: quòd tam incorrupta iuſtitia clientum tuorum conſeruaueris iura:
quòd tam elegantèr, ac ſubtilitèr Digeſtorum, & Codicis leges explicueris, & adnotationibus
illuſtraueris, eorumque Repetitiones in lucem edideris: quòd tanta doctrina, & prudentia tua
Pontificio indulto conceſſum ſit, vt inter Aduocatos Conſiſtoriales adſcriptus fueris: quòd deni-
que æuum ſumma cum laude tranſegeris, ac poſt comparatam & tibi, & Patriæ immortalem glo-
riam, morti debitum ſolueris innocentiſſimus. Tibi verò, exſoluto a te morti debito, laudi-
bus, ac præconijs ſuum ſoluet debitum immortalitas.*

Pag.96. poſt carmina, adde. Nec ſiluit Alexius in centur.2. elogior. Peruſinorum Ci- D
uium, pag.363. *Vincentius Herculanus ob vulnus in facie inflictum Friſius nuncupatus, cum
ſignata facie videri nollet, integrum quinquennium nunquam domo egreſſus, quod dedecori fu-
turum videri poterat, euaſit in decus. Librorum aſſidua contrectatione ad eam Iuris cognitio-
nem peruenit, ad quam ætatis ſuæ Iuriſconſulti pauciſſimi deuenerunt. Ex ijs latebris tandem
erumpens, publicæ Iuris profitendi muneri ſe reſtituit. Cum eximia eloquentia, viuidique in-
genij acies homini eſſet, doctrinæ fama illicò non Italiam modò, ſed remotas etiam Prouincias
impleuit. Tantam ad publica negocia tractanda induſtriam attulit, vt pro patria Legatione
perſæpe ad Summos Pontifices dum perfungitur, non ſolùm Patriæ felicitèr profuerit, ſed Pontifi-
cum animos ſibi deuinxerit, ab illorum aliquo Aduocatus Conciſtorialis tandem renunciatus.
Amor ſapientiæ, & animi acies nunquam in hoc conſenuit. Annis iam grauis, oculorum acie
cum eſſet deſtitutus, integrum quinquennium ad publica Gymnaſia deferri voluit, vt adoleſcen- E
tes erudiret. Præclaros in Digeſtorum volumina Commentarios ſcripſit: rurſus Reſponſa reli-
quit eruditiſſima: demum eiuſdem opera Patriæ leges in meliorem formam reſtitutæ adhuc vi-
gent. Exceſſit anno 1539.*

Pag.98. verſ.9. poſt verb. Paleotto, adde. De ipſo quoque Vincentio Paleotto ſeniore
copioſè ſuo, Philippique Beroaldi erudito calamo plura exarauit Guidus Panzirolus de
claris legum Interpretib. pag.326.

Pag.101.

CCCIX.

Pag. 101. *verſ.* 11. *poſt verb. eſſet, adde.* Nec ſiluit Guidus Panzirolus, qui de ipſo hæc
A exarauit inter claros legum Interpretes, pag. 343. *Lancellotus Politius Senenſis tanta inge-
nij fœlicitate enituit, vt in omnibus Italiæ Gymnaſijs nouo in Subſtitutionum Tractatu opinio-
nes ſumma cum laude ſuſtinuerit. Exinde ius ciuile in Patria interpretatus, Ioannem Mariam
a Monte, qui poſtea Iulius III. Pont. Max. fuit, in priuatis ædibus inſtituit. Cæterùm vix vi-
geſimum ſecundum ætatis annum egreſſus, D. Dominici Religionem, quam Obſeruantem vo-
cant, pia deliberatione ingreſſus eſt. Id agnati ab eo factum fuiſſe aſſerunt, vt votum impleret
a matre conceptum, dum puer in difficili ægritudine periclitaretur. Alij ob ereptam ſibi promiſ-
ſam Conciſtorialis Auditoris dignitatem, quòd eum honorem nondum delatum in cuiuſdam
Reſponſi ſubſcriptione præcipitantèr ſibi arrogauiſſet,* (in ſapienti viro non præſumendum)
*conceptoque propter illatam contumeliam dolore, ipſum Religioſum factum fuiſſe tradunt.
Cum ſæculo itaque Iurium ſtudio penitus relicto, Dialecticæ, Philoſophiæ, ac Theologiæ diſcipli-
næ totus incubuit, in quibus omnibus ſub Ambroſij Catherini nomine, quod ſibi ſumpto Religio-
B nis habitu impoſuerat, erudita opera edidit, & bis contra Martinum Lutherum ſcripſit. Le-
gum tamen, quibus ſe impensè applicuerat, memoriam ſemper tenuit. At ſemel Lutetiæ Pari-
ſiorum a quodam familiari Iurium ſtudioſo ad Gymnaſium publicum deductus, Interpretem in
Subſtitutionum Tractatu ſuam opinionem impugnantem audiuit: Iuuenis, qui Politium comi-
tatus fuerat, ab eo efflagitauit, vt ſe tueretur, & recuſantem, ni id feciſſet, ſe illum pro Politio
omnibus publicaturum minatus eſt: Quare Lancellottus, qui ſe agnoſci nolebat, Gallum Pro-
feſſorem, vbi è Cathedra deſcendit, XXII. acutiſſimis argumentis adeo exagitauit, vt admira-
tus Doctor exclamauerit, aut diabolus es, aut Politius. Cum verò aduerſus Bernardinum O-
chinum apoſtatam alia ſcripſiſſet, a Paulo III. Pontifice Minoris apud Neapolim Epiſcopus eſt
declaratus. Poſtea a Iulio III. quem dum profiteretur, apud ſe diſcipulum aluerat, Archipræ-
ſul Conſentinus creatus fuit. Ab eodem Cardinali Dignitate honeſtandus, niſi Diegus Mendo-
C cius, qui illius fratrem vltimo ſupplicio affecerat, verbis Cæſaris, cuius Romæ Legatum agebat,
id prohibuiſſet. Demum Neapoli anno 1553. iam ſeptuagenarius occubuit, & apud ſui Ordinis
Religioſos humatus fuit, apud quos viginti nouem annis piè vixerat.*

Pag. 101. *verſ.* 19. *poſt verb. renunciatus, adde.* Nec omittendus Adrianus Politus, Marci Antonij nobilis Senenſis filius, politioris literaturæ vir non ignobilis. Scripſit *La Comedia degl'Ingannati. Dizzionario Latino, e Toſcano. Vn libro di Lettere in lingua Toſcana.* In maternum Senenſe idioma Cornelij Taciti Hiſtoriam vertit.

Pag. 101. *verſ.* 30. *in fin. adde.* Quæ ſequuntur, de ipſo exarauit Cæſar Alexius in Elo-
gijs Peruſinor. centur. 2. pag. 94. *Palladem armatam ſimul eſſe, atque inermem, militiæ pa-
D ritèr, & pacaturum præſidem ſcientiarum, exemplo ſuo nos docet Camillus, qui tam ex bellicoſa
Ballionorum Progenie bellicoſos ſpiritus hauſiſſet, bonarum tamen literarum ſtudio, lega-
liſque diſciplinæ freno gliſcentes in animo armorum ignes non ſolùm compreſſit, ſed inuicta ani-
mi conſtantia ad ſcientias capeſſendas incubuit; tam inuicta fuit fortitudinis, vt in ſe ipſo mar-
tis metum, aut ex animo penitus expungeret, aut expugnaret. In legali deinde facultate breui
laureatus, è publico ſuggeſtu magna omnium admiratione, & fructu alios docuit. Cumque in-
ter primarios aui ſui Doctores haberetur, Romam transmiſſus, vt Patriæ nomine ardua quæ-
dam cum Pontifice transigeret negocia, breui non ſolùm & feliciter confecit, ſed maieſtate ſer-
monis, melliſluaque dicendi gratia Pontificis gratiam ita aucupatus eſt, vt illicò ſacri Conſiſto-
rij Aduocatus, & paulò poſt Rotæ Romanæ Auditor renunciatus fuerit: vſque adeo erat ad vin-
cendum natus, vt cum abſtineret armis, de Pontificum animis eloquentia triumpharet. Quo
E in munere ita ſe geſſit, vt ad purpurei Galeri cumulum iri ſperaretur, niſi mors inuida vnà
cum eius vitæ ſtamine, peritorum hominum, & Patriæ ſpes de eo conceptas obtruncaſſet.*

Pag. 111. *verſ.* 26. *poſt verbum, infra, adde.* Guidus Panzirolus, qui de claris legum Interpretibus ſcripſit, de Salomonio, quæ ſubnectam, expreſſit. *Sub idem tempus claruit Marius Salomonius Albertiſchus Eques Romanus, Ioannis Baptiſtæ Caccialupi Diſcipulus. Is cum Campaniæ præfuiſſet, Romam reuerſus, frequenti auditorio Ius ciuile docuit. Celebris factus eſt in Iulij Medices Cardinalis, & Procancellarij gratiam, in XXII. Cardinalium, ac plu-*

rium

rium Antiſtitum, Iuriſconſultorumque conuentu, atque omnis generis doctorum Virorum con- A
curſu inſignem Diſputationem habuit, quam poſtea in inſtam Interpretationem redactam ei-
dem Medici inſcripſit. Eius opera non multò poſt Pontificalis Auditorij (an melius Conſiſto-
rij?) *Collegio eſt aggregatus; tantumque eo gradu gaudium concepit, vt nihil ſibi ad ſtudia op-*
portunius, nihil ad honorem maius, nihil ad ætatem optabilius dari poſſe gloriaretur. Demum
ſenio ferè confectus, cum cauſarum negotijs ſupereſſe non poſſet, relicto foro, Leonis X. hortatu
ad explicandos Digeſtorum libros ſe contulit; ſed verè (an ſerò) *eam prouinciam aggreſſus,*
morte interceptus, vix primum abſoluit. Quoſdam etiam Tractatus, & Commentaria De
Probationibus; ac De Principatu ad eundem Pontificem volumen; atque alia eruditè conſcripta
reliquit. Deceſſit in extrema ſenectute circitèr annum 1530.

Pag.114.verſ.23.poſt verb. Gabriellum, adde. Virginius Boccatius in annot. ad cap.2.
lib.6.Conſt. Ægidian.num.189. *Iacob. Philipp. Port. ſiue potius bo. mem. Ant.Gabriellius olim* B
doctiſſimus Aduocatus Conſiſtorialis lib.2. concluſ.reg.44.

Pagin.119. in fin. adde. Vbi marmorea quoque eiuſdem Dondoli effigiès conſpicitur.

Pag.124. verſ.32. poſt verb. Doctorem, adde. De Cardinalis Mignanelli bigamia, ab
eademque diſpenſatione, ſcripſit Mandoſ. de Signat.Gratiæ, pag.71. *Sarnen. in tractatu*
Breuium, num.19. & ſeq. vbi ſubdit, diſpenſatum fuiſſe cum Reuerendiſſ. D. Fabio Migna-
nello, qui cum vidua contraxerat, qui poſtea effectus fuit Cardinalis.

Pag.126. verſ.11. poſt uu.irrumperent, adde. Et Quintil. Mandoſ. in tractatu de ingrati-
tud.cap.47. ſic eundem alloquitur. *Et tu ampliſſime, & ſapientiſſime Proſper Cardinalis de* C
Sancta Cruce non caſu hiſce fluctuoſis temporibus lateri Chriſtianiſſimi Regis aſsiſtens, eiuſque
perturbationum, & periculorum particeps, memor te eſſe nobiliſsimum Romanum ex Familia
præclariſſima, quæ a Sancta Cruce denominationem ſumpſit. Te per omnes gradus honorum ad
ſupremam Dignitatem euectum. Memor, Dominum dediſſe tibi linguam eruditam, vt ſcias
ſuſtentare eos, qui lapſi ſunt, verbo: vtere facundiſsima eloquentia tua, prudentia tua, ma-
gnanimitate tua, virtutibus denique omnibus tuis. Suade, &c.

Pag.126.verſ.48. poſt verb. lib.1. adde. Sed Guidus Panzirolus eiuſdem Fabij geſta lu-
culentèr poſteritati demandauit in ſuo de claris legum Interpretib. libello, pag. 371. *Ex*
Hieronymo Acorumbono Eugubino eximio Medico natus eſt Fabius anno Salutis 1502. qui in
prima iuuentute in Iurium ſtudijs verſatus, non ſecus ac generoſa planta, quæ cito fructus pa- D
rere dicitur, vigeſimo primo ætatis anno legum rudimenta depoſuit, ac poſt biennium, quàm Iu-
riſconſultus creatus eſt, Patauij celebri Auditorio Iuſtiniani Inſtitutiones duobus annis profeſſus
eſt. Mox Romæ ædibus incendio combuſtis, vt res ex igne ſuperſtites colligeret, eò profectus,
Iuris Pontificij Lectionem, nullo concurrente, vel eo nullius nominis exiſtente, obtinuit. Inde
nondum exacto quadriennio, Patauium reuocatus, primùm Franciſco Curtio, ac Marco Man-
tua Bonauidio, mox Ioanni Antonio Rubeo concurrens datus eſt. Poſtremò cum Mariano So-
cino magna Auditorum frequentia veſpertinarum Lectionum Orbem impleuit. Demum a Pau-
lo III. qui tum Clementi VII. ſucceſſerat, Romam vocatus, primùm Conciſtorialis Aduocatus
creatus eſt; mox, nondum biennio expleto, Romæ (an Rotæ?) *Auditor fuit; exinde Paulus IV.*
vtriuſque Signaturæ Referendarium creauit, & in ſummis Chriſtianæ Reipublicæ reformandis
negotijs in primis eius opera, veluti viri integerrimi vſus eſt. Demum in breui deſcriptum E
Cardinalem deſignauit; ſed cum Caroli V. Cæſaris, cum quo diſſentiebat, amicum cognouiſſet,
non creauit. Decem & octo annis Rotæ Auditor vixit, cuius annis decem Decanus fuit. Ro-
mæ deceſſit annò Salutis 1559. & ætatis 58. ac in Diuĩ Auguſtini Æde ſepultus eſt.

Pag.129. verſ.20. poſt verb. Siena, adde. Progenies hæc Marchionatus prærogatiua
condecorata emicat.

Pag.133.

Pag.133. verſ.13. poſt verb. honorandus, adde. Mantic.de tacit. & ambig. in epiſt.nun-
A cupator. Neque etiam vitæ integritatem, & doctrinam Marci Antonij Burgheſij patris tui, di-
uini, atque humani Iuris peritiſſimi, cuius conſilio Paulus IV. in maximis, & arduis negotijs
vtebatur.

Pag.137. verſ.13. poſt verb. quieſcit, adde. Et Virgin. Boccat.in Commentar. ad cap.25.
Conſtitution. Ægidianar.lib.5.pag.76.loquens de ſacri Palatij Auditoribus. Et hodie eo-
rum Diſputationes publicæ fiunt in Palatio Apoſtolico in eorum Auditorio, vbi prius fiebant in
Eccleſia S. Euſtachij, & ibi primus diſputauit R. Scipio Lancellotius.

Pag.140. verſ.30. poſt verb. inſtitutione, adde. Et Guidus Panzirolus de claris legum
Interpretib.pag.391. quæ ſequuntur, exarauit. Sylueſter Aldobrandinus Florentinus in po-
litioribus litteris, atque Artibus liberalibus eruditus, Iuri operam dedit, ornatuſque Iuriſcon-
B ſultorum Inſignibus, Decemuiris Reipublicæ Florentinæ a ſecretis fuit. Cum verò ea Ciuitas
Medicibus parere coacta Alexandrum Ducem accepiſſet, a Patria diſcedens, amiſſis facultati-
bus, exulauit, quæ etſi illi oblatæ fuerint, ſi domum reuerti voluiſſet, nunquam redire voluit.
Itaque doctrina, & virtutibus, quas ſtudijs, & laboribus ſibi comparauerat, vitam ſuſtentauit.
Ducis enim Vrbini, mox Cardinalis Hippolyti Ateſtini, & vt alij dicunt, Cardinalis Rauen-
næ, Aſſeſſor, eorum ſtipendio alebatur. Demum Aduocatus Conciſtorialis, & Fiſci Romæ crea-
tus, in eo officio deceſſit. Ex Elſabetta Deta nobili Florentina ſeptem filios, & filiam ſuſcepit:
inter quos Ioannes Doctoris lauream aſſecutus, & Rotæ Romæ Auditor creatus, ad Cardinalis
faſtigium eſt euectus. Petrus alter filius & ipſe Iuriſconſultus, Petri Cardinalis ampliſſimi pa-
ter fuit. Poſtremus filiorum Hippolytus & ipſe maiorum veſtigia ſecutus, Patauij, & Ferrariæ,
vbi Iuriſconſultorum Inſulis eſt decoratus, Iuribus incubuit. Mox Romæ Rotæ Auditor a Xi-
C ſto V. ad Cardinalatus Dignitatem eſt promotus. Demum Summus Pontifex creatus, Cle-
mens VIII. dictus, nunc Romanæ Eccleſiæ ſumma pietate, & vitæ ſanctitate gubernacula regit.
Filia verò Sylueſtri in Senonum Galliæ Oppido nupta, mater fuit Cynthij Cardinalis ampliſſi-
mi, & a me Iuriſconſultorum laurea honeſtati. Sylueſter præter Annotationes, quas ad vni-
uerſas Inſtitutiones Iuſtiniani fecit, luculentum etiam in primum earum librum Commenta-
rium edidit. Nec defuerunt tanto viro etiam poſt obitum ſummi honores, ipſius enim, & po-
ſterorum ſepulchro Sacellum SS. Sacramento dicatum, mira arte elaboratum, & vario marmo-
re, & elegantibus columnis, ſignis, atque picturis ornatum Romæ in Æde S. Mariæ ſupra
Mineruam primò inſtituit Clemens VIII. Pontifex Maximus eius filius, ſecundò eadem magni-
ficentia Petrus Cardinalis Aldobrandinus nepos perficit, ſibi & in Clementem, & in Sylue-
ſtrum benemerentes grati animi monumentum, additis ſepulchris cenotaphijs, ex quibus libuit
D hic adſcribere vnum illud Sylueſtri. Omitto, quia ſuo loco imprimi curaui.

Pag.146. verſ.33. ante verb. Patauij, adde. Luculentam autem de Mariano Socino iu-
niore ſcriptionem, quam Guidus Panzirolus, de claris legum Interpretib. loquens, pag.
338. luci expoſuit, abſit, quòd ad Collegæ celeberrimi gloriam augendam, hic non ſub-
nectam. Marianus Socinus primi Mariani ex Alexandro filio, & Lauræ Aringleriæ nepos,
natus eſt Senis anno 1482. 8. Kal. Aprilis, vſque ad pubertatem, vt plurimùm valetudina-
rius, vbi ad decimum tertium annum peruenit, peſte, quæ tunc dira per Italiam graſſabatur
correptus, magnum vitæ diſcrimen ſubijt, ſed puſtula ſub ſiniſtra ala reciſa, præter omnium
opinionem conualuit. In humanioribus literis ab Angelo Fundo inſtructus, Ius ciuile a Fran-
ciſco Turco, Bernardino Beneuoliente, Ioanne Baptiſta Sancto, Simone Borgheſio, & Anto-
E nio Benafra tùm Senis profitentibus, per ſexennium accepit. Ex his Antonius in Pandulphi
Petrucij Patriæ imperantis conſilio fuit. Mox Bononiæ Bartholomæum patruum audiuit, quem,
cum amiſſa voce, in Patriam deduxiſſet, ibi publicè diſputauit, ac depoſiti tyrocinij inſignia a
Benafro, vice patrui fungente anno ætatis vigeſimo primo ſumpſit. Primùm Inſtitutiones per
quadriennium, ac poſtea per triennium extra ordinem alias Legum partes interpretatus, Lan-
cellotum Polytum concurrentem habuit, qui cum magno ſtudioſorum concurſu acria certamina
exercuit. Interea Camillam Saluettam Pauli filiam honeſtiſſimam matronam vxorem duxit,
ex qua decem filios, & tres filias ſuſcepit, quibus, paucis exceptis, ſuperſtes fuit. Cum verò al-
tero

Digitized by Google

tero anno Ius Pontificium, altero Ius ciuile mane ex ordine docuiſſet; poſtremò ad Veſpertinam A
lectionem translatus, magna cum laude per quadriennium eſt profeſſus. Exinde Piſas cum 350.
aureorum ſtipendio à Republica Florentina conductus, ac poſtea aliorum quinquaginta honora-
rio auctus, Hieronymo Deto Florentino ſecum acritèr concurrente, egrè auditorum frequen-
tiam ſuſtinuiſſe dicitur: ibi nata Virginia Philippum Decium Luſtrium patrem fecit. Poſt ſep-
tennium in Patriam reuocatus, Rainaldum Petruccium, qui poſtea Romæ Rotæ Auditor fuit, &
Hieronymum Verium aduerſarios habuit. Interea Legatus ex cauſa publica ad Rempublicam
Florentinam miſſus, mox a Ciuibus ad Leonem X. Pont. Max. gratias acturus eſt deſtinatus,
quòd Ioannem Piccolomineum Senarum Præſulem, & Raphaelem Petruccium Groſſeti Antiſti-
tem Senenſes ad Cardinalem Dignitatem promouiſſet. Inde poſt annum, quàm in Patriam ve
nit, Patauium vocatus, Petro Paulo Pariſio, & Franciſco Sfondrato concurrens factus, &
maiorum nomine, & proprio ingenij acumine celebrior eſſe cœpit. Vnde Bononia diſcedente
Pariſio, cum mille aureorum honorario primas tenuit, quo tempore Fabium Acorumbonum B
Eugubinum, qui poſtea ex Romanæ Curiæ Auditore Antiſtes eſt creatus, & Gaſparem Malmi-
guatum Lendenaria oriundum Antagoniſtas habuit. Cum verò anno 1540. Andrea Alciato
Ticinum reuocato, Bononienſis Academia inſignem Interpretem deſideraret, Marianus a XL.
Viris vocatus eſt. Is cum Ioanne Rubeo Alexandrino, tùm mane Patauij primam Sedem tenen-
te, turbulentam de loco contentionem exercebat, cum vterque pari ſtipendio honeſtatus alterum
excedere non poſſet: Socinus igitur, vt homini ſecum acerbiùs agenti ſuperior eſſet, inſtantèr
illius Gymnaſij Præfectos orare, vt addito vel decem aureorum ſalario, ſe Rubeo præferant; il-
li mille aureorum metam excedere inſoliti, Marianum ludificari, dictitare, ſibi magni nomi-
nis Profeſſores non deeſſe, qui minore pecunia ſint docturi: vbi ille ſibi verba dari ſenſit, Bono-
nienſibus MCC. aureorum honorario ſe obſtrinxit, alijs CC. pro commeatu acceptis; tabuliſq.
conſcriptis, a Gymnaſiarchis Patauij maiorem, quàm ſperare poterat, mercedem ſibi dari poſtu-
lat; cum ſolitum reſponſum retuliſſet, ſtatim producto noui contractus inſtrumento, ego, inquit, C
ex meo ſinu MCC. aureos extraho, nunc expectabo, quos ex veſtro Doctores ſitis educturi. Ita
Senatoribus dimiſſis, Bononiam profeſſus, dum vixit, magna nominis fama docuit. Veneti
largius ſtipendium polliciti, fruſtra eum retinere ſunt conati. Senenſes quoque, niſi a Bono-
nienſibus præuenti eſſent, DC. aureorum, quod nemini antè fecerant, illi ſalarium oblaturi
erant; ſed Bononienſibus obſtrictus, contractum reuocare non potuit: ei poſtea aliorum centum
aureorum auctum ſalarium, immunitaſque pro ſe, & liberis maribus cum iure Ciuitatis conceſ-
ſa fuit, & locus inter V. Vir litibus iudicandis Bononiæ Lælio eius genero eſt donatus: ſed cum
eo honore fungi impediretur, eius vice Leonardus Columbinus Senenſis, qui poſtea Neapoli
DCCC. aureorum ſtipendio veſpere profeſſus eſt, ſubrogatus fuit. Interea Coſmus Florentiæ
Princeps Marianum MD. aureorum ſalario Piſas conducere voluit. Rex quoque Luſitaniæ eum
Conimbricam ter millium aureorum annuo ſtipendio vocauit. Et Epidaurij, nunc Raguſij di- D
cti, duo millia aureorum ei obtulerunt, vt illorum Iura municipalia componeret. A Venetis
etiam, & Hercule II. Ferrariæ Principe amplo ſtipendio inuitatus, a Bononienſibus, quibus ſe
obſtrinxerat, diſcedere non potuit. Apud eos Camillam vxorem ſexageſimum tertium annum
agentem amiſit, qui cum ea annis 46. vixerat. Poſtea vxori aſſuetus, parùm continentèr vi-
xiſſe dicitur; vnde contracto morbo, non ſemel ægrotauit, ac demum dum præſentaneis remedijs
ſibi mederi conatur, potentium pharmacorum vi oppreſſus, ſeptuageſimo quarto ætatis anno de-
ceſſit. Germanorum ſtudioſorum humeris in D. Dominici Templum eſt elatus. Ex treſdecim
filijs, quos ſuſcepit, tantùm Celſus, & Philippus ſuperſtites fuere. Patauij Aſcanium duodecim
annorum puerum, qui ibi in D. Auguſtini Templo humatus eſt, & Alexandrum amiſit. Is
cum CCC. propoſitiones per quinque dies, primò Patauij, deinde in Patria per biduum magna
cum gloria ſuſtinuiſſet, anno MDXXX. ſub Philippo Decio Senis legum tyrocinium depoſuit, E
vbi cum M. Antonio Burgheſio Aduocato Conciſtoriali Inſtitutiones interpretatus, poſtea Pa-
tauij tertium ordinariæ Lectionis locum mane ſupra omnium expectationem ſuſtinuit: ſed ſub-
ortis cum Antagoniſtis factionibus, in Patriam reuerſus, veſpere Hieronymo Verio, & Marco
Antonio Bellarmato concurrens factus, ordinariam Lectionem explicuit. Demum noua Ma-
cerata Academia inſtituta, anno MDXL. quingentorum aureorum ſtipendio ibi profeſſus eſt.
Sed ſequenti anno concepto ex pila luſu frigore, VI. Kal. Maias deceſſit, defuncto Maceratenſes
vexillum dedicarunt. Cadauer in Patriam relatum, in maiorum ſepulchro conditum fuit.

Ex

A *Ex eo, & Agnete, ex Burgheſia Pandulfi Petruccij Senarum Principis nepte natus Fauſtus; præclari ingenij iuuenis parentum veſtigia ſecuturus eſſe ſperatur. Celſus alter Mariani filius* I.C. *primò in Patria Inſtitutiones, & Ius ciuile extra ordinem profeſſus, poſtea patris gratia Bononiæ cum centum aureorum annuorum ſtipendio Iuris Pontificij, deinde patre mortuo, Iuris ciuilis Interpres factus, in eo munere non perſeuerauit. Marianus mediocris ſtaturæ fuit. Materna lingua, & Muſica delectatus, quandoque etiam in aleæ luſu ſe detinuit. Vir fuit acutiſſimus, & acris iudicij, qui Fulgoſio, & Cumano, pluſquam cæteris Interpretibus tribuere conſueuerat. Verùm memoriæ infirmioris, vt ſæpe ex ſcripto docere cogeretur, & rarò ex tempore de iure reſpondere poſſet; minus liberalis a Conſulentibus habitus, quibuſcum de magna mercede paciſci voluiſſe dicitur. Ioannem Mariam a Monte, qui poſtea Iulius III. Pont. Max. fuit, & ſeptem, qui deinde Cardinales creati ſunt, Antoniumque Auguſtinum, & alios clariſſimos viros, & me omnium minimum diſcipulos habuit.*

B

Pag. 153. *verſic. 4. poſt verb. aſſumptus, adde.* Quintil. Mandoſ. in praxi Commiſſion. pag.7. *Et nouiſſimè Reuerendiſſimo Domino Ioanni Aldobrandino Viro grauiſſimo, ac integerrimo, ad Epiſcopatum, ſucceſſiuè ad Cardinalatus ſupremam Dignitatem promoto, in cuius locum ſuffectus fuit R. P. D. Hippolytus Aldobrandinus eiuſdem frater germanus, ætate iuuenis, moribus, doctrina, negocijs pertractandis, rerumque omnium experientia ſenex.*

Pag. 171. *verſ. 16. poſt &c. adde.* A Quintiliano Mandoſio in praxi Commiſſion. pagina 105. *Melius autem, plenius, & magis ad rem noſtram hanc materiam tractauit D. Octauianus Veſtrius peritiſſimus cauſarum Patronus.*

C Pag. 174. *verſ. 7. poſt verb. inferior, adde.* Mantica de tacit. & ambigu. in epiſtola nuncupatoria. *Neque etiam laudes Horatij fratris tui, Iuriſconſulti eximij, & Aduocati Conſiſtorialis excellentiſſimi, & Auditoris Cameræ Apoſtolicæ Reuerendiſſimi.*

Pag. 195. *verſ. 7. poſt verb. eruditionis, adde.* A Balthaſare Torino in apolog. ſtatut. Vrbis, in opere Fenzon. ad eadem ſtatut. inſert. pag. 394. *Doctiſſimus Gabriel.*

Pagin. 196. *verſ. 12. poſt verb. iur. adde.* In deciſion. Auximana fideicommiſſi, impreſſa poſt Fenzon. ad ſtatut. Vrbis deciſion. 102. pag. 116. legitur. *Hugaccinus Campanus, qui fuit primarius Profeſſor in Gymnaſio Romano, & Aulæ Conſiſtorialis Decanus.* Hinc notandum, quòd etſi imminuto Cini nomine dictus fuerit Campanus, Hugonis tamen, ſeu Vguccini in ſacro Regenerationis lauacro conſequutus fuerat.

D Pagin. 204. *verſ. 17. poſt verb. Aduocatus, adde.* Fenzon. in annot. ad Statut. Vrbis, cap. 92. pag. 553. de Lælio Biſcia loquens; *filio Bernardini, Aduocatorum ſui temporis facilè principis.*

Pag. 215. *verſ. vlt. poſt verb. Mæcenatis, adde.* A Fenzonio in annot. ad Statut. Vrbis cap. 92. pag. 553. *Conuenire profectò videtur hoc encomium Eminentiſſ. Viro Lælio Biſciæ, filio Bernardini Aduocatorum ſui temporis facilè principis; ille enim primæ vitæ officio Sedis Vrbanæ Aduocationem exercuit, poſtea Annonariam poteſtatem Vrbis æternæ rexit, atque demum alijs inſignibus muneribus in Vrbe ipſa præclarè defunctis, in ampliſſimum Purpuratorum Patrum Ordinem a Summo Pontifice Vrbano VIII. meritò cooptatus eſt.*

E

Pag. 277. *verſ. vlt. poſt verb. donaſſe, adde.* Nuperrimè verò Andreas Roſſottus Ciſtercienſium Diui Bernardi in Vrbe Ordini addictus, libris editis apud eruditos haud ignotus, in poſtremo, quem euulgauit, ingenij fœtu *Peripetie della Corte, libro ſecondo*, Eminentiſſ. ac Reuerendiſſ. Carolo S. R. E. Card. Gualterio inſcripto, tum ipſius, tum Gualteriæ Familiæ præconia contexuit, indicans, Gualterium quendam Germanum quinque ab hinc ſæculis in Vrbeuetanam Ciuitatem demigraſſe, ibique domicilium conſtituiſſe:

perlege, ſi placet, copioſè etenim, ac elegantèr, more ſuo, Vir literatus calamum tractauit. A

Pag.284.verſ.26.poſt verbum, antico, adde. Hoc denique de Collega eximio non omittendum, quòd dum ab ipſo nouiſſimè elaboratum Opus, cui titulus *De Mandatis Principum, ſeu De Officio eorum, qui in Prouincias cum imperio mittuntur*, è Romanis oris ad Amſterodami littora ſecunda velificabat aura, vt ibi typis euulgandum, promeritam Auctori gloriam pareret, Summo Pontifice Alexandro Septimo mandante, menſe Octobris 1656. Vizzanius ipſe ad ſacræ Romanæ Inquiſitionis Aſſeſſoratus Officium, cum retentione Aduocationis Conſiſtorialis, vice Franciſci Mariæ Baranzonij multiplici virtutum genere illuſtris, Gubernio Vrbis inſigniti, literatorum, Aulæque plauſu, miſſus fuit.

B

L A V S D E O.

INDEX

INDEX
Nominum Aduocatorum Conſiſtorialium in hoc Syllabo deſcriptorum.

ACHilles de Graſſis Bononienſis. 129.
Achilles Maffæus Romanus. 128.
Albericus de Roſate Bergomenſis. 12. & 294.
Alexander Ferreus Vrſinus Romanus. 135.
Alexander Litta Mediolanenſis. 197.
Alexander Oliua Aquilanus. 148.
Alexander Paleottus Bononienſis. 106.
Aloyſius Guicciardinus Florentinus. 238
Aloyſius Terzagus Mediolanenſis. 183.
Alphonſus Recenatus Neapolitanus. 80.
Andreas Bencius Senenſis. 53.
Andreas Cianus Senenſis. 143.
Andreas de Gandolfis . . . . . 9.
Andreas de Sancta Cruce Romanus. 35.
Angelus . . . . . de Vrbe. 9.
Angelus de Boncianis Florentinus. 34.
Angelus Cæſius ſenior Romanus. 70.
Angelus Cæſius iunior Romanus. 149.
Angelus . . . . . de Caſtro. 48. & 302.
Angelus Perillius Peruſinus. 298.
Angelus de Vbaldis Peruſinus. 57. & 305.
Annibal Sanguineus Romanus. 143.
Anſelmus Bitontus . . . . . 80.
Anſelmus Botius Mediolanenſis. 19.
Antimus Marcheſanus Tiphernas. 148.
Antonius . . . . . 109.
Antonius de Caſarellis Romanus. 35.
Antonius Cerrus Papienſis. 257.
Antonius Gabrielius Romanus. 113. & 300.
Antonius de Gratianis . . . . . 46.
Antonius de Leonibus . . . . . 81.
Antonius Montecatinus Ferrarienſis. 264.
Antonius Roſellus Aretinus. 33. & 299.
Antonius Vellius Romanus. 143.
Antonius Venectinus Romanus. 24.
Archangelus Patritius Senenſis. 129.
Ardicinus de Porta Nouarienſis. 26.
Auguſtinus Bonfranciſcus Ariminenſis. 41.
Auguſtinus de Lante Piſanus. 21.

BAldus de Bartolinis Peruſinus. 55. & 304.
Balionus de Balionibus Peruſinus. 59.
Balionus Monteuibianus Peruſinus. 92. & 308.
Bartholomæus Cæpolla Veronenſis. 46. & 301.
Bartholomæus Capra Mediolanenſis. 278.
Bartholomæus Forteguerra Lucenſis. 16.
Bartholomæus . . . . de Nouaria. 18.
Bartholomæus Socinus Senenſis. 50. & 302.
Benedictus Caietanus Anagninus. 1.
Bernardinus Biſcia Romanus. 204. & 313.
Bernardinus Bonioannes Romanus. 242.
Bernardinus Scottus Mediolanenſis. 207.
Bernardinus Theophilus Romanus. 242.
Bernardus de Sanctis Reatinus. 104.
Bonifacius de Amantis . . . . 15.
Bonifacius de Bozijs . . . . 17.
Bonifacius de Vitalinis . . . . 11.
Bonſignor Finettus Senenſis. 155.
Brunus . . . . de Bononia. 34.
Burgundius Leolus Piſanus. 79.
Burgundius Leolus de Griphis Piſanus. 130.

Caeſar Marſilius Bononienſis. 186.
Camillus Aſtallius Romanus. 278
Camillus de Balionibus Peruſinus. 101. & 309.
Camillus Burgheſius Romanus. 168.
Carolus Baldaſſinus Neapolitanus. 136.
Carolus Cartharius Vrbeuetanus. 271.
Carolus Cerrus Romanus. 269.
Carolus Gualterius Vrbeuetanus. 276. & 313.
Carolus Montecatinus Ferrarienſis. 274.
Carolus Emmanuel Vizzanius Bononienſis. 282. & 314.
Cataldinus de Boncompagnis de Viſſo. 85. & 308.
Cenninus Cenninius Senenſis. 90.
Cinus Campanus Auximanus. 195. & 313.
Cola Magni de Anagnia. 23.
Comes Archidiaconus Mediolanenſis. 8. & 289.
Coronatus Planca .... 54.
Coronatus Planca de Coronatis Romanus. 201.

Diomedes Vareſius Romanus. 243.
Dionyſius Monza, aliàs de Vincentia ..... 105.
Dominicus Cecchinus Romanus. 250.
Dominicus de Iacobatijs Romanus. 60.
Dominicus Salomonius de Albertiſchis Romanus. 291.
Dominicus ..... de Viterbio. 20.

Euſebius de Euſebijs Reatinus. 285.

Fabianus de Monte è Monte S. Sabini. 77. & 307.
Fabius Accorambonus Eugubinus. 126. & 310.
Fabius Mignanellus Senenſis. 121. & 310.
Fabritius Gabrielius Romanus. 144.
Fabritius Lazzarus Dertonenſis. 166.
Fauſtus Caffarellus Romanus. 246.
Flaminius Platus Mediolanenſis. 189.
Franciſcus Boſſius Mediolanenſis. 154.
Franciſcus Cultellus Bononienſis. 256.
Franciſcus Ferrettus Anconitanus. 269.
Franciſcus Gerona ..... 86.
Franciſcus Gluſſianus Mediolanenſis. 287
Franciſcus ..... Patauinus. 58.
Franciſcus Maria Plotus Nouarienſis. 86.
Franciſcus de Vbaldis Peruſinus. 22. & 296.

Galeatius .... 119.
Galeottus Ferracciolus ..... 101.
Garſias ..... de Hiſpania. 45.
Gaſpar Argolus de Talleacotio. 120.
Geneſius de la Porta .... 31.
Georgius Tomaſius Senenſis. 38.
Gratiolus Accariſius Bononienſis. 25.
Guilielmus de Maſculis Ariminenſis. 27.
Guillelmus Ritius Auenionenſis. 65.

Hector de Fliſco Ianuenſis. 58.
Hieronymus de Bobus Bononienſis. 182.
Hieronymus Gabrielius Eugubinus. 194. & 313.
Hieronymus de Iuſtinis de Caſtello. 119.
Hieronymus Maggiolinus Mediolanenſis. 157.
Hieronymus Meltius Mediolanenſis. 251.
Hieronymus de Rubeis Romanus. 216.
Hippolytus Aldobrandinus Florentinus. 159.
Honuphrius Camaianus Aretinus. 147.
Horatius Arigonus Romanus. 181.
Horatius Burgheſius Romanus. 173. & 313.
Hormanutius de Detis Florentinus. 94.

Iacobus Bouius Bononienſis. 105.
Iacobus de Cutieis Mediolanenſis. 16.
Iacobus de Nigris Bononienſis. 96.
Iacobus ..... de Sena. 16.

Iacobus

Iacobus Simonetta Mediolanenſis . 90.
Iacobus Gregorius de Rubeis Romanus. 292.
Ioachinus . . . . de Narnia . 39.
Ioannes Aldobrandinus Florentinus. 151 & 313.
Ioannes de Armone . . . . . 15.
Ioannes Baldaſſinus Neapolitanus. 109.
Ioannes de Baroncellis Romanus. 36.
Ioannes Beninus Florentinus . 222.
Ioannes Bertachinus Firmanus . 42. & 300.
Ioannes Campeglus Bononienſis. 66. & 305.
Ioannes de Emilijs Brixianus . 23.
Ioannes Gozadinus . . . . . 45.
Ioannes . . . . . de Ianua . 16.
Ioannes . . . . . de Monte Politiano. 21
Ioannes . . . . . de Tiburt . 37.
Ioannes Tomaſius Senenſis . 27.
Ioannes Aloyſius de Aragonia Romanus. 112.
Ioannes Aloyſius Tuſcanus Mediolanenſis . 49.
Ioannes Andreas Calderinus Bononienſis 281.
Ioannes Andreas Fata de Corinalto. 112.
Ioannes Baptiſta Aſtallius Romanus. 158
Ioannes Baptiſta de Brendis Romanus. 41
Ioannes Baptiſta Caccialupus de S. Seuerino . 69. & 307.
Ioannes Baptiſta Caſulanus Senenſis . 94.
Ioannes Baptiſta Ferrettus Vicentinus. 127.
Ioannes Baptiſta Fliſcus Ritius Albiganenſis . 154.
Ioannes Baptiſta Millinus Romanus. 245
Ioannes Baptiſta Pamphilius Romanus. 224.
Ioannes Baptiſta Paulinus . . . . . 93.
Ioannes Baptiſta Raynoldus Mediolanenſis . 274.
Ioannes Baptiſta Spada ſenior Lucenſis. 211.
Ioannes Baptiſta Spada iunior Lucenſis. 246.
Ioannes Bartholomæus de Doſſis Papienſis . 86.
Ioannes Bernardinus Scotus Sabinus ; de Malliano . 108.
Ioannes Camillus Maſcambrunus Beneuentanus. 268.
Ioánnes Franciſcus Burla . . . . . 118.
Ioannes Garſia Millinus Romanus . 197.
Ioannes Maria Vermigliolus Peruſinus. 279.
Ioannes Romeus Barbatius Bononienſis. 185.
Ioſeph Bayla Pedemontanus de Monte Regali . 258.
Ioſeph Hortentius de Rubeis Romanus. 275.
Iulianus de Iulianis Peruſinus . 20.
Iulius de Albertiſchis Romanus . 93.
Iulius Benignus Romanus . 218.
Iulius Cincius Romanus . 251.
Iulius Donatus Romanus . 270.
Iulius Pheus Hortanus . 223.
Iulius Roma Mediolanenſis . 244.
Iulius Stephanellus . . . . . 104.
Iulius Cęſar Fagnanus de Cæſarinis ex Ciuitate S. Angeli in Vado . 290.
Iuo Coppolus Peruſinus . 28. & 296.
Iuſtinus Caroſius Veliternus . 78.
Iuſtinus de Planca Romanus . 30.

LAelius Biſcia Romanus. 215. & 313
Lælius de Valle Romanus . 40.
Lancelotus Politus Senenſis, deinde Ambroſius Catarinus . 98. & 109.
Lapus . . . . de Caſtiglionchio. 12. & 295.
Laudiuius Zachias Iannenſis . 223.
Laurentius de Caſarellis . 78.
Laurentius Campeggius Bononienſis. 179
Laurentius de Lilijs Senenſis . 38.
Laurentius Pheus Romanus . 245.
Ludouicus de Albertonibus Romanus. 60.

Ludoui-

Ludouicus Bologninus Bononienſis. 82. & 307.
Ludouicus de Graſſis Bononienſis. 32.
Ludouicus Petruecianus Interamnenſis. 38.
Ludouicus Pontanus Romanus. 29. & 296.

MArcus Antonius Bizzonius Romanus. 167.
Marcus Antonius Burattus Romanus. 275.
Marcus Antonius Burgheſius Senenſis. 131. & 311.
Marcus Antonius Maffæus Romanus. 138.
Marianus Socinus ſenior Senenſis. 42. & 300.
Marianus Socinus iunior Senenſis. 144. & 311.
Marius Gabrielius Romanus. 153.
Marius Salomonius de Albertiſchis Romanus. 110. & 309.
Matthæus . . . . . de Piſis. 18.
Melchior Baldaſſinus Neapolitanus. 101.
Monaldus de Paradiſis Interamnenſis. 54.
Mutius Vellius Romanus. 201.

NIcolaus de Angelis Bargæus. 205.
Nicolaus Benuecius Senenſis. 24.
Nicolaus Bufalinus Tiphernas. 53.
N. de Caluis . . . . . 17.
Nicolaus Hæremitanus Bononienſis. 130
Nicolaus de Lapis Bononienſis. 34.
Nicolaus Seuerolus Fauentinus. 279.
Nicolaus de Vbaldis Peruſinus. 39. & 300
Nicolaus Zambeccarius Bononienſis. 238

OCtauianus de Martinis Sueſſanus. 56.
Octauianus Veſtrius Barbianus Imolenſis 171. & 313.
Oldradus de Ponte Laudenſis. 10. & 293.
Orlandus de Bernardis . . . . . 37.

PAepo . . . . . de Senis. 9.
Paulus Bandinus Senenſis. 47.
Paulus Coperchius Sabinus, de Colle Veteri. 214.
Paulus de Planca Romanus. 62.
Paulus . . . . . de Tuſcanella. 41.
Paulus Pontanus Romanus. 41.
Paulus de Venetinis Romanus. 39.
Petrus Aldobrandinus ſenior Florentinus. 153.
Petrus Aldobrandinus iunior Romanus. 184.
Petrus de Garſis, ſiue Vbaldinus. 15.
Petrus Guicciardinus Florentinus. 97.
Petrus . . . . . de Piſis. 16.
Petrus de Sancta Cruce . . . . . 15.
Petrus de Vbaldis Peruſinus. 17. & 295.
Petrus Franciſcus Gypſius Bononienſis. 185.
Petrus Franciſcus Robbius Ianuenſis. 124
Petrus Franciſcus de Rubeis Romanus. 11. & 248.
Petrus Laurentius de Lu tis Senenſis. 44.
Petrus Paulus de Iuſtinis de Caſtello. 148
Petrus Paulus Martinus de Riccijs Senenſis. 112.
Petrus Paulus Sanguineus Romanus. 129
Pompeius Arigonus Romanus. 191.
Pompilius de Sancta Cruce Romanus. 121.
Porrina . . . . . de Caſulis. 10.
Proſper de Sancta Cruce Romanus. 125. & 310.

RIcardus . . . . . Cardenſis. 28.
Ricchus de Riechis Senenſis. 60.
Rolandinus de Romantijs Bononienſis. 8. & 293.
Rutilius Alterius Romanus. 202.

SAnctes de Viuianis . . . . . 22.
Scipio Lancellottus Rom. 136. & 311.
Seraphi-

Seraphinus . . . . . de Sutrio . 41.
Seraphinus . . . . . Vrbinatenſis . 44.
Sertorius Theophilus Romanus . 213.
Sigiſmundus Dondolus Piſtorienſis . 119. & 310.
Sigiſmundus de Vbaldis Peruſinus . 300.
Sigiſmundus Zannettinus Bononienſis . 184.
Simon Columbi . . . . . 15.
Syluester Aldobrandinus Florentinus . 138. & 311.
Symeon . . . . . de Peruſio . 20. Forſan de Quatropanibus . 21.

TArquinius de Sancta Cruce Romanus . 105.
Thomas Lapius Florentinus . 214.
Tiberius Ceraſius Romanus . 202.

VAleſius . . . . 46.
Veſpaſianus Cęſius Romanus . 120
Vincentius Baldinacius Eugubinus . 194.
Vincentius de Herculanis Peruſinus . 94. & 308.
Vincentius de Monte è Monte S. Sabini . 86.
Vincentius Paleottus Bononienſis . 98.
Vincentius Parentius Lucenſis . 180.
Viuianus de Viuianis . . . . . 41.
Vlyſſes Bouius Bononienſis . 183.

ZEnobius de Guaſconibus Florentinus . 45.

INDEX

Cognominum Aduocatorum Conſiſtorialium de quibus in hoc opere habetur mentio.

ACcariſius . Gratiolus . 25.
Accorambonus . Fabius . 126. & 310.
Albertiſchus . Iulius . 93.
Albertonius . Ludouicus . 60.
Aldobrandinus . Syluester . 138. & 311.
Ioannes . 151. & 313.
Petrus ſenior . 153.
Hippolytus . 159.
Petrus iunior . 184.
Alterius . Rutilius . 202.
De Amantis . Bonifacius . 15.
Angelius . Nicolaus . 205.
De Aragonia . Ioannes Aloyſius . 112.
Archidiaconus . Comes . 8.
Argolus . Gaſpar . 120.
Arigonus . Horatius . 181.
Pompeius . 191.
De Armone . Ioannes . 15.
Aſtallius . Ioannes Baptiſta . 158.
Camillus . 278.

BAyla . Ioſeph . 258.
Baldaſſinus . Melchior . 101.
Ioannes . 109.
Carolus . 136.
Baldinacius . Vincentius . 194.
De Balionibus . Balionus . 59.
Camillus . 101. & 309.
Bandinus . Paulus . 47.
Barbatius . Ioannes Romeus . 185.
De Baroncellis . Ioannes . 30.
De Bartolinis . Baldus . 55. & 304.
Bencius . Andreas . 53.
Benignus . Iulius . 218.
Beninus . Ioannes . 222.
Benuccius . Nicolaus . 24.
De Bernardis . Orlandus . 37.
Bertachi-

Bertachinus . Ioannes . 42. & 300.
Biſcia . Bernardinus . 204. & 313.
Lælius . 215. & 313.
Bitonrus . Anſelmus . 80.
Bizzonus . Marcus Antonius . 167.
De Bobus . Hieronymus . 182.
Bologninus . Ludouicus . 82. & 307.
De Boncianis . Angelus . 34.
De Boncompagnis . Cataldinus . 85. & 308.
Bonfranciſcus . Auguſtinus . 41.
Bonioannes . Bernardinus . 242.
Boſſius . Franciſcus . 154.
Botius . Anſelmus . 19.
Bouius . Iacobus . 105.
Vlyſſes . 183.
De Bozijs . Bonifacius . 17.
De Brendis . Ioannes Baptiſta . 41.
Bufalinus . Nicolaus . 53.
Burattus . Marcus Antonius . 275.
Burgheſius . Marcus Antonius . 131. & 311.
Camillus . 168.
Horatius . 173. & 313.
Burla . Ioannes Franciſcus . 118.

CAccialupus . Ioannes Baptiſta . 69. & 307.
Cæpolla . Bartholomæus . 46. & 301.
Cæſius . Angelus ſenior . 70.
Veſpaſianus . 120.
Angelus iunior . 149.
Cafarellus . Antonius . 35.
Laurentius . 78.
Fauſtus . 246.
Caietanus . Benedictus . 1.
Calderinus . Ioannes Andreas . 281.
De Caluis . N. 17.
Camaianus . Honuphrius . 147.
Campanus . Cinus . 195. & 313.
Campegius . Ioannes . 66. & 305.
Laurentius . 179.
Capra . Bartholomæus . 278.
Caroſius . Iuſtinus . 78.
Cartharius . Carolus . 271.
Caſulanus . Ioannes Baptiſta . 94.
Cecchinus . Dominicus . 250.
Cenninus . Cenninus . 90.
Ceraſius . Tiberius . 202.
Cerrus . Antonius . 257.
Carolus . 269.
Cianus Andreas . 143.
Cincius . Iulius . 251.
Coperchius . Paulus . 214.
Coppolus . Iuo . 28. & 296.
De Coronatis . Coronatus . 201.
Cultellus . Franciſcus . 256.
De Cuticis . Iacobus . 16.

DE Dctis . Hormanutius . 94.
Donatus . Iulius . 270.
Dordolus . Sigiſmundus . 119. & 310.
De Doſſis . Ioannes Bartholomæus . 86.

EMilius . Ioannes . 23.
De Euſebijs . Euſebius . 285.

FAgnanus . Iulius Cæſar . 290.
Fata . Ioannes Andreas . 112.
Ferracciolus . Galeottus . 101.
Ferrettus . Ioannes Baptiſta . 127.
Franciſcus . 269.
Ferreus Vrſinus . Alexander . 135.
Finettus . Bonſignor . 135.
De Fliſco . Hector . 58.
Ioannes Baptiſta . 154.
Forteguerra . Bartholomæus . 16.

GAbrielius . Antonius . 113. & 310
Fabritius . 144.
Marius . 153.
Hieronymus . 194. & 313
De Gandolfis . Andreas . 9.
De Garſis . Petrus . 15.
Gerona . Franciſcus . 86.
Gypſius . Petrus Franciſcus . 185.
Gluſſianus . Franciſcus . 287.
Gozadinus . Ioannes . 45.

De

De Graſſis. Ludouicus. 32.
Achilles. 129.
De Gratianis. Antonius. 46.
Gualterius. Carolus. 276. & 313.
De Guaſconibus. Zenobius. 45.
Guicciardinus. Petrus. 97.
Aloyſius. 238.

HErculanus. Vincentius. 94. & 308
Hæremitanus Nicolaus. 130.

IAcobatius. Dominicus. 60.
De Iulianis. Iulianus. 20.
De Iuſtinis. Hieronymus. 119.
Petrus Paulus. 148.

LAncellottus. Scipio. 136. & 311.
De Lante. Auguſtinus. 21.
De Lapis. Nicolaus. 34.
Lapius. Thomas. 214.
Lazzarus. Fabritius. 166.
Leolus. Burgundius. 79.
Burgundius de Griphis. 130.
De Leonibus. Antonius. 81.
De Lilijs. Laurentius. 38.
Litta. Alexander. 197.
De Lutis. Petrus Laurentius. 44.

MAffæus. Achilles. 128.
Marcus Antonius. 138.
Maggiolinus. Hieronymus. 157.
Marcheſanus. Antimus. 148.
Marſilius. Cæſar. 186.
De Martinis. Octauianus. 56.
Petrus Paulus. 112.
Maſcambrunus. Ioannes Camillus. 268.
De Maſculis. Guilielmus. 27.
Meltius. Hieronymus. 251.
Mignanellus. Fabius. 121. & 310.
Millinus. Ioannes Garſia. 197.
Ioannes Baptiſta. 245.
De Monte. Fabianus. 77. & 307.
Vincentius. 86.
Montecatinus. Antonius. 264.
Carolus. 274.
Monteuibianus. Balionus. 92. & 308.
Monza, aliàs de Vincentia. Dionyſius. 105.

NIGER, ſeu de Nigris. Iacobus. 96.

OLiua. Alexander. 148.

PAleottus. Vincentius. 98.
Alexander. 106.
Pamphilius. Ioannes Baptiſta. 224.
De Paradiſis. Monaldus. 54.
Parentius. Vincentius. 180.
Patritius. Archangelus. 129.
Paulinus. Ioannes Baptiſta. 93.
Perillius. Angelus. 298.
Petruccianus. Ludouicus. 38.
Pheus. Iulius. 223.
Laurentius. 245.
De Planca. Iuſtinus. 30.
Coronatus ſenior. 54.
Paulus. 62.
Coronatus iunior. 201.
Platus. Flaminius. 189.
Plotus. Franciſcus Maria. 86.
Politus. Lancelotus. 98. & 309.
Pontanus. Ludouicus. 29. & 296.
Paulus 41.
De Ponte. Oldradus. 10. & 293.
De Porta. Ardicinus. 26.
Geneſius. 31.

QVatropanius. Simeon. 20. 21.

RAynoldus. Ioannes Baptiſta. 274.
Recenatus. Alphonſus. 80.
De Ricchis. Ricchus. 60.
Ritius. Guillelmus. 65.
Robbius. Petrus Franciſcus. 124.
Roma. Iulius. 224.

S De

De Romantijs. Rolandinus. 8. & 293.
De Roſato. Albericus, 12. & 294.
Roſellus. Antonius, 33. & 299.
De Rubeis, Hieronymus, 216.
Petrus Franciſcus. 11. & 248.
Ioſeph Hortentius, 275.
Iacobus Gregorius, 292.

Salomonius. Marius. 110. & 309.
Dominicus. 291.
Sanguineus. Petrus Paulus, 129.
Annibal. 143.
De Sancta Cruce. Petrus. 15.
Andreas. 35.
Tarquinius. 105.
Pompilius. 121.
Proſper. 125. & 310.
De Sanctis. Bernardus. 104.
Scotus. Ioannes Bernardinus. 108.
Scottus. Bernardinus. 207.
Seuerolus. Nicolaus. 279.
Simonetta. Iacobus. 90.
Socinus. Marianus ſenior. 42. & 300.
Bartholomæus. 50. & 302.
Marianus iunior. 144. & 311.
Spada. Ioannes Baptiſta ſenior. 211.
Ioannes Baptiſta iunior. 246.
Stephanellus. Iulius. 104.

Terzagus. Aloyſius. 183.
Theophilus. Sertorius. 213.
Bernardinus. 242.

Tomaſius. Ioannes. 27.
Georgius. 38.
Tuſcanus. Ioannes Aloyſius. 49.

Vallenſis, ſiue de Valle. Lælius. 40.
Vareſius. Diomedes, 243.
Vbaldinus. Petrus. 15.
De Vbaldis. Petrus. 17. & 295.
Franciſcus. 22. & 296.
Nicolaus. 29. & 300.
Angelus. 57. & 305.
Sigiſmundus. 300.
Vellius. Antonius. 143.
Mutius. 201.
Venectinus. Antonius. 24.
Paulus. 39.
Vermigliolus. Ioannes Maria. 279.
Veſtrius Barbianus. Octauianus. 171. & 313.
Vibius. Balionus. 92. & 308.
De Vincentia, ſeu Monza. Dionyſius. 105.
De Vitalinis. Bonifacius. 11.
De Viuianis. Sanctes. 22.
Viuianus. 41.
Vizzanius. Carolus Emmanuel. 282. & 314.

Zachias. Laudiuius. 223.
Zambecarius. Nicolaus. 238.
Zannettinus. Sigiſmundus. 184.

INDEX

INDEX

ADVOCATORVM CONSISTORIALIVM

Qui ad ſublimiores Eccleſiæ Dignitates euecti fuere.

Summi Pontifices.

Bonifacius Octauus. 1.
Clemens Octauus. 159.
Paulus Quintus. 168.
Innocentius Decimus. 224.

Cardinales S.R.E.

Benedictus Caietanus. 1.
Ardicinus de Porta. 26.
Dominicus Iacobatius. 60.
Iacobus Simonetta. 90.
Ioannes Bernardinus Scotus. 108.
Fabius Mignanellus. 131.
Proſper Sanctacrucius. 125.
Scipio Lancellottus. 136.
Marcus Antonius Maffæus. 138.
Ioannes Aldobrandinus. 151.
Hippolytus Aldobrandinus. 159.
Camillus Burgheſius. 168.
Petrus Aldobrandinus. 184.
Flaminius Platus. 189.
Pompeius Arigonus. 191.
Ioannes Garſia Millinus. 197.
Lælius Biſcia. 215.
Laudiuius Zacchias. 223.
Ioannes Baptiſta Pamphilius. 224.
Iulius Roma. 244.
Dominicus Cecchinus. 250.
Camillus Aſtallius. 278.
Ioannes Baptiſta Spada. 246.
Carolus Gualterius. 276.
Viuianus, & Comes Archidiaconus; an autem iſti inter ſacri Conſiſtorij Aduocatos cooptati fuerint, vide de illo, pag. 6. 7. & 27. de altero, pag. 8. & 289.

Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi.

Ludouicus de Graſſis. 34.
Dominicus Iacobatius. 60.
Bernardus de Sanctis. 194.
Ioannes Bernardinus Scotus. 108.
Fabius Mignanellus. 131.
Achilles de Graſſis. 129.
Antimus Marcheſanus. 148.
Angelus Cæſius. 149.
Ioannes Aldobrandinus. 151.
Franciſcus Boſſius. 154.
Marcus Antonius Bizzonius. 167.
Camillus Burgheſius. 168.
Laurentius Campeggius. 179.
Hieronymus de Bobus. 182.
Sigiſmundus Zannettinus. 184.
Pompeius Arigonus. 191.
Ioannes Garſia Millinus. 197.
Thomas Lapius. 214.
Iulius Benignus. 218.
Ioannes Beninus. 222.
Laudiuius Zacchias. 223.
Ioannes Baptiſta Pamphilius. 224.
Iulius Roma. 244.
Laurentius Pheus. 245.
Fauſtus Caſarellus. 246.
Ioannes Baptiſta Spada. 246.
Antonius Montecatinus. 264.
Ioannes Baptiſta Raynoldus. 274.
Carolus Gualterius. 276.

Prothonotarij.

Benedictus Caietanus. 1.
Bonifacius de Vitalinis. 11.
Ludouicus Pontanus. 29.
Nicolaus de Hæremitanis. 130.
Honuphrius Camaianus. 147.

S 2 Franciſ-

Franciſcus Boſſius. 154.
Petrus Aldobrandinus. 184.
Ioannes Romeus Barbatius. 185.

Auditores Rotæ.

OLdradus de Ponte. 10.
Bonifacius de Vitalinis. 11.
Ioannes de Emilijs. 23.
Ludouicus Pontanus. 29.
Ioannes de Baroncellis. 30.
Ludouicus Petruccianus. 38.
Nicolaus de Vbaldis. 39.
Paulus de Tuſcanella. 41.
Dominicus Iacobatius. 60.
Iacobus Simonetta. 90.
Iacobus de Nigris. 96.
Camillus de Balionibus. 101.
Proſper Sanctacrucius. 125.
Fabius Accorambonus. 126.
Achilles de Graſſis. 129.
Scipio Lancellottus. 136.
Ioannes Aldobrandinus. 184.
Bonſignor Finettus. 155.
Hippolytus Aldobrandinus. 159.
Ioannes Romeus Barbatius. 185.
Petrus Franciſcus Gypſius. 185.
Flaminius Platus. 189.
Pompeius Arigonus. 191.
Alexander Litta. 197.
Ioannes Garſia Millinus. 197.
Bernardinus Scottus. 207.
Ioannes Baptiſta Pamphilius. 224.
Dominicus Cecchinus. 250.
Hieronymus Meltius. 251.
Carolus Cerrus. 269.

Camerales, ſeruata temporum ſerie.

ARdicinus de Porta. Clericus Cameræ. 26.
Ludouicus de Graſſis. Clericus Cameræ. 32.
Ioannes Aloyſius Tuſcanus. Auditor Cameræ. 49.
Angelus Cæſius. Clericus Cameræ. 149.
Camillus Burgheſius. Auditor Cameræ. 168.
Horatius Burgheſius. Auditor Cameræ. 173.
Tiberius Ceraſius. Theſaurarius. 202.
Lælius Biſcia. Clericus Cameræ. 215.
Ioannes Beninus. Clericus Cameræ. 222.
Camillus Aſtallius. Clericus Cameræ. 278.

INDEX

INDEX
RERVM SELECTARVM.

Aduocati.

Aduocati recipiebant Presbyteria a Romano Pontifice in die Coronatianis ipſius. 117. *& ſeq.*

Aduocati recipiebant ab Imperatore Presbyteria in die Coronationis eiuſdem. 117.

Aduocati nonnulli indicantur, forſan inter Conſiſtoriales adſcribendi. 6. *&* 7.

Aduocati Conſiſtoriales.

Aduocati Conſiſtoriales quare ſic dicti. 7. *c.* 13. *b. c.*

Aduocati Conſiſtoriales aliquando dicti Romanæ Curiæ Aduocati. 9. *a. c. e.* 12. *c.* 16. *c.* 19. *c.* 294. *d.* 307. *b. ead. pag.* 307. *c.*

Aduocati Conſiſtoriales aliquando inſcribebantur Aduocati ſacri Lateranenſis Palatij. 106. *c. & quare. ibid.*

Aduocati Conſiſtoriales nuncupantur Defenſores a Sixto V. 195. *e.*

Aduocati Conſiſtoriales a Summis Pontificibus Magiſtri nuncupati. 22. *d.* 62. *d.* 72. *a* 218. *d.*

Aduocatorum Conſiſtorialium numerus olim denarius, ſecundùm Alciatum. 13. *b. c.*

Ex Conſtitutione Sixti IV. enunciata in Conſtitutione Innocentij VIII. 62. *e.*

Et ex Guido Panzirolo, ac Veſtrio. 293. *c.*

Deinde ab eodem Sixto IV. ad numerum duodenarium ampliatus. 62. *e.*

Aduocatorum Conſiſtorialium quinque poſtremi vocantur ſupra numerum. 151. *d.*

Aduocatorum Conſiſtorialium filij antiquitus præuia tantùm genitoris nominatione, & Collegarum accedente conſenſu, inter ipſos Aduocatos coopiabantur. 151. *& alibi, vbi de filijs Aduocatorum agitur.*

Aduocatorum Conſiſtorialium filij ſunt admittendi inter eoſdem Aduocatos, genitore adhuc ſuperſtite, etiamſi locus nullus ſit vacans de numero duodenario. 63. *a. Afferuntur exempla.* 86. *c.* 143. *a.* 144. *a.* 151. *per tot.* 153. *b. c. e.* 168. *c.* 173. *a.* 242. *e.* 245. *c.* 269. *e.* 275. *b.* 292. *c.*

Aduocatorum Conſiſtorialium filij in dictum Collegium admiſſi, dicuntur ſupra numerum, vococarent, & emolumentis, vſquequo genitor viuat. 63. *b.*

Aduocatorum Conſiſtorialium filij, & Romani Ciues, occurrente vacatione, alijs ad idem munus concurrentibus ſunt præferendi. 62. *e.* 63. *a.* 143. *b.*

Aduocati Conſiſtoriales antiquatis temporibus in publicis Conſiſtorijs Commiſſiones proponebant. 7. *d. e. vbi vetuſtioris æui formula recenſentur.* 8. *a. & alibi ſæpiſſimè. Vide caſus notatu dignos.* 86. *c. d.*

Deinde caſus fictitios enarrabant. 252. *& pagg. ſeqq.*

Formula inſeritur. ibid.

Et quare fabuloſa illa enarratio haberetur? 254. *&* 255.

Denique ab Vrbano VIII. geſta Seruorum Dei recenſere ſunt iuſſi, & in hoc ſtylo perſeuerant. 252. *& alibi ſæpiſſimè.*

Aduocati Conſiſtoriales duo debent ex Pontificis decreto eſſe parati ad proponendum in publico Conſiſtorio. 128. *a.*

Aduocati Conſiſtoriales orant in Conſiſtorio, ibiq. inſtant apud Summum Pontificē pro Beatis publica Sanctitate donandis. Afferuntur exempla pro B. Bonanctura Balneoregienſi. 56. *c. B. Leopoldo cognomento Pio.* 58. *a. B. Franciſco de Paula.* 70. *c. B. Bennone Epiſcopo Miſnenſi.* 94. *a. B. Antonino Archiepiſcopo Florentino.* 101. *d. B. Ludouico Bertrando Valentino.* 173. *b. & formula annectitur. d. pag. B. Didaco Complutenſi.* 191. *a. B. Hiacyntho Polono.* 195. *e. B. Raymundo de Peniafort Barcinonenſi.* 207. *d. & ſeqq. vbi de ordine Proceſſionis (vt vocant) & de inſtantia habita ab Aduocato. B. Carolo Borromæo.* 207. *d. &* 208. *vbi habetur formula inſtantiæ. item* 244. *c. B. Franciſca Romana.* 216. *c. B. Ignatio Loyola.* 238. *e. B. Franciſco Xauerio.* 238. *e. B. Thereſia.* 245. *e. B. Iſidoro Agricola.* 246. *c. B. Philippo Nerio.* 246. *e. B. Eliſabetha Luſitanorum Regina.* 246. *a. B. Andrea Corſino.* 265. *d.*

Aduocati Conſiſtoriales controuerſiam geſſerunt cum Oratoribus Mediolanenſibus, qui in Conſiſtorio inſtare contendebant pro Canonizatione B. Caroli Borromæi. 207. *e. Tandem Aduocati obtinuerunt.* 208. *a. Et adducitur ſimile exemplum de inſtantia pro B. Betrando Valentino. ibid.*

Aduocati Conſiſtoriales inſtant in Conſiſtorio pro

dimiſſione Cardinalitiæ Dignitatis. Exempla *hæc afferuntur*. *Pro Ferdinando Mediceo inſtitit Cæſar Marſilius*. 186. *& ſeqq. vbi formula inſtantiæ*. *Pro Alberto Auſtriaco Archiduce Auſtriæ Bernardinus Scottus*. 207. *c*. *Pro Ferdinando Gonzaga Nicolaus Zambeccarius*. 238. *& ſeqq. vbi inſtantiæ, literarum, & procura tenor inſeritur*. *Pro Mauritio a Sabaudia Ioſeph Bayla*. 259. *& ſeqq. vbi tenor inſtantiæ, literarum, & procura*. *Pro Camillo Pamphilio Iulius Cincius*. 252. *a. vbi formula inſtantiæ*. *Pro Ioanne Caſimiro de Polonia Carolus Cartharius*. 271. *d*.

Aduocati Conſiſtoriales inſtant in ſecreto Conſiſtorio pro traditione Pallij. 104. *a. & alibi ſæpius*.

Aduocatus Conſiſtorialis in Conſiſtorijs cū Aduocato Regis Angliæ circa controuerſiam diſſolutionis matrimonij contendit. 112. *c. vide* 111. *d. &* 119. *d*.

Aduocati Conſiſtoriales interſunt oecumenicis Concilijs. *Adducuntur exempla pag*. 23. *a*. 26. *b*. 30. *b*. 31. *a. d*. 33. *d*. 34. *b*. 34. *c*. 35. *a*. 36. *a*. 37. *d*. 65. *b*. 70. *c*. 78. *b*. 94. *a*. 101. *d*. 136. *d*.

Aduocati Conſiſtoriales in ſolemnitate Coronationis Pontificis incedunt Plunialibus induti. 2. *a*.

Aduocatis Conſiſtorialibus committuntur a Summis Pontificibus cauſæ examinandæ, & decidendæ. 8. *c*. 9. 10.

Aduocati Conſiſtoriales conſulti reſponderunt fauore Religionis Seruorum Deiparæ Ordinis S. Auguſtini, Religionem nempe illam non eſſe abrogandam. 8. *d. & ſeqq*.

Aduocati Conſiſtoriales obuij a Papa mittuntur Imperatoribus, Regibus, ac Magnatibus ad Vrbem accedentibus. 54. *d. c*. 79. *b*. 81. *b*.

Aduocati Conſiſtoriales tranſmiſſi a Pontifice cum Cardinalibus Legatis. 36. *b*. 81. *b*.

Aduocati Conſiſtoriales ſequuti ſunt Pontificem Clementem VII. Bononiam adeuntem pro coronatione Caroli V. electi Imperatoris. 113. 114. *Iterum Clementem VIII. Ferrariam proficiſcentem ob deuolutionem illius Ducatus*. 207. *c*. 211. *c*. 216. *c*. *Vide pag*. 9. *b*.

Aduocati Conſiſtoriales præſentes Coronationi Caroli V. quid egerint. 113. *& ſeqq*.

Ex *Aduocatorum Aulæ Conſiſtorialis Collegio Aduocatus Pauperum in Vrbe (Pontificum aſſertione) ſumi conſueuit*. 131. *Afferuntur exempla Aduocatorum Conſiſtorialium, quibus Aduocati Pauperum munus demandatum fuit, nempe Antonio Roſello*. 33. *b*. *Lælio de Valle*. 40. *a*. *Franciſco Patauino*. 58. *b*. *Melchiori Baldaſſino*. 101. *d*. *Ioanni Aloyſio de Aragonia*. 112. *c*. *Marco Antonio Burgheſio*. 131. *b*. *Octauiano Veſtrio*. 171. *d*. *Laurentio Campeggio*. 179. *c*. *Hieronymo de Bobus*. 182. *a*. *Sigiſmundo Zannettino*. 184. *c*. *Cæſari Marſilio*. 186. *c*. *Rutilio Alterio Coadiutori*. 202. *a*. *Ioanni Baptiſtæ Spadæ ſeniori Coadiutori*. 211. *c*. *Thomæ Lapin*. 214. *c*. *Iulio Benigno*. 218. *d*. *Franciſco Coltellæ Coadiutori*. 256. *a*. *Ioſepho Bayle*. 258. *c*. *Carolo Gualterio*. 276. *b*. *Euſebio de Euſebijs*. 285. *c*. *Et Pauperum huiuſmodi Aduocato tribuitur facultas interponendi decreta*. 218. *& ſeq*.

Ad Aduocatos Conſiſtoriales tantùm ſpectat in Vrbe ſe congregare pro Pauperum defenſione. 131. 132.

Aduocati Conſiſtoriales carceres Vrbis viſitare tenentur pro Pauperum defenſione. 131.

Aduocatis Conſiſtorialibus Pius huius nominis Quintus proprio Diplomate iuſſit, vt gratis Pauperes patrocinio tuerentur. 131. *& ſeq*.

Aduocati Conſiſtoriales inſigniti munere Aduocationis Fiſcalis in Vrbe, ſcilicet Bonifacius de Vitalinis. 11. *d*. *Bonifacius de Amantis*. 15. *c*. *Iacobus de Sena*. 16. *a*. *Symeon de Peruſio*. 20. *d*. *Auguſtinus de Lante*. 21. *c*. *Ioannes de Baroncellis*. 30. *d*. *Andreas de Sancta Cruce*. 36. *d*. *Ioachinus de Narnia*. 39. *c*. *Andreas Bentius*. 53. *b*. *Iuſtinus Caroſius*. 78. *b*. *Antonius Gabrielius*. 113. *c*. *Veſpaſianus Caſius*. 120. *d*. *Syluester Aldobrandinus*. 139. *a*. *Honuphrius Camaianus*. 147. *a*. *Petrus Aldobrandinus*. 153. *c*. *Horatius Burgheſius*. 173. *d*. *Tiberius Caraſius*. 202. *c*. *Ioannes Baptiſta Spada ſenior*. 211. *c*. *Paulus Coperchius*. 214. *c*. *Ioannes Baptiſta Spada iunior*. 247. *a*. *Antonius Cerrus*. 257. *c*. *Petrus Franciſcus de Rubeis*. 248. *c*.

Aduocatus Conſiſtorialis ſolet deputari Aduocatus Senatus, Populiq. Romani. *Afferuntur exempla de Paulo Planca*. 65. *b*. *Marco Antonio Maffeo*. 138. *a*. *Mario Gabrielio*. 153. *c*. *Fabritio Lazaro*. 166. *d*. *Horatio Burgheſio*. 173. *a*. *Coronato Planca de Coronatis*. 201. *c*. *Nicolao de Angelis*. 205. *b*. *Hieronymo Rubeo*. 216. *c*. *Ioanne Bennino*. 222. *b*. *Dominico Cecchino*. 250. *c*. *Iulio Cincio*. 251. *d*. *Ioſepho Hortenſio de Rubeis*. 275. *b*.

Aduocati Conſiſtoriales declarantur ab Innocentio VIII. ſui, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis veri, ac indubitati Familiares, continui Commenſales. 63. *a*.

Aduocatis

Aduocati Conſiſtoriales debent præcedere quoſcumque Aduocatos, Procuratores, Doctores, etiam antiquiores, & quoſcumque alios, tam in Romana Curia, quàm extra. 176. a. & ſup. pag. 109. c.

Aduocatorum Conſiſtorialium experimentum ante ipſorum admiſſionem. 63. b. 134. c.

Aduocatus Conſiſtorialis, qui, ſuperueniente Pontificis obitu, ſeruanda non ſeruauit, debet à Pontifice ſucceſſore licentiam expetere procedendi ad vlteriora. 194. b. 195. d.

Aduocati Conſiſtoriales poſſunt condere Statuta, Ordinationes, & Capitula, ad ipſorum Collegium, & Studium Vrbis ſpectantia. 264.

Aduocati Conſiſtoriales deferebant antiquitùs togas cum laxioribus manicis. 70. c.

Aduocati Conſiſtoriales nonnulli a Leone X. de conſenſu Cardinalium Florentiæ creati, cum nullus ex dicto Collegio ex Vrbe Florentinam petiiſſet Ciuitatem. 97. c. 98. a. d.

Aduocatorum Conſiſtorialium Decanatum non conſequuntur Aduocati ab Vrbe abſentes. 245. d.

Aduocatorum Conſiſtorialium Decanatus incompatibilis cum Prælatura. 219.

Sub Aduocatorum Conſiſtorialium promotione, examine, & approbatione conſueuit olim in Vrbe concedi Doctoratus in vtroque, vel altero iure. 87. c. 88. a.

Aduocatorum Conſiſtorialium Collegio Doctores in vtroque, vel altero iuri creandi, ex diuerſis priuilegijs, & antiqua conſuetudine facultatem competere, aſſerit Iulius III. 88. 89.

Aduocati Conſiſtoriales priuatiuè quoad alios conferunt in Vrbe inſignia Doctoratus in vtroque, vel altero iure. 87. & ſeqq. 161. & ſeqq.

Pœnis grauibus Pontificia authoritate contra tranſgreſſores indictis. ibid.

In Aduocatorum Conſiſtorialium Collegio repræſentatur poteſtas S. R. E. Cardinalis Camerarij, Gymnaſijq. almæ Vrbis Cancellarij, quoad Doctorum creationem. ibid.

Aduocatorum Conſiſtorialium fauore confirmat Sixtus V. omnia priuilegia, ipſorum Collegio a prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa. 176. a.

Præcipuè a Iulio III. ſuper facultate creandi in vtroque iure Doctores, etiam priuatiuè quoad alios. ibid.

Item Clemens VIII. 161. & ſeqq.

Aduocati Conſiſtoriales controuerſiā geſſerunt cum Prothonotarijs de numero participantium circa ius Doctorandi, & illi obtinuerunt. 161. & ſeqq.

Aduocati Conſiſtoriales tenentur pauperes, vel egenos, habiles repertos, ad gradum Doctoratus in vtroque, vel altero iure gratis promouere. 89. b.

Aduocatorum Conſiſtorialium Collegio Sixtus V. concedit in perpetuum Rectoratum Studij Vrbis. 174. & ſeqq.

Aduocatus Conſiſtorialis arguit in publicis diſputationibus contra electum in Auditorem Rotæ Romanæ. 64. a. b.

Etſi ex Martini V. Conſtitutione quatuor deberent arguere Aduocati Conſiſtoriales. 64. c.

In Aduocatorum Conſiſtorialium Collegio ſtatuitur a Pio IV. locus Iuriſperito Mediolanenſis Collegij. 154. 157. & ſeq.

In Aduocatorum Conſiſtorialium Collegio aſſignatur locus Iuriſconſulto Ferrarienſi. 246. 264. & ſeq.

Aduocatorum Conſiſtorialium quis primus Aduocationem cum Prælatura retinuerit. 173. d.

Aliorum deinde exempla afferuntur pluribus in locis.

Aduocati Conſiſtorialis funus extraordinariam deſcribitur. 101. c. 102. a.

Aduocati Conſiſtoriales laudātur a Michaele Ferno. 8. a. Ab Ænea Siluio, qui deinde ad Pontificatum euectus fuit, Pij II. nomine. 134. c. Ab Innocentio VIII. 63. b. A Iulio III. 144. a. A Sixto V. 174. c. A Tiberio Deciano. 13. b. c. A Ioanne Baptiſta Ferretto. 109. c.

Aduocatus Fiſcalis.

Decanus Aduocatorum Conſiſtorialium antiquitùs erat Aduocatus Fiſcalis. 11. c.

Reliqua vide in verb. Aduocati Conſiſtoriales.

Aduocatus Pauperum.

Aduocatorum Conſiſtorialium ſenior Aduocatus Pauperum appellabatur. 134. c.

Reliqua vide in verb. Aduocati Conſiſtoriales.

Anglia.

Anglicani ſchiſmatis origo. 112.

Auditores Rotæ Romanæ.

Auditores Rotæ Romanæ quatuor, totidemq. Aduocati Conſiſtoriales tenentur arguere ex Conſtitutione Martini V. contra electum in Auditorem Rotæ. 64.

Auditor Rotæ electus antiquitùs exponebat nouem legales theſes publicè defendendas. 64.

Auditor Rotæ electus antiquitùs publicè diſputabat in Eccleſia S. Euſtachij de Vrbe. 64. b. c. Et quare. 64. d. e. 65. a. Deinde in Palatio Apoſtolico in eorum Auditorio. 311. a.

Auditori Rotæ electo arguit in publicis diſputationibus vnus ex Aduocatis Conſiſtorialibus. 64. a. b.

In Auditorio Rotæ Romanæ ſtatuitur a Pio IV.

locus

locus Iuriſconſulto Mediolanenſis Collegij. 154. 157.

In eodem Auditorio aſſignatur a Clemente VIII. locus Iuriſperito Ferrarienſi, 246.

Bononia.

B*Ononienſis Ciuitas laudatur a Martino V.* 25. *a.*

Cancellarius Vrbis.

C*Ancellariatus Vrbis, & S. P. Q. Romani officium laudabile*. 71. *b. c.* 78. *e.*

Canonizationes Sanctorum.

Canonizationem (quam dicunt) precedere debet inſtantia, que ab Aduocatis Conſiſtorialibus habetur in Conſiſtorio. Vide exempla in verb. Aduocati Conſiſtoriales. Et de controuerſijs in hoc exortis. 207. *& ſeq.*

Cardinalis.

Cardinalis Camerarius dicitur etiam Cancellarius Vniuerſitatis Study Vrbis. 87. *c.*

Cardinalitia Dignitas dimittitur in Conſiſtorio, inſtante uno ex Aduocatis Conſiſtorialibus. Vide exempla in verb. Aduocati Conſiſtoriales.

Conſiſtorium.

Conſiſtorium vnde dictum: eiuſdemq. deſcriptio. 8. *a.*

Concilia.

Concilijs interſunt Aduocati Conſiſtoriales. Vide exempla in verb. Aduocati Conſiſtoriales.

Decanus Aduocatorum Conſiſtorialium.

D*Ecanus Aduocatorum Conſiſtorialium antiquitùs erat Aduocatus Fiſcalis*. 11. *e.*

Aduocatorum Conſiſtorialium ſenior, Aduocatus Pauperum appellatur. 134. *c.*

Decanatus Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium incompatibilis cum Prelatura. 219. *e. Declaratur per aliud Decretum. ibid. d. e.*

Decanatum prefatum non conſequuntur Aduocati ab Vrbe abſentes. 245. *d.*

Doctores.

Doctoratus laurea antiquitùs tradebatur in Eccleſia S. Euſtachij de Vrbe, ſiue in eius Sacrario. 64. *d.* 65. *a.*

Doctoratus in vtroque, vel altero iure conſueuit olim in Vrbe concedi ſub promotione, examine, & approbatione Aduocatorum Conſiſtorialium. 87. *e.* 88. *a.*

Doctores in vtroque iure in Vrbe creandi, ex diuerſis priuilegijs, & antiqua conſuetudine ius competere Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium aſſerit Iulius III. 88. 89.

Doctores in iure canonico, & ciuili creantur in Vrbe a Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium priuatiuè quoad omnes alios. 87. *& ſeq.* 161. *& ſeqq. Reliqua de Doctoratu vide in verb. Aduocati Conſiſtoriales.*

Eccleſiæ.

I*N Eccleſia S. Euſtachij de Vrbe, ſiue eius Sacrario antiquitùs Doctoratus laurea tradebatur*. 64. *d.* 65. *a.*

In eadem Eccleſia antiquitùs habebantur publice diſputationes Auditorum Rote Romane, & Aduocatorum Conſiſtorialium, ceteraq. literaria certamina. 64. *b. c. Et quare*. 64. *d. e.* 65. *a.*

Fama.

F*Ama quid ſit*. 294. *a. b.*

Familiæ, de quibus fit vberior mentio, quàm in Indice Cognominum.

Accariſia. 25. *&* 26. *Accorambona*. 126. *&* 310. *Alaleona*. 241. *Alberica*. 222. *&* 223. *Alberina*. 35. 114. *&* 116. *Albertiſia*. 65. 93. 110. *&* 111. *Aldobrandina*. 138. 139. 140. 141. 142. 151. 152. 153. 154. 159. *& ſeqq.* 184. 311. *&* 313. *Alteria*. 111. *&* 202. *Amateſca*. 37. *Ammazzagatta*. 7. *De Angelis*. 205. 206. 207. *Anguillaria*. 30. *&* 93. *Argola*. 120. *&* 121. *Arigona*. 181. 191. *&* 243. *Aringheria*. 36. *Arnulphina*. 122. *Aſtallia*. 131. 132. 133. 134. 158. *&* 278. *Auila*. 156. *Baldaſſina*. 101. 102. 103. 104. 109. *&* 136. *Balleona*. 59. 60. 101. *&* 309. *Bandina*. 47. 48. *&* 224. *Barbatia*. 185. *Barberina*. 1. 98. 150. 224. 235. 257. *& alibi. Bartolina*. 55. *&* 56. *Bencia*. 53. *&* 54. *De Bene in bene*. 79. *Benigna*. 218. 219. 220. 221. *&* 222. *Benuccia*. 24. *Bernarda*. 37. *Bichia*. 52. *Biliа*. 237. *Biſcia*. 204. 205. 215. 216. *&* 313. *Bizzonia*. 167. *&* 168. *Blonda*. 241. *Bolognina* 82. 83. *&* 84. *Bonciana*. 34. *Boncompagna*. 85. *Bonioanna*. 242. *Bonniſia*. 280. *Borrella*. 102. *Boſſia*. 19. *&* 154. *Bouia*. 105. 106. *&* 183. *Bozia*. 17. *Brancatia*. 20. *De Brennis*. 37. *&* 41. *Bubala*. 76. 78. *&* 224. *Buccabella*. 37. *&* 79. *Bufalina*. 53. *Buratta*. 275. *&* 276. *Burgheſia*. 131. 132. 133. 134. 135. 168. *& ſeqq.* 173. *& ſeqq.* 311. *&* 313. *Caccialupa*. 69. *Capolla*. 46. *&* 47. *Caſarina*. 93. 103. *&* 115. *Caſia*. 67. 70. *& ſeqq.* 120. 149. *&* 150. *Caffarella*. 35. 65. 78. *&* 246. *Caietana*. 1. *& ſeqq. &* 36. *Calderina*. 281. *&* 282. *Calua*. 17. *&* 20. *Camaiana*. 147. *Campana*. 195.

Digitized by Google

na. 195. & 196. Campegia. 66. 67. 68. 121. 179. 180. & 305. De Cangialaſinis. 32. De Capoccinis. 30. Capoferrea. 80. Capra. 278. Capranica. 93. Caracciola. 36. Caraffa. 20. & 36. Carbonella. 238. Cardula. 70. 71. Caroſia. 78. Carpinea. 27. Cartharia. 272. & ſeqq. De la Caſa. 39. Caſalia. 79. Caſtagna. 62. Caſalana. 94. De Caſulis. 9. Cananaga. 287. Cecchina. 174. 250. & 251. Celſa. 237. Cennina. 90. Cerra. 257. 258. 269. 270. Ciba. 225. Cincia, & Cinthia. 65. 251. & ſeqq. Cinquina. 135. & 223. Clodia. 37. Columna. 2. 3. 18. 21. 30. 34. 35. 93. 202. & 289. De Comitibus. 1. 7. 93. De Conſtantio. 20. Coperchia. 214. Coppula. 28. 29. Corbaria. 62. Coronata. 202. Cotta. 157. Creſcentia. 7. & 111. Cultella. 256. Cuſana. 36. De Cuticis. 16. Dauales. 36. Deta. 94. 138. 141. Donata. 270. 271. Duccia. 44. Emilia. 23. de Enkenuort. 203. Euſebia. 285. & 286. Fachinetta. 166. Faguana. 290. & 291. Fata. 112. & ſeq. Ferrea. 135. & 136. Ferretta. 218. 127. 128. 269. Finetta. 155. 156. & 157. Fliſca. 58. 59. & 154. Forteguerra. 16. & 17. Foſcara. 39. Franciotta. 16. De Franchis. 36. Frangipania. 112. Fuſca. 79. Gabrielia. 113. 118. 144. 153. 194. 195. & 313. Gandulpha. 8. & 9. Ghisleria. 195. & 196. Giliola. 166. & 241. Giocchia. 77. & 87. Gluſſiana. 287. 288. & 289. Gozadina. 45. & 46. Gripha. 79. 80. & 130. De Graſſis. 32. 33. 129. & 281. Grasiana. 46. Gualteria. 276. 277. & 313. Guaſcona. 45. Guicciardina. 97. 98. & 238. Guidalotta. 19. Gypſia. 139. 185. & 186. Herculana. 94. 95. & 96. Iacobatia. 60. 61. 62. 129. 143. 297. & 237. Iuſtiniana. 166. De Iuſtinis. 119. 148. & 149. Lancellotta. 136. & 137. De Lante. 16, 21. & 22. De Lapis. 34. Lazzara. 166. & 167. Leola. 79. 130. Leonia. 81. Lilia. 38. Litta. 197. De Lutis. 44. Maſſaia. 128. & 138. Maggiolina. 157. & 158. Malateſta. 18. 19. 23. 27. 33. 53. Malumbra. 157. Marabottina. 21. Maraſca. 37. Marcheſana. 148. Marſilia. 186. & ſeqq. De Martinis. 56. & 57. Maſcambruna. 268. & 269. De Maſculis. 27. Maſſa. 166. Matthaia. 71. 166. & 241. Medicea. 27. Meltia. 251. Mignanella. 121. 122. 123. & 124. Millina. 37. 62. 71. 197. & ſeqq. 245. & 246. De Monte. 77. 86. & 307. Montecatina. 264. & ſeqq. & 274. Muscola. 21. Mutia. 241. De Natalibus. 145. Nigra. 79. 96. & 97. Olina. 148. Orlanda. 111. Paleotta. 98. 106. Pallotta. 174. 176. & 177. Palonia. 79. Pamphilia. 224. & ſeqq. Paparona. 36. De Paradiſis. 54. Parentia. 180. & 181. Patritia. 129. Paulina. 93. Pauonia. 441. Perillia. 298. De Perleonibus. 79. Petrutia. 65. Phoebea. 263. Phea. 223. & 245. Flanca. 30. 31. 54. 62. & 201. Plata. 189. & 190. Plota. 86. Foldora. 128. Polita. 98. 99. 100. & 101. Potana. 29. 30. 41. & 296. Porcaria. 54. De Porta. 26. 27. & 31. Putea. 45. De Quatuor panibus. 21. Rangania. 225. Raynolda. 274. & 275. Riccia. 62. Robbia. 124. & 125. Roccia. 191. De Roſate. 12. Roſella. 33. & 34. Rotaria. 259. Rubea. 11. 80. 214. 216. 217. 218. 248. 249. 250. 275. & 292. Ruſtica. 40. Sabella. 7. 26. 40. & 93. Salamonia. 65. 79. 110. 112. 292. 292. & 309. Saluiata. 114. & 121. Sanchez. 224. Sanctacrucia. 15. 35. 205. 121. 125. & 310. De Sanctis. 104. & 105. Sanguinea. 93. 129. & 143. Sanuitalis. 241. Scota. 108. & 209. Scotta. 107. & ſeqq. Serlupa. 65. Seuerola. 279. & ſeqq. Simonetta. 90. 91. 92. & 157. Sinibalda. 54. Socina. 42. 43. 44. 50. 144. 145. 146. 300. 302. & 311. Spada. 211. 212. 213. 246. 247. & 348. Stabia. 93. Staglia. 158. Strozzia. 20. 99. & 241. Suarda. 238. Subactaria. 79. Terzaga. 183. Theodorica. 110. Theophila. 213. 214. & 242. Thomaſia. 27. 28. & 38. Tornaquincia. 111. Tricia. 36. Truncia. 35. Turriana. 157. Tuſcana. 49. & 50. De Valentibus. 36. Valentina. 93. de Valle. 40. & 93. Vareſia. 191. & 243. De Varis. 36. Vbalda. 17. 18. 22. 39. 57. 295. 296. 300. & 305. Vellia. 143. 144. & 201. Vellona. 37. Venectina. 24. 25. & 39. Veralla. 62. Veſtria. 171. & 172. Vibia. 92. De Vicecomite. 157. & 287. Victoria. 110. Vincentia. 201. & 213. De Vinea. 20. Vines. 166. Viguana. 22. 23. & 41. Vizzania. 282. 283. 284. & 285. Vrſina. 1. 8. 30. 36. 93. 135. & 202. Zacchia. 223. Zambeccaria. 238. & ſeqq. Zannettina. 284.

Ferraria.

Ferrarienſibus conceditur a Clemente VIII. locus inter Romanæ Rotæ Auditores, alterq. inter Conſiſtoriales Aduocatos. 246.

De confirmatione Vrbani VIII. vide. 264. & ſeq.

Filij Aduocatorum Conſiſtorialium.

Vide in verb. Aduocati Conſiſtoriales.

Fiſci Aduocatus.

Vide in verb. Aduocati Conſiſtoriales.

Impera-

Imperatores.

Imperatores in die ſuæ Coronationis conſueuerunt Ordinibus, ac Officialibus Pontificis Presbyteria exhibere. 117.

Carolus V. Imperator electus exorat Leonem Papam X. pro Aduocatione Conſiſtoriali concedenda Bernardino de Sanctis. 104. c. d.

Carolus V. Imperator coronatur Bononiæ a Clemente VII. 114. *& ſeqq.*

De Caroli V. Imperatoris Coronatione, ac cæremonijs in ea ſeruatis. 114. *& ſeqq.*

Caroli V. laudo circa Ferrariam, Mutinum, Regium &c. Clemens VII. non aſſentitur. 121. 122.

Lateranum.

Lateranenſe Palatium olim Pontificum Regia. 106. d.

Et vſque ad quæ tempora. ibid.

Legatus.

Legatus de latere Fabius Card. Mignanellus ad Senenſes tranſmiſſus, & quo plauſu exceptus. 124.

Lucenſis Ciuitas.

Lucenſibus Oratoribus in publico Conſiſtorio obedientiam exhibentibus Pontifex ipſe reſponſum dedit. 122. a.

Mediolanum.

Mediolanenſium Iuriſconſultorum Collegio Pius IV. locum vnum in Romana Rotæ Auditorio, alterumq. in Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium ſtatuit. 154. c. 157. *& ſeq.*

Exemplar literarum eiuſdem Collegij ad Vrbem, occaſione nouiſſimæ vacationis tranſmiſſarum, vide 287. *& ſeq.*

Memoria.

Memoria hominis labilis; & adducuntur exempla. 51. 52.

Pauperes.

Pauperes gratis defendi debent ab Aduocatis Conſiſtorialibus ex Pij V. Diplomate. 131. 132.

De Pauperum Aduocato in Vrbe, ac Pauperibus ipſis, vide in verb. Aduocati Conſiſtoriales.

Pontifex. Pontifices diuerſi.

Pontifex Romanus in die ſuæ Coronationis Preſbyteria elargiebatur Ordinibus, & Officialibus. 117. *& ſeq.*

Et quibus. ibid.

Et quare. ibid.

Pontificum Regia olim Palatium Lateranenſe. 106. d.

Et ad quæ vſque tempora ibid.

In Pontificis Coronatione quo habitu interſint induti Aduocati Conſiſtoriales. 22. a.

Adriani Papæ VI. Epiſtola lectu digna ad Collegium S.R.E. Cardinalium Romæ degentium de ſuo ad Vrbem Aduentu ex Cæſaraugustana Ciuitate. 102. *& ſeqq.*

Alexandri VII. geſta nonnulla indicantur in elogio nuncupatorio; item pag. 2. 101. 189. 234. 235. *&* 251.

Bonifacij VIII. res geſtæ indicantur. 1. *& ſeqq.*

Clemens VII. coronauit Carolum V. Imperatorem in Ciuitate Bononiæ. 113. *& ſeqq.*

Clementis VII. Bononiam ingredientis ordo equitationis. 114. *& ſeqq.*

Clemens VII. laudo Caroli V. circa Ferrariam, Mutinum, Regium &c. non aſſentitur. 121. *&* 122.

Clementis VIII. res geſtæ indicantur. 159. *& ſeqq.*

Clemens VIII. concedit locum Ferrarienſibus in Romanæ Rotæ Auditorio, & vnum in Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium. 246.

De confirmatione Vrbani VIII. vide 264. *& ſeq.*

Innocentij X. res geſtæ indicantur. 224. *& ſeqq.*

Iulius III. confirmat fauore Aduocatorum Conſiſtorialium priuilegium creandi in iure Doctores in Vrbe priuatiuè quoad alios. 88. *& ſeq.*

Leonis X. Diploma recenſetur, de legitimis Iulij Medicei (deinde Clem. VII.) natalibus. 71. *& ſeqq.*

Pauli V. geſta indicantur. 168. *& ſeqq.*

Pius IV. aſſignat Collegio Iuriſperitorum Mediolanenſium locum vnum in Romana Rotæ Auditorio, & alterum in Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium. 154. 157. *& ſeq.*

Pius V. prohibet Iuriſperitis in Vrbe commorantibus, ne ſe ſub nomine Collegij congregent pro Pauperum defenſione, cum hoc ad Conſiſtoriales Aduocatos ſpectet. 131. 132.

Sixtus IV. ſtatuit Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium numerum duodenarium. 62. e.

Sixtus IV. concedit Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium facultatem promouendi ad Doctoratus, & Licentiæ gradum in vtroque, vel altero iurium, in Vrbe, & vbicumque Romana Curia reſederit, priuatiuè quoad alios, & alias vt ibi. 87. *& ſeq.*

Sixtus IV. prohibet, ne quis Doctoratus gradum in vtroque, vel altero iurium, in Vrbe, vel vbi Romana Curia moram trahet, conferat, præterquam Aduocatorum Conſiſtorialium Collegium. 87. *& ſeq.*

Pœnaſq. graues indicit. ibid.

Idem

Idem quoque ſtatuit Iulius III. 88.89.
*Idem Clemens VIII.*161.162.163.164.165.166.
Sixtus V. fauore Collegij Aduocatorum Conſiſtorialium confirmat omnia priuilegia, eidē Collegio a prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa. 176.a.
Præcipuè a Iulio III. ſuper facultate creandi Doctores in vtroque iure, etiam priuatiuè quoad alios. ibid.
Sixtus V. concedit Officium Rectoratus Studij Vrbis Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium. 174. & ſeqq.
Sixtus V. ſtatuit, Aduocatos Conſiſtoriales tam in Romana Curia, quàm extra, præcedere debere quoſcumque Aduocatos, Procuratores, Doctores &c. 176.a.
Sixtus V. nuncupat Aduocatos Conſiſtoriales Defenſores. 195.e.

Presbyterium.

Presbyteria recipiebant Aduocati, aliijq. Officiales a Romano Pontifice in die ſuæ Coronationis. 117. & ſeq.
Item ab Imperatore. ibid.

Rex. Reges diuerſi.

*CHriſtina Suecorum, Gothorum, Vandalorū Reginæ ſolemnis in Vrbem ingreſſus.*129.a
Henricus VIII. Angliæ Rex a Leone X. Defenſor Eccleſiæ dictus, deinde in Anglicana Eccleſia teterrimi ſchiſmatis author. 112.
Philippus Francorum Rex a Clemente V. declaratur innocens de inſultu in Bonifacium VIII. 3.a.

Rector Studij Romani.

Rectoratus Studij Vrbis fuit a Sixto V. in perpetuum conceſſus Aduocatorum Conſiſtorialium Collegio. 174. & ſeqq.
Rectoratus Studij Vrbis Officium vni ex Prælatis Romanæ Curiæ ad eius vitam concedi conſueuerat. 174.d.
Rectores Studij Vrbis a Collegio Aduocatorū Conſiſtorialium pro tempore deputati fuere Marcus Antonius Burgheſius. 173.b.179.d. *Coronatus Planca de Coronatis.* 201.c. *Mutius Vellius.* 201.d. *Rutilius Alterius.*202.a. *Tiberius Ceraſius.* 202.d. *Bernardinus Biſcia.* 204.a. *Nicolaus de Angelis.* 205.b. *Bernardinus Scottus.*207.c. *Ioannes Baptiſta Spada ſenior.*213.c. *Hieronymus de Rubeis.*216.c. *Iulius Benignus.* 219.c. *Aloyſius Guicciardinus.* 238.b. *Nicolaus Zambeccarius.* 238.e. *Bernardinus Bonioannes.*242.c. *Bernardinus Theophilus.*242 e. *Diomedes Vareſius.* 243.b. *Ioannes Baptiſta Millinus.* 245.e. *Ioannes Baptiſta Spada iunior.*247.a. *Petrus Franciſcus de Rubeis.*248.c. *Dominicus Cecchinus.* 250.c. *Hieronymus Meltius.* 251.b. *Iulius Cincius.*251.d. *Franciſcus Cultellus.* 256.a. *Antonius Montecatinus.*265.d. *Ioannes Camillus Maſcambrunus.* 269.a. *Franciſcus Ferrettus.* 269.c. *Carolus Cartharius.* 271.d. *Carolus Montecatinus.* 274.c. *Carolus Gualterius.* 276.c.

SCRIPTORES NONNVLLI
Quorum laudes indicantur.

AEneas Siluius, deinde Pius II. 43.c.
Albertus Fabrius. 286.a.
Andreas Argolus. 216.b.
Andreas Roſſottus. 313.e.
Angelus Gallutius. 184.b.
Annibal Campegius. 68.c.
Cæſar Baronius. 6.c.
Camillus Lilius. 38.b.
Conſtantinus Caietanus. 5.d.
Felix Contelorius. 3.e.7.b.224.e.
Ferdinandus Vghellus. 14.a.23.e.61.b. 80.d. & alibi.
Florauantes Martinellus. 221.e.
Franciſcus Angelonus. 38.c.
Fridericus Ceſius. 75.d.
Guido Bentiuolus. 26.a.201.a.146.e.
Hieronymus Ghilinus. 86.a.91.c. & alibi.
Horatius Iuſtinianus. 31.a.
Iacobus Accariſius. 25.d.224.e.
Iacobus Cohellius. 22.d.
Iacobus Philippus Thomaſinus. 110.d.216.b.
Ioannes Baptiſta Confalonerius. 204.c. 221.d. 271.e.
Ioannes Baptiſta Scannarolus. 202.b.258.b.
Ioannes Franciſcus Lauredanus. 283.e.
Ioannes Franciſcus de Nigris. 97.c.
Ioſeph Carpanus. 265.e.
Ioſephus Maria Suareſius. 11.a.293.e.
Leo Allatius. 215.e.
Lucas Vuadingus. 4.d.56.d.
Ludouicus Iacobillus. 28.e.112.d.277.e.
Nicolaus Alemannus. 201.a.
Paulus Rubeus. 218.b.
Petrus de Valle. 40.c.
Proſper Fagnanus. 290.c.
Quintilianus Mandoſius. 13.b.
Rodulphus Campegius. 68.d.
Scipio Sanctacrucius. 15.e.284.a.
Secundus Lancellottus. 137.b.
Thomas de Thomaſijs. 28.a.
Vincentius Maria Cimarellus. 112.e.

SCRIPTORES NONNVLLI
Qui leuitèr errarunt.

ALexander Randenſis, *in* Patria *Hermannutij de Detis*. 94. *d.*

Alphonſus Ciaconius; *in* Cardinalis *Raynerij genitore*. 3. *d.*

Idem,& Addeus *in numero* Cardinalium, *a Bonifacio VIII. promulgatorum*. 3. *e.*

Idem Ciaconius *(ſeu potius impreſſor) in inſignibus* Cardinalium. 109. *a*. 193. *b.*

Andreas *Victorellus, in nomine uxoris* Cardinalis *Mignanelli*. 122. *c.*

C*æſar* Alexius, *de* Angelo *Vbaldo*. 305. *a.*

C*æſar* Chriſpoltus, *de Beato Ludouico in Sanctorum numerum Vrbeueteri relato*. 2. *b.*

Idem, de operibus Vincentij Herculani. 95. *d.*

Ferdinandus Vghellus, in nomine matris Cardi*nalis Simonettæ*. 90. *e.*

Idem, in Card. *Scoto*. 109. *a.*

Idem varius ab Vgurgerio circa bigamiam Car*dinalis Mignanelli*. 123. *c. Vide* 310. *b.*

Idem, in tempore obitus Achillis *de Graſſis*. 129. *e*

Idem, in Auditoratu Cardinalis Aldobrandini. 152. *d.*

Idem, in omiſſione Legationis Hieronymi de Bobus. 182. *e.*

Idem, in nomine matris Cardinalis *Millini*. 197. *d*. 198. *a.*

Idem, in nomine Guicciardini. 238. *b.*

Idem, in anno promotionis Raynoldi ad Epiſcopatum. 275. *a.*

Flaminius Pariſius in cognomine cuiuſdam Oratoris. 188. *d.*

In Guidum Panzirolum *animaduerſiones variæ*. 293. *d*. 394. *a. b. c. Ibid. d. e.* 295. *c. Ibid. d.* 299. *d*. 300. *d*. 304. *a. b.* 307. *b*. 309. *a.*

Ioannes Baptiſta Marcheſanus errauit in Pontifi*cis nomine, qui Marcum* Antonium *Burgheſiū creauit* Aduocatum Conſiſtorialem. 133. *c.*

Ioannes Baptiſta Platina, de loco Canonizationis *Beati Ludouici*. 2. *b.*

Ioannes Petrus Creſcentius in nomine genitoris Bernardini Scotti. 208. *d.*

Iſidorus Vgurgerius, in genitore Mariani Socini iunioris. 146. *b.*

Idem, de Aduocatione *Finetti*. 156. *e.*

Iulius Cæſar de Benedictis in nomine Card. *Gualterij*. 276. *d.*

Lælius Zecchius, Fragoſius, Veſtrius, ac Tholoſanus, in numero Aduocatorum *ſacri* Conſiſtorij. 63. *e.*

Michael Poccianius, Lapos confundendo. 14. *b. c. d. e.*

Paulus de Rubeis, in nomine Vermiglioli. 279. *d.*

Petrus Paulus Pariſius in tempore obitus Benedicti Papæ XII. 13. *a.*

Scriptor Diplomatis Pontificij in nomine Zambeccarij. 238. *e.*

Valentinus Forſierus, in Patria Ioannis Baptiſtæ Caccialupi. 69. *a.*

Senatus Romanus.

Senatus, Populiq. Romani Aduocatus *ſolet eſſe vnus ex* Aduocatis Conſiſtorialibus. Exempla *vide in verb.* Aduocati Conſiſtoriales.

Studium Vrbis.

Vide in verb. Aduocati Conſiſtoriales; *& in verb.* Rectoratus.

Vrbeuetana Ciuitas.

In Vrbeuetana Ciuitate *Martinus* Papa IV. Car*dinales creauit*. 1. *e.*

Ibidem Bonifacius *VIII. Beatum* Ludouicū *Francorum* Regem *in* Album *Sanctorum retulit*. 2. *b.*

Vrbeuetani Statuas geminas marmoreas Bonifacij VIII. ſuper Ciuitatis *ianuas collocarunt*. 3. *e.*

Vrbeuetani beneficiorum memores. 4. *a.*

Vrbeuetani Archidiaconi *Viuiani mentio celebris*. 6. *e.*

Laus Deo, ac Deiparæ.

Errata ſic Corrige.

PAg. 5. verſ. 17. *einſde*, dic *einſdem*. 8. 49. *prpulſator, propulſator*. 26. 11. *indicio, indico*. 67. 1. *Studi, Studio*. 109. 32. *emanati, emanato*. 134. 6. *mobiliſſimo, nobiliſſimo*. 217. 15. 1406. 1506. 218. 37. poſt verb. *filium*, adde, *Magiſtrum*. 248. 33. *inharat, inhareat*. 249. 35. *Renedicto, Benedicto*. 268. 26. *apum, apud* 282. *translatus, translatum*. 288. 3. *della, dalla*. 288. 43. *Beſgapè, Baſgapè*.

Reliqua, ſi quæ corrigenda, ex humanitate corrigas.

Digitized by Google

Digitized by Google